Res ipsa quidem, ut commemoratum a me saepius exemplum hoc loco repetam, ita fere sese habet. Quemadmodum si qui coelum per angustum foramen transpiciat, ac coelum videre se dicat, non utique mentiatur; videt enim revera coelum. Quod si quis prudenter ei dicat, Non vides coelum, ne is quidem mentietur; neuter inquam mentitur, neque qui vidisse se dicit, neque qui negat. Non enim extensionem coeli ac latitudinem aspexit. Quare et qui vidit verum dixit, et qui repugnat falsum non dixit. Saepe enim accidit ut ex alto montis vertice mare prospiciamus. Quod si nos illud vidisse dicamus, non mentiemur; neque si contradixerit aliquis, ac vidisse nos negaverit, non verum ille dixit. Propterea quod, quae est hominis imbecillitas, quo illius amplitudo, aut longitudo, aut profunditas pertingat, quamque alti sint illius voraginis recessus, sed neque illius effecta pervidere potest. Iam si in creaturis ita sese res habet, quanto magis in gratuito illo beneficio, quod deus prophetis apostolisque concessit? Ergo illi deum existentem revera contuiti sunt, et simul non sunt contuiti. Viderunt quidem quatenus ipsorum natura sustinebat, idque virtutis illius beneficio qua praepotens ille deus pro singulari suo erga hominem amore, qui sibi ex animo ac sincere serviebat, allicere illum voluit. Sed si manus, aut oculos, aut alia id genus membra inesse deo suspicentur isti, quod ad eum modum prophetis et apostolis conspectus sit, inani quodam studio contentionis elati a veritate ipsa refelluntur. Necesse quidem est his omnibus adhibere fidem quae in sacris literis asseruntur; quemadmodum vero sese habeat, solus ille cognoscit. Proindeque vere quidem apparuisse certum est; apparuit autem quomodo voluit, et quocumque modo apparuit, vere apparuit. Omnia quippe potest deus, nec est quicquam, quod eius potestatem effugiat. Idem vero comprehendi non potest, cum sit spiritus, quem intelligentia nulla penitus percipere potest, itaque ut omnia contineat et a nullo contineatur. Ceterum qualis est pater talis est filius, talis et in divinitate spiritus sanctus. Ex quibus solus unigenitus filius carne vestitus est, qua cum a mortuis excitatus est, eandemque unius in communionem spiritus cum divinitate coniunxit, et *ad dexteram patris*, ut scriptum est, *in gloria consedit*. Quemadmodum igitur comprehensionem intelligentiamque superat, sic omnia quae de illo dicuntur verissima sunt. Sicut autem comprehendi deus non potest, ita de illo quicquid asseritur perinde comprehendi nequit. Nequit autem eatenus solum quatenus deo convenit, et

Cap. VIII.

Eph 2, 6. Hebr. 8, 1.

6. τὸ *om. edit. Petav. Coloniae repet.* 7. καὶ ἀπερινόητος *editi.*

ὡς ἔστιν ἐν δόξῃ ἀκαταλήπτῳ. Καὶ ταῦτα μὲν καθὼς ἐχωροῦμεν εἰς δοξολογίαν θεοῦ στόματι ἀνθρωπίνῳ εἰρήκαμεν. Οὐ γὰρ ἔχομεν ἑτέρας φθογγῆς χρῆσιν ὑπὲρ τὴν ἐκ θεοῦ ἡμῖν ἐν μέτρῳ δοθεῖσαν, εἰ καὶ τῷ νῷ περισσότερον περὶ θεοῦ ὑπολαμβάνομεν. Ἀλλ' οὐχ ὁπόσα ὁ νοῦς ἔχει, τοσαῦτα δύναται τὸ στόμα λέγειν, μέτρῳ ἀποκεκλεισμένον, καὶ συνεχόμενον τοῖς σωματικοῖς ὀργάνοις. Διὸ καὶ συγγνωμονεῖ θεὸς παρ' ἡμῶν ἀποδεχόμενος τὴν περὶ αὐτοῦ εἴδησιν καὶ δοξολογίαν, ὑπὲρ τὴν ἡμῶν δύναμιν ἐπεκτεινομένην, οὐχὶ θεῷ χαρίσασθαί τι, ἀλλὰ δοξολογεῖν τὸ θεῖον κατὰ δύναμιν, εἰς τὸ [7] εὐσεβῶς φρονῆσαι, καὶ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς αὐτοῦ χάριτος καὶ ἀληθείας. Ταῦτα δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ Αὐδίου καὶ τῶν Αὐδιανῶν διαλαμβάνοντες ἐξείπομεν τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, οἷς κατὰ τὸ ἰδιωτικὸν καὶ αὐτοὶ διηγούμενοι, καὶ κατὰ τὸ φιλόνεικον ἐν τούτοις ἀντέχονται, ἀπρεπῶς διϊσχυριζόμενοι.

Κεφ. Θʹ. Ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ, δι' ἅπερ μάλιστα ἵστανται περισσότερον τὴν διαίρεσιν ποιησάμενοι τῆς ἐκκλησίας, δι' ἧς καὶ ἄλλους πτύραντες πολλάκις ἀνθέλκουσιν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, παρελκύσαντες ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. Μετὰ γὰρ Ἰουδαίων βούλονται τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν, τουτέστιν ᾧ καιρῷ οἱ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὰ παρ' αὐτοῖς Ἄζυμα, τότε αὐτοὶ φιλονεικοῦσι τὸ Πάσχα ἄγειν· καὶ δῆθεν ὅτι οὕτως
pag. 821. ἦν ἡ ἐκκλησία φερομένη. Εἴ γε καὶ λόγον σεσυκοφαντημένον δεικνύουσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, φάσκοντες ἀπὸ [1] Κωνσταντίνου διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα, φησὶ, προσωποληψίαν [2] καταλελοίπατε τὴν τῶν πατέρων περὶ τοῦ Πάσχα ἑορτῆς ἀκολουθίαν, καὶ τὴν ἡμέραν μετηλλάξατε εἰς τὸ καθῆκον τοῦ βασιλέως. Τινὲς δὲ πάλιν κατὰ τὸ ἴδιον φιλόνεικον ὁρίζονται ὅτι, Ὅτε τὰ γενέθλια τοῦ Κωνσταντίνου, τότε μετεποιήσασθε, φησὶ, τὸ Πάσχα. Καὶ εἰ μὲν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὸ Πάσχα ἤγετο κατ' ἔτος, καὶ τῇ αὐτῇ ὡρίσθη τοῦτο ποιεῖν [3] ἐπὶ τῆς ἐπὶ Κωνσταντίνου συναχθείσης συνόδου πιθανὸν ἦν τὸ παρ' αὐτοῖς λεγόμενον· ὁπότε δὲ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν οὐ δύναται ἔχεσθαι τῆς αὐτῆς ψήφου ἡ ἀκολουθία, διέπεσεν ὁ αὐτῶν λόγος. Οὐ γὰρ διὰ τὸ γενέθλιον ὁ βασιλεὺς ἐπεμελήσατο, ἀλλὰ διὰ τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας. Τῷ γὰρ ὄντι δύο μέγιστα ἡμῖν κατώρθωσεν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προειρημένου Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἀεὶ μακαριστοῦ, τὸ συνάξαι οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ ἐκθέσθαι τὴν ἐν Νικαίᾳ [4] ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καὶ ὁμολογηθεῖσαν μεθ' ὑπογραφῆς τῶν συνελθόντων

7. εὐσεβὲς *cod. Rhedig.*

Cap. IX. — 1. *Sic Cornarius et Petavius emendarunt. In libris enim est* Κωνσταντίου.

2. καταλελοίπατε *emendarunt Cornarius (is enim vertit* reliquistis circa celebritatem Paschatis ordinem) *et Petavius. In libris est* καταλελοιπότι.

eo modo quo inest in eo splendore qui comprehensionem excedit omnem. Haec nos pro viribus nostris ad dei honorem et gloriam humana lingua disputavimus. Non enim alta voce aut sermone uti possumus, qui sit eo praestantior quem nobis modo quodam ac mensura deus attribuit; tametsi praestantius aliquid mente de deo concipiamus. Verum quantum nostra mens capit, tantum os eloqui non potest, quod et mensura illa coercetur, et corporeis instrumentis affixum tenetur. Quocirca imbecillitati nostrae deus indulgens, quam de ipso notitiam adipiscimur ac gloriam deferimus, aequi bonique consulit, dum illam etiam supra virium nostrarum captum extendimus; non ut ulla in re deo gratificemur, sed ut illum, quoad situm in nobis est, laude celebremus; ut et de illo religiose sentiamus, et ab eius gratia et veritate non excidamus. Atque haec adversus Audium Audianosque disputantes illorum dogmata proposuimus: quae simpliciori quadam ratione ac pertinaci contentionis studio turpiter asseverant.

Habent vero et alia complura, quibus potissimum nituntur, Cap. IX. seque ab ecclesiae coniunctione segregarunt, quibus et alios plerumque conturbatos ab eadem ecclesia divellunt, utriusque sexus homines. Nam cum Iudaeis Pascha celebrare volunt, hoc est quo tempore Iudaei Azyma sua peragunt, tunc illi Paschatis celebritatem obeunt, ut ab ecclesia dissentire videantur. Quod videlicet olim haec in ecclesia consuetudo recepta fuerit. Quamquam nonnihil hac in parte calumniantur, et ecclesiasticis falsam rationem obiiciunt. A Constantini, inquiunt, tempore, ut imperatoris rationem haberetis paternam in celebrando paschate consuetudinem reliquistis, diemque commutastis, ut vos ad imperatoris nutum accommodaretis. Quidam etiam pervicacius deficiunt, et, Cum natalis, inquiunt, Constantini celebraretur, Paschatis rationem immutastis. Verum si eadem quotannis die Pascha repraesentaretur, in eaque celebrandum esse statuisset illa synodus a Constantino collecta, probabilis istorum esset oratio. Nunc cum annis singulis non eadem temporum series putatioque respondeat, inanis est ista ratio. Non enim ob natalem suum, sed ad ecclesiam conciliandam ei rei studium imperator adhibuit. Sane illud fatendum nobis est, duo quaedam maxima per religiosissimum ac beatissimae memoriae Constantinum a deo esse praestita. Quorum primum fuit ut oecumenica synodus colligeretur, ac fidei summa Nicaeae explicata proponeretur, et

3. ὑπὸ *volebat Petavius.*
4. ἐκτεθεῖσαν (*ed. Colon. repet. vitiose* ἐντεθεῖσαν) *edit. Petav.* ἐκταθεῖσαν *reliqui libri.*

ἐπισκόπων, καθαιρεθῆναι μὲν Ἄρειον, τὸ δὲ καθαρὸν τῆς πίστεως κηρυχθῆναι πᾶσι, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα εἰς ἕνωσιν ἡμῶν ὑπ' αὐτῶν διορθωθῆναι. Ἔκπαλαι γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν πρώην χρόνων διέστη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαφόρως ἀγόμενον, χλεύην ἐμποιοῦν καθέκαστον ἔτος, τῶν μὲν πρὸ ἑβδομάδος ποιούντων καὶ φιλονεικούντων πρὸς ἀλλήλους, τῶν δὲ μετὰ ἑβδομάδα, καὶ τῶν μὲν προλαμβανόντων, τῶν δὲ μεσαζόντων, ἄλλων δὲ μετέπειτα ἐπιτελούντων. Καὶ ἦν ἁπλῶς φύρσις πολλὴ καὶ κάματος, ὡς πολλοῖς φιλολόγοις οὐκ ἄγνωστον ἐν πόσοις καιροῖς θόρυβος ἐκινεῖτο ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ κηρύγματι περὶ τοῦ τῆς ἑορτῆς ταύτης ζητήματος, ἔν τε χρόνοις Πολυκάρπου καὶ Βίκτωρος, ὡς ἡ ἀνατολὴ πρὸς τὴν δύσιν διαφερομένη εἰρηνικὰ παρ' ἀλλήλων οὐκ ἐδέχοντο. Ἐν ἄλλοις δὲ ὅσοις καιροῖς, ἔν τε χρόνοις Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου [5] Ἀλεξανδρείας καὶ Κρισκεντίου, ὡς πρὸς ἀλλήλους εὑρίσκονται ἕκαστος αὐτῶν γράφοντες καὶ διαμαχόμενοι, ἕως τῶν ἡμετέρων χρόνων, ἐξότου ἐταράχθη μετὰ τὸν χρόνον τῶν ἐμπεριτόμων ἐπισκόπων,
pag. 822. οὕτως ἐφέρετο. Διὸ συνελθόντες οἱ πανταχόθεν τότε καὶ ἀκριβώσαντες ὥρισαν μεθ' ὁμονοίας γίνεσθαι κατὰ τὸ πρέπον τῆς ψήφου καὶ τῆς ἀκολουθίας.

Κεφ. ι'. Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν Ἀποστόλων Διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον· πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, [1] οὐδὲ τῆς ὁμολογίας, οὐδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως καὶ κανόνος καὶ πίστεως. Τὸ δὲ ῥητὸν, ἀφ' οὗ λαμβάνοντες περὶ τοῦ Πάσχα κακῶς παρερμηνεύουσιν οἱ προειρημένοι, καὶ ἀγνοοῦντες ἑτέρως ὑπολαμβάνουσιν· ὁρίζουσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ Διατάξει οἱ ἀπόστολοι ὅτι, Ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ' αὐτῶν ἅμα [2] ποιεῖτε. Καὶ οὐκ εἶπαν, Ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ οἱ ἐκ περιτομῆς, ἵνα δείξωσι τοὺς [3] ἀπὸ τῆς περιτομῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετελθόντας ἀρχηγοὺς εἶναι μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καὶ εἰς τὸ συμπείθεσθαι τοῖς ἄλλοις, εἰς τὸ μὴ ἄλλον ποιεῖν [4] ἄλλως καὶ ἄλλον ἄλλοτε. Τοῦτο γὰρ τὸ πᾶν συνήγαγον φρόντισμα διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν μίαν, ἵνα μὴ ᾖ

5. Ἀλεξανδρείας *non habet cod Rhedig.*
Cap. X. — 1. *Verba* οὐδὲ τῆς ὁμολογίας *exciderunt ab edit. Petav. Colon. repet.*
2. *Cf. Grabe Spicileg. I, pag.* 46 *sqq.*
3. ἐκ περιτομῆς *cod. Rhedig.*
4. ἄλλως *scripsi pro* ἄλλους, *quod libri habent. Petavius putabat* ἄλλοτε.

episcoporum qui convenerant subscriptione confirmaretur, adeo ut Ario profligato vera omnibus fides ac sincera praedicaretur: alterum fuit celebrandi Paschatis ad stabiliendam nostrum omnium concordiam emendata ratio. Iampridem enim, et a primis usque temporibus, variae in ecclesia de hac solemnitate controversiae ac dissensiones extiterunt, quae quotannis risum ac ludibrium afferebant. Nam alii quodam contentionis ardore ante hebdomadem, alii post hebdomadem inibant, alii antevertebant, alii medio tempore, alii postremo peragebant. Et, ut uno verbo dicam, mirifica quaedam erat et laboriosa perturbatio. Nec illud eruditis hominibus ignotum est, quam saepe diversis temporibus de illius festi celebritate varii ecclesiasticae disciplinae tumultus ac contentiones obortae sint, praesertim Polycarpi ac Victoris aetate, cum Orientales ab Occidentalibus divulsi pacificas a se invicem literas nullas acciperent. Quod idem et aliis temporibus accidit; velut Alexandri episcopi Alexandrini, et Crescentii, quemadmodum contra se mutuo scripserint et acerrime pugnaverint. Quae quidem animorum opinionumque distractio, ex quo semel post episcopos illos qui ex circumcisione ac Iudaeorum secta ad Christum sese converterant agitari coepit, ad nostra usque tempora eodem est tenore perducta. Quamobrem qui tum ad Nicaenam synodum undique confluxerant, re accurate cognita communi ab omnibus concordia, atque ex idonea temporum computatione et calculo, celebrandum esse statuerunt.

Audiani vero ad institutum suum quandam ex Apostolorum Constitutione auctoritatem accommodant. Qui liber tametsi dubiae apud nonnullos fidei sit, non est tamen improbandus. Nam in eo quae ad ecclesiae disciplinam attinent omnia comprehenduntur, neque quicquam aut in fide ac catholica professione depravatum, aut ecclesiae administrationi ac decretis contrarium continent. Sed quod ad locum illum attinet, unde suam de paschate sententiam affirmare conantur, hunc illi perperam interpretantur, et ad alienum sensum per inscitiam traducunt. Etenim apostoli in illa Constitutione ita definiunt: Vos, inquiunt, temporum rationes ne subducite, sed eo tempore celebrate quo fratres vestri qui ex circumcisione prodierunt; cum iis itaque Pascha peragite. Non praecipiunt, Quo tempore fratres vestri qui in circumcisione sunt, sed Qui ex circumcisione prodierunt; ut illos ipsos declarent, qui ad ecclesiam a circumcisione transierint ex eo deinceps tempore duces et auctores futuros, utque ad aliorum auctoritatem adiungerent sese, ne alii alio tempore obeundum sibi Pascha crederent. Hanc enim omnem illi curam ac diligentiam impendisse videntur, ut pacem ac concordiam Cap. X.

σχίσματα, μηδὲ διαιρέσεις. Οὗτοι δὲ μὴ νοήσαντες τὸν νοῦν τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐμφερομένου, τοῦ ἐν τῇ Διατάξει, ἐνόμισαν μή που ἄρα μετὰ τῶν Ἰουδαίων χρὴ τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν· ἅμα δὲ καὶ πεντεκαιδέκα ἐπίσκοποι γεγόνασιν ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐχρῆν τότε τῶν ἐπισκόπων ἐκ περιτομῆς ὄντων ἐν Ἱερουσαλὴμ κατασταθέντων τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνέπεσθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἐπιτελεῖν, ἵνα μία τις γένηται συμφωνία, καὶ μία ὁμολογία, μία ἑορτὴ ἐπιτελουμένη. Διὸ ἐκείνων ἡ ἐπιμέλεια τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων συνάγουσα εἰς ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας, μὴ δυνηθεῖσα τὸν τοσοῦτον χρόνον ἐπιτελεσθῆναι, εὐδοκήσει θεοῦ ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐγένετο
pag. 823. ὁμονοίας ἕνεκα. Παρὰ τοῖς ἀποστόλοις δὲ τὸ ῥητὸν [5] δι' ὁμόνοιαν ἐμφέρεται, ὡς ἐπιμαρτυροῦσι λέγοντες ὅτι, Κἄν τε πλανηθῶσι, [6] μηδὲ ὑμῖν μελέτω. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰρημένων ῥητῶν ἡ ἀντίθεσις ὀφθήσεται. Φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν μεσαζόντων τῶν Ἀζύμων. Οὐ δύναται δὲ τοῦτο πάντοτε γενέσθαι ἐν τῇ ψήφῳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

Κεφ. ιά. Ἐκ τριῶν γὰρ συνέστηκεν ὁ τοῦ Πάσχα σύνδεσμος, ἔκ τε τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου διὰ τὴν κυριακὴν καὶ τὸν μῆνα, ἔκ τε τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου, διὰ τὸ κατὰ τὸν νόμον, ὅπως ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης τυθῇ [1] τὸ Πάσχα, ὡς εἶπεν ὁ νόμος. Οὔτε οὖν δύναται ἀχθῆναι, ἐὰν μὴ ὑπερβῇ ἰσημερία, ὅπερ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οὐ φυλάσσεται, οὐδὲ ἀκριβῆ θέλουσι τοιαύτην ἐπιτελεῖν πραγματείαν· διέπεσε γὰρ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἠπάτηται τὰ πάντα. Πλὴν εἰ καὶ τοσαύτης ζητήσεως ὑπάρχει ἡ τοιαύτη ἀκρίβεια, οὐ διὰ τὴν ζήτησιν ταύτην καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῖς ἀποστόλοις εἴρηται, ἀλλὰ δι' ὁμόνοιαν, [2] καὶ εἰ μετὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπιτελεῖν οἱ ἀπόστολοι προσέταξαν, ὡς οὗτοι διϊσχυρίζονται, πόσῳ γε μᾶλλον δι' ὁμόνοιαν μετὰ τῆς ἐκκλησίας χρὴ ἐπιτελεῖν, ἵνα μὴ τὴν ὁμόνοιαν χαράξωμεν τῆς ἐκκλησίας; πῶς οὖν δύναται τελεῖσθαι τοῦτο; Λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι [3] ὅτι, Ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν· καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι τὰ Ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε. Συμβαίνει δὲ αὐτοὺς ἐν κυριακῇ ἡμέρᾳ Ἄζυμα λαμβάνειν. Ἐπιφωσκούσης γὰρ τῆς κυριακῆς ἑσπέρας δύνανται θύειν τὸ Πάσχα· μετὰ γὰρ ἑσπέραν παρελθόντος τοῦ σαββάτου οὐ δύνανται ἔργον ἐπιτελεῖν. Ἆρα γὰρ αὐτῶν θυσάντων, εἰ ἐγείρονται εὐωχούμενοι, πῶς ἡμεῖς ἐν κυριακῇ πενθή-

5. δι' ὁμόνοιαν *non habet cod. Rhedig.*
6. *An fortasse* μηδὲν?
Cap. XI. — 1. *Cf. I. Scaliger de Emendat. Tempor. p.* 116.
2. καὶ εἰ μετὰ *scripsi de coniectura Petavii, non de librorum auctoritate, in quibus illud* εἰ *desideratur. Cornarius convertit* si enim et cum hostibus Christi

adstringerent; neve dissidia atque opinionum dissensiones existerent. Audiani vero cum apostoli illius decreti sensum minime perciperent, ex eo sic apud se cogitarunt, Pascha Iudaeorum more celebrandum videri. Porro post constitutionem illam quindecim e circumcisione episcopi fuerunt, idque Hierosolymis, quorum auctoritatem Christianus omnis orbis sequi, et cum illis celebrare Pascha debuit, una ut omnium concordia, una professio, una celebritatis obeundae ratio ac consuetudo firmaretur. Igitur ad hominum mentes in unam ecclesiae societatem, quae tanto temporis spatio nondum obtineri potuerat, conciliandas, patrum illorum cura diligentiaque, non sine dei nutu, Constantini temporibus incubuit. In Apostolorum vero Constitutionibus ad concordiam perinde decretum illud pertinet. Id quod illi ipsi testantur his verbis. Quamvis aberrent ipsi, nihil id vos commoveat. Ceterum ex iis, quae eodem in libro scripta sunt, Audiani facillime confutantur. Iubent enim eodem in loco medio Azymorum tempore pervigilium obire. Hoc autem in ecclesiastica temporum supputatione fieri perpetuo non potest.

Tria sunt enim praecipue quibus Paschatis celebritas alligatur. Cap. XI. Solis inprimis cursus, propter dominicam ac mensem. Tum lunae itidem cursus, idque propter legem quae decima quarta luna immolari Pascha praecipit. Itaque neque celebrari antea potest quam aequinoctium confectum sit, quod Iudaei nequaquam observant, nec accuratam hoc in negotio rationem inire student; apud quos depravata ac perturbata sunt omnia. Verum licet tantae quaestionis tam sit exacta decisio, non tamen ob eiusmodi quaestionem accuratamque rationem, sed ob unam concordiam haec ab apostolis pronuntiata sunt. Quod si vel cum Christi hostibus, ut illi putant, apostoli celebrandum esse Pascha censuerunt, quanto magis ad eandem retinendam consensionem cum ecclesia celebrare convenit, ne illius concordia laceretur? Quinam igitur istud effici potest? Sic enim iidem apostoli praecipiunt: Dum epulantur illi, vos ieiunantes pro illis lugete, quoniam festo illo die Christum in crucem sustulerunt. Cumque illi lugentes Azymis et lactucis agrestibus vescentur, vos epulamini. Ceterum nonnunquam accidit, ut dominica die Azymis utantur. Adveniente quippe dominicae vespera Pascha suum immolare possunt. Nam post vesperam praeterito sabbato opus istud ipsis exercere non licet. Posteaquam igitur sacrificaverint, si ad epulas consurgunt, nos dominicam diem quonam pacto luctu ac ie-

perficere id apostoli praeceperunt *cett.*, ut εἰ γὰρ καὶ μετὰ *cogitasse videatur.* 3. ὅτι *abest a cod. Rhedig.*

σομεν [4] καὶ νηστεύσομεν; Αὖθις αὐτῶν ἀκούοντες ἐν τῇ Διατάξει ὅτι, Ὁ κακῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν κυριακῇ ἐπικατάρατός ἐστι τῷ θεῷ. Καὶ ὁρᾷς πόση ἐστὶν ἀκρίβεια καὶ ἀντίθεσις, μὴ δυναμένης τῆς πραγματείας κατὰ τὸ ῥητὸν ἐπιτελεῖσθαι; νοήματι δὲ [5] ἡ πᾶσα [6] ἕστηκεν ἀλήθεια τοῦ κηρύγματος, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς Διατάξεως τῶν Ἀποστόλων, ὅτι δι' ὁμόνοιαν, ὡς συνῆκται τοῦ λόγου ὁ σύνδεσμος, ἐὰν
pag. 821. ἐπιτελέσωμεν, ἢ καὶ ἐπιτελῶσι, μετὰ ἰσημερίαν, καθὼς κἀκεῖνοι ἄγουσι πολλάκις τε καὶ ἡμεῖς. [7] Πάλιν δὲ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι τὴν ἰσημερίαν, ὡς ἐκεῖνοι ἄγουσιν ὅτε μόνοι ἄγουσιν· ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐπιτελέσωμεν, συμβέβηκεν ἡμῖν ἐν ἑνὶ ἐνιαυτῷ δύο Πάσχα ἐπιτελέσαι, μετὰ ἰσημερίαν καὶ πρὸ ἰσημερίας, τῷ δὲ ἄλλῳ ἑξῆς ἐνιαυτῷ οὐδὲ ὅλως ἐπιτελέσωμεν Πάσχα. Καὶ εὑρεθήσεται τὸ πᾶν πλάνης εἶναι ἔργον, ἤπερ ἀλήθεια. Πρὸ γὰρ ἰσημερίας οὐ πληρωθήσεται τὸ ἔτος, οὔτε πληροῦται τοῦ κύκλου τοῦ δρόμου, ἐκ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις τεταγμένου ὁ ἐνιαυτὸς, ἐὰν μὴ παρέλθῃ ἰσημερία.

Κεφ. ιβ'. Καὶ ἦν μὲν περὶ τούτου πολλὰ λέγειν, ὡς καλῶς ποιήσαντες οἱ πατέρες, μᾶλλον δὲ δι' αὐτῶν ὁ θεὸς κατώρθωσε τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ πᾶν ἀκρίβασμα τῆς ἀληθείας τῆς [1] πανσεβασμίου ταύτης ἑορτῆς καὶ παναγίας, μετὰ ἰσημερίαν μὲν ποιεῖσθαι, ὅτε ὑποπίπτει ἡ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ τῆς σελήνης ἡμέρας ψῆφος· οὐχ ἵνα ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐπιτελέσωμεν. Μία γὰρ ἡμέρα παρ' ἐκείνοις ζητεῖται, παρ' ἡμῖν δὲ οὐ μία, ἀλλὰ ἓξ, ἑβδομὰς πληρεστάτη. Διὸ καὶ αὐτὸς ὁ [2] νόμος λέγει ἐπιπλατύνων τὸ Λήψεσθε ἑαυτοῖς πρόβατον ἐνιαύσιον, ἄμωμον, τέλειον, ἀπὸ δεκάτου τοῦ μηνός· καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης· καὶ θύσεσθε αὐτὸ πρὸς ἑσπέραν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, τουτέστι τῆς σελήνης. Παρατηρεῖται δὲ ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα, τὴν ὡρισμένην καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Διατάξει, ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου. Καὶ ἐὰν μὲν ἦν τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης τῇ δευτέρᾳ τῶν σαββάτων, [3] μέσον ἄγεται τὸ θῦμα τοῦ προβάτου· ἐάν τε τρίτη σαββάτων, ἐάν [4] τε [5] τετάρτη σαββάτων, ἐάν τε πέμπτη σαββάτων, ἐάν τε [6] προσαββάτῳ, ἐάν τε σαββάτῳ, τῶν ἓξ ἡμερῶν πρὸς

4. καὶ νηστεύσομεν *om. cod. Rhedig.*
5. ἡ *articulum uncinis notavit Petavius.*
6. ἕστηκεν ἀλήθεια *codd. mss.* ἔστη ἡ ἀλήθεια *editi libri.*
7. πάλιν δὲ *verba non agnoscit cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. πανσεβασμίου *scrips. pro* πανσεβάσμου, *quod vulgo extat in libris omnibus.* Πανσεβάσμιος *adiectivo*

iunio traducemus? cum apostolos in illa Constitutione ita praecipientes audiamus: Qui afflixerit animam suam dominica die, maledictus est deo. Videsne quam exacta sit ista ratio quae illorum sententiae oppponitur, cum ex apostolici decreti sententia negotium confici nequeat? Sed in sensu intelligentiaque tota illius dogmatis veritas consistit, et ex apostolica illa Constitutione liquet, concordiae gratia sic esse decretum, ut ad consensionem stabiliendam, id quod nexus ipse orationis ostendit, si Pascha celebremus, adeoque et illi celebrent, post aequinoctium id omnino faciamus; quemadmodum persaepe nobiscum celebrare illi solent. Cum interim et ante aequinoctium confectum id ab illis peragatur, cum videlicet soli Pascha suum obeunt. Quod si nos una celebremus, in eundem annum duo Paschata nobis incurrent, ante videlicet, et post aequinoctium. Tum anno sequente ne unum quidem celebrabitur: eoque modo institutum omne nostrum summo cum errore coniunctum a veritate penitus abhorrebit. Etenim ante aequinoctium nondum annus impletus est; neque legitimum circuitionis illius tempus, quod a deo hominibus praestitutum est, confectum putatur, nisi aequinoctium praeterierit.

Qua de re plura a nobis commemorari possent, ex quibus constaret maiores nostros saluberrimo consilio, sive potius deum per illos religiosissimi illius ac sanctissimi diei celebrandi accuratissimam tradidisse rationem, ut nimirum post aequinoctium iniretur, quoties lunae decima quarta dies incideret, non ut ipsa decima quarta peragatur. Nam Iudaei quidam unicam diem observant; a nobis vero non unius, sed integrae hebdomadis habenda ratio est. Ob id lex ipsa velut tempus diffundens, *Accipietis*, inquit, *vobis agnum anniculum, immaculatum, perfectum, a decima die mensis, quem vos servabitis usque ad decimam quartam; et immolabitis illum ad vesperam decima quarta die mensis*, hoc est lunae. Proinde id ecclesiae consuetudo retinet ut Paschatis festum, hoc est hebdomadem ab apostolis in illa Constitutione praefixam, a secunda sabbatorum celebrare incipiat, quae dies agni est emptioni dicta. Quod si XIV. lunae dies in II. sabbatorum incidat, indidem agni immolandi tempus incipit; sive in III. sabbatorum, sive in IV., sive in V., sive in parasceuen, sive in sabbatum ipsum; quandoquidem VI

Cap. XII.

Exod. 12, 5.

Epiphanius est etiam usus in Epist. ad Acacium, et infra cap. 14.

2. *Verba* ὁ νόμος *omissa sunt in ed. Petav. Coloniae repet.*

3. *Ita libri omnes. Petav. annotavit* „Cornarius legit εἰς μέσον.“ *Is enim vertit* in medium agitur sacrificium.

4. *Libri vulgo* δὲ.

5. τετράδη *edit. princ.* τετράδα *cod. Rhedig.* $\tau\epsilon\tau\rho\alpha^{\delta'}$ *cod. Ien.*

6. προσαββάτων *codd. mss.*

τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ἐχουσῶν τὴν διοίκησιν. Οὔτε γὰρ ἐξ [7] ἑξκαιδεκάτης δυνάμεθα, οὔτε ἀπὸ [8] ἐνάτης σελήνης δυνάμεθα ἄρξασθαι τῆς ἑβδομάδος τῆς ξηροφαγίας καὶ Πάσχα καλουμένης ἁγίας, ἀλλὰ ἀπὸ δεκάτης ἕως ἐπιφωσκούσης πεντεκαιδεκάτης, μεσαζούσης τῶν δύο δρό-
pag. 825. *μων, νυκτός τε καὶ ἡμέρας. Καὶ συναναλαμβανομένου τοῦ αὐτῶν ἀριθμοῦ, τῶν δεκατεσσάρων ἡμερῶν τῆς σελήνης, κἄν τε παράπτηται εἰς ἐπίφαυσιν τῆς πεντεκαιδεκάτης, διὰ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἀκρίβειαν τοῦ τε ἡλιακοῦ δρόμου μετὰ τὴν ἰσημερίαν, καὶ τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου διὰ τὴν τεσσαρεςκαιδεκάτην, καὶ τῆς ἑβδομάδος [9] πλήρους διὰ τὴν κυριακὴν καὶ τὸν ἀπὸ δεκάτης ἡμέρας σελήνης ἀριθμὸν, ἥτις ἐστὶ σύλληψις τοῦ προβάτου καὶ ἀκροστιχὶς τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ, ἐπειδὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ [10] τὸ ἀντίτυπον αὐτοῦ πρόβατον ἐλαμβάνετο, ἀπὸ δεκάτης οὕτως ὁριζόμενον· [11] οὐκέτι δὲ ἐπιφωσκούσης [12] ἑξκαιδεκάτης, οὔτε ἀπὸ [13] ἐννάτης σελήνης δυνάμεθα τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἢ τὸ τέλος. Οἱ γὰρ ἐνιαυτοὶ, ἀνθυπερβάτως ὑστεροῦντες διὰ τοὺς διηλλαγμένους πρὸς ἀλλήλους δρόμους, ἡλίου τε καὶ σελήνης, ταύτην τὴν ἀνισότητα ἐκτελοῦσιν, οὐ [14] σκάνδαλον παρὰ θεοῦ ὡρισμένον, ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ταύτης ἐκ θεοῦ τεταγμένης, μετὰ τὴν πάνσοφον αὐτοῦ διοίκησιν, ἣν ἐχαρίσατο τῷ ἰδίῳ αἰῶνι, τοὺς ὁρισμοὺς τάξας φωστήρων τε καὶ καιρῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν καὶ τροπῶν, καὶ [15] προνοητικὴν ἀνθρώποις ἐκ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἐπιμέλειαν.*

Κεφ. ιγ'. *Τοῦ γὰρ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον πληρουμένου ἐν [1] τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις καὶ ὥραις τρισὶ συμβαίναι διὰ τὸ τὴν σελήνην ποιεῖν τὸν ἐνιαυτὸν ἡμέραις τ' πεντήκοντα τέσσαρσι λείπεσθαι τῷ μὲν κατὰ τὴν σελήνην δρόμῳ ἕνδεκα ἡμέρας καὶ ὥρας γ'. Καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἐνιαυτῷ γίνονται αἱ καλούμεναι ἐπακταὶ ἕνδεκα καὶ ὧραι τρεῖς, δευτέρῳ ἔτει ἡμέραι εἴκοσι δύο ὧραι ἓξ, τρίτῳ ἐνιαυτῷ ἡμέραι τριακοντατρεῖς καὶ ὧραι θ'. Καὶ τέμνεται ὁ εἷς μὴν ἐμβόλιμος καλούμενος. Ἐμβολιμεύονται γὰρ αἱ τριάκοντα ἡμέραι, ὑπολείπονται δὲ ἡμέραι τρεῖς, ὧραι θ', αἵτινες προστιθέμεναι ταῖς ἕνδεκα ταῖς ἀπὸ τετάρτου ἔτους, καὶ ὥραις τρισὶ γίνονται ἡμέραι ιδ', ὧραι ιβ'. Ἄλλων ἕνδεκα προστιθεμένων, καὶ ὡρῶν τριῶν, γίνονται κε' ἐπακταὶ καὶ ὧραι ιε'. Καὶ τῷ ἕκτῳ ἐνιαυτῷ προστιθεμένων ἄλλων ια' τοῦ ἔτους, καὶ ὡρῶν γ', γίνονται ἡμέραι λς' καὶ ὧραι ιη', αἳ ποιοῦσιν ἐμβόλιμον μῆνα ἕνα, καὶ [2] ἐνεβολεύθησαν καὶ κατὰ τρία ἔτη μῆνες δύο, τοῖς πρώτοις τρισὶν ἔτεσι μὴν εἷς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι*

7. ἑξκαιδεκάτης *codd. mss. uterque, et edit. princ.* ἑκκαιδεκάτης *ed. Petav.*
8. ἐννάτης *cod. Rhedig.*
9. πλήρης *codd. mss. uterque, et ed. princ.*
10. τοῦ *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
11. οὐκέστι *codd. mss. uterque.*
12. ἑξκαιδεκάτης *codd. mss. uterque et edit. princ.* ἑκκαιδεκάτης *ed. Petav.*

omnino dies ei negotio destinantur. Nam neque a XVI. lunae die, neque a IX. Xerophagiae ac Paschalis hebdomadem, quae sancta dicitur, inchoare possumus, sed a X. ad illucescentem usque XV., quae est duos inter cursus lucis ac noctis interiecta. Ita XIV. lunae dierum ille ipse numerus observatur; tametsi illucescentem quoque XV. una comprehendat, propter et exactam solaris cursus ab aequinoctio rationem, et lunaris perinde cursus, ob eius XIV., ac plenae insuper hebdomadis, dominicae diei gratia; tum vero ut a X. lunae die numerandi ducamus initium, quae est agni delectus, et nominis Iesu litera prior; quoniam quidem ipsius nomine, qui eius similitudinem referret agnus, capi solebat, a X. lunae die hoc modo praescriptus. At neque illuscente XVI., neque ab IX. lunae die, aut initium repetere possumus, aut finem statuere. Etenim anni solis ac lunae, cum ob dissidentes mutuo cursus vicissim sese superent, inaequalitatem illam afferunt: non quod aliquid a deo quod offensionem habeat constitutum fuerit, sed quod ab eo potius accurata ista ratio comparata sit, atque ab sapientissima illius moderatione profecta, quam in mundum introduxit suum, cum siderum, tempestatum ac mensium, annorum solstitiorumque ratas vicissitudines descripsit; id quod summae eiusdem in humanum genus curae ac providentiae, quae ex illius benignitate proficiscitur, debet ascribi.

Nam cum annus secundum solis cursum CCCLXV diebus atque horis tribus compleatur, inde fit ut, quoniam luna CCCLIV diebus annum suum absolvit, dies ei XI atque horae tres supersint. Itaque primus annus epactas, quas vocant, habet XI, cum horis III, secundus dies XXII, horas VI, tertius praeter dies XXXIII, horas IX. Qua ex dierum summa intercalaris mensis unus deducitur, ac triceni dies inseruntur. Reliqui sunt dies III, horae IX. Qui cum XI anni IV. diebus, horis III, coniuncti dies conficiunt XIV, horas XII. Additis deinde aliis XI diebus horisque tribus epactae XXV, et horae XV consurgunt. Sexto demum anno XI annuis diebus, atque horis III, accedentibus dies conflantur VI et XXX, cum horis XVIII. Ex iis intercalaris alter mensis existit. Ad hunc modum tertio cuique anno attributis singulis duo menses inseruntur. Nam priori triennio suus mensis accedit, posteriori pe- Cap. XIII.

13. ἐννάτης *cod. Rhedig.* ἐννα^τ' *cod. Ien.* ἐννάτου *editi libri.*

14. *Petavio placuit* σκανδάλων π. ϑ. ὡρισμένων. *Sed corrigere aliquid in his verbis non opus est.*

15. *Correxi* προνοητικὴν ἀ. ἐκ τ. α. φ. ἐπιμέλειαν, *quae quidem verba iungenda sunt cum superioribus* κατὰ τὴν πάνσοφον αὐτοῦ διοίκησιν. *Petavius putabat* προνοητικῆς ἀνϑρώπων ἐκ τ. α. φ. ἐπιμελείας. *Libri habent* προνοητικοῖς ἀνϑρώποις ἐκ τ. α. φ. ἐπιμελείας.

Cap. XIII.— 1. *Libri habent* διακοσίαις.

2. *Fortasse* ἐνεβολιμεύϑησαν.

pag. 826. μὴν ἕτερος. Καὶ περιλείπεται ἀπὸ τῶν ἐπακτῶν ἡμέραι ἕξ, καὶ ὧραι ιη'. Προστιθεμένων δὲ τούτων τῷ ἑβδόμῳ ἔτει [3] ταῖς ια', ταῖς ἀπὸ τοῦ ἔτους, καὶ ὥραις τρισὶ, γίνονται [4] ἐπακταὶ ιη', ὧραι κα'. Τῷ δὲ ὀγδόῳ ἔτει προστιθεμένων πάλιν τῶν ια' ἡμερῶν, καὶ ὁρῶν γ', γίνονται ἡμέραι κη', ἐπακταὶ καὶ ὧραι κδ', αἳ ποιοῦσιν ἡμέρας β'. Ἐκ τούτων τῶν ὡρῶν προστιθεμένων ταῖς κη' ἡμέραις γίνονται ὁμοῦ λ'· καὶ συμβαίνει κατὰ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν ἐμβολιμεύεσθαι τὰς λ' ἡμέρας, τὸν ἕνα μῆνα εἰς τὰ δύο ἔτη, καὶ οὕτως κατὰ περίοδον ὀκταετηρίδος ἐνενήκοντα ἡμέραι, οἵτινές εἰσι πληρέστατοι ἐμβόλιμοι μῆνες τρεῖς, οἳ γίνονται κατὰ τρία ἔτη μὴν εἷς, καὶ κατὰ δύο τὰ ὕστερα ἔτη μὴν εἷς. Ἐν τούτοις τοῖς τρισὶν ἐμβολίμοις τῶν τριῶν συστάσεων διαφωνεῖ τὸ Πάσχα παρὰ Ἰουδαίοις τε καὶ Χριστιανοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις.

Κεφ. ιδ'. Ἐν τούτοις ἡ διαλλαγὴ παρὰ τοῖς προειρημένοις Αὐδιανοῖς γίγνεται, καὶ πλανῶσιν ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἐν τούτῳ τῷ μέρει σεμνυνόμενοι κατὰ τὴν παράδοσιν [1] τὴν ἀπαρχῆς ἐπιτελουμένην, καὶ κατὰ τὴν Διάταξιν τῶν Ἀποστόλων, [2] μηδεμιᾶς ἀκριβείας προσέχοντες, μηδὲ ἐπιστάμενοι τὸ σαφὲς τῆς ἐν Διατάξει τῶν Ἀποστόλων ἐπιμελείας, ἧς ἐποιήσαντο, οὐ διὰ τὸ πάντως ἄγειν τοὺς Ἰουδαίους μετὰ ἀκριβείας, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκτεμεῖν τὴν φιλονεικίαν τῶν βουλομένων καθ' ἑαυτοὺς [3] ἕκαστον ἐπιτελεῖν, καὶ μὴ ἐν ὁμονοίᾳ. Ἓν γὰρ Πάσχα Χριστὸς βούλεται, καὶ τοῦτο λογίζεται, καὶ προσδέχεται τὸν ἀφιλονείκως ἐπιτελοῦντα, μέν τοί γε μετὰ τῶν μετὰ ἀκριβείας ποιούντων, μετὰ πάσης τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τῆς κατὰ πολλοὺς τρόπους τὴν ἑορτὴν ἀγούσης. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ Κωνσταντίνου ἐσχίσθη τὸ Πάσχα, πιθανὸν ἦν τοῖς τοῦτο συκοφαντοῦσιν. Ἐπειδὴ δὲ πρὸ τοῦ Κωνσταντίνου τὰ σχίσματα ἦν, καὶ ἦν χλεύη, Ἑλλήνων λεγόντων καὶ χλευαζόντων τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαφωνίαν, ἐπὶ Κωνσταντίνου δὲ διὰ τῆς τῶν ἐπισκόπων σπουδῆς συνηνώθη μᾶλλον τὸ σχίσμα εἰς μίαν ὁμόνοιαν, τί οὖν τούτου ἐστὶ προὐργιαίτερον καὶ [4] χαριέστερον, ἀπὸ γῆς περάτων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαλλάττειν λαὸν θεῷ, συμφωνεῖν τε καὶ ἀγρυπνεῖν, καὶ τὰς αὐτὰς
pag. 827. ἡμέρας [5] ἴσας φέρειν, ἔν τε ἀγρυπνίαις καὶ δεήσεσι, καὶ ὁμονοίᾳ, καὶ λατρείᾳ, νηστείᾳ τε καὶ ξηροφαγίᾳ, καὶ ἁγνείᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς κατὰ τὴν [6] πανσεβάσμιον ταύτην ἡμέραν ἀγαθαῖς θεῷ εὐαρεστήσεσιν. Ἱκανῶς δὲ ἔχειν νομίζω τῆς κατὰ τοῦτο τὸ τάγμα τῶν Αὐδιανῶν διαφωνίας.

3. ταῖς ἔντε καταῖς *cod. Rhedig.*
4. „*Corrige* ἐπακταὶ ιζ" *Petav.*
Cap XIV. — 1. τῆς *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*
2. *Emendatio incerta est. Licebit* μηδεμίᾳ ἀκριβείᾳ προσέχοντες *cum Petavio, licebit* μηδεμίᾳ ἀκριβείᾳ προέχοντες, *aut etiam* μηδεμίαν ἀκριβείαν προέχοντες, *vel simile quid.*
3. ἕκαστον *non agnoscit cod. Rhedig.*
4. *Libri habent* χαριέστατον. *In cod. Rhedig. legitur* τί δέ ἐστι προγιαίτερον τούτου καὶ χαριέστατον.
5. *Suspicor* ἴσως. *Etiam Cornarium vi-*

rinde suus. Restant ex epactis illis dies VI, horae XVIII, quibus VII. annus undenos dies, horas tres adiicit. Fiunt epactae XVIII, horae XXI. Tum VIII. anno XI rursus diebus horisque tribus adiunctis, VIII et XX dierum, atque horarum XXIV epactae colliguntur; horae dies conficiunt duos, qui XXVIII illis annumerati XXX dies solidos complent. Quare VIII. anno XXX dies intercalantur, et biennium istud mensem habet unum; adeoque tota illa periodus octaëterica dies sibi vendicat XC, qui menses solidos efficiunt III; nimirum primis duobus trienniis singulis mensem unum, biennio itidem sequente mensem unum. In his tribus intercalaribus mensibus, qui triplici illa dierum collectione constant, Iudaeorum Pascha, a Christianorum ceterorumque Paschate diversum est.

Haec sunt in quibus Audiani ab ecclesia dissentiunt, quem in Cap. XIV. errorem viros perinde ac mulieres induunt, dum hac in parte gloriantur veteri se traditioni et apostolorum decretis insistere, cum interim nihil hoc in negotio castigatum accuratumque teneant, ne sedulam illam apostolorum in hac Constitutione diligentiam intelligant, quam eo consilio adhibendam illi putarunt, non quod Iudaei optime ac sine errore in illa celebritate versarentur, sed ut eorum pertinaciam excluderent qui communi consensione spreta suae quisque voluntati ac consuetudini servire mallent. Etenim Christus unum Pascha ab omnibus observari cupiens huius unius rationem ducit, et eum approbat qui omni contentione posita cum iis celebrat, qui certissimam illius rationem ineunt, hoc est cum ecclesia catholica, quae variis modis festum illud indicit. Iam vero si a Constantini temporibus prima omnium de istiusmodi celebritate conflata forent dissidia, nonnullus istorum calumniae locus esse videretur. Sed cum ante Constantinum eadem illa divortia vigerent, et gentiles tantam ecclesiae discordiam non sine ludibrio nobis exprobrarent, tandem vero sub imperatore Constantino conspirantibus episcopis dissidium illud pacificatum et ad concordiam redactum fuerit, quid tandem utilius aut iucundius est quam ab extremis terrae finibus Christianos omnes populos in honorem dei festi illius celebritate defungi, ac communi consensione vigilias obire? eosdem, inquam, et aequales dies pernoctando precandoque traducere summa concordia, ac divini numinis obsequio, ieiuniis, aridorum usu, castimonia, aliisque pietatis officiis, quibus religiosissimum illum diem frequentare ac venerari solent? Sed haec satis esse arbitror de Audianorum dissidio hactenus disputata.

deo vertisse et eosdem dies aequaliter ferre, in vigiliis *cett.*

6. πανσεβασμένον *ed. princ.*

Ὑπέστη δὲ καὶ ἐξορίαν αὐτὸς ὁ γέρων Αὔδιος εἰς τὰ μέρη τῆς Σκυθίας, ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐξορισθεὶς, διὰ τὸ ἀφηνιάζειν λαοὺς· καὶ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων τῷ βασιλεῖ ἀνηνέχθη. Ἐκεῖ δὲ μάλιστα διατρίβων ([7] χρόνον ἐτῶν οὐκ ἔχω λέγειν) καὶ εἰς τὰ πρόσω βαίνων, καὶ εἰς τὰ ἐσώτατα τῆς Γοτθίας, πολλοὺς τῶν Γότθων κατήχησεν, ἀφ᾽ οὗπερ καὶ μοναστήρια ἐν τῇ αὐτῇ Γοτθίᾳ ἐγένετο, καὶ πολιτεία, καὶ παρθενία τε καὶ ἄσκησις οὐχ ἡ τυχοῦσα. Ἔστι γὰρ τῷ ὄντι τοῦτο τὸ τάγμα πάνυ ἐν ἀναστροφῇ θαυμαστῇ, καὶ τὰ πάντα αὐτῶν ἐν τοῖς αὐτῶν μοναστηρίοις καλῶς [8] φέρεται, πλὴν τῶν φιλονεικιῶν τούτων, τῆς τε παραλλαγῆς τοῦ Πάσχα τῆς τε κατὰ τὸ ἰδιωτικὸν ἐγκειμένης τοῦ κατ᾽ εἰκόνα ὁμολογίας.

Κεφ. ιε΄. Τὸ δὲ δεινότερον πάντων καὶ φοβερώτερον, ὅτι οὐκ εὔχονται μετά τινος, κἄν τε τῶν δοκίμων [1] φανείη, καὶ μηδὲν εἰς κατηγόρησιν ἐχόντων μηδὲ μέμψιν πορνείας ἢ μοιχείας ἢ πλεονεξίας, ἀλλ᾽ ὅτι ὁ τοιοῦτος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνάγεται. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ φοβερὸν, τὸ παραλλάξαι ὄνομα Χριστιανῶν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τῆς μὴ ἐχούσης ἐπίθετον ὄνομα, ἀλλὰ μόνον ὄνομα Χριστοῦ καὶ Χριστιανῶν, εἰς ὄνομα Αὐδίου καλεῖσθαι, συνθέσθαι τε καὶ ἀπαιτεῖσθαι σύνθημα ἀνθρωπίνης φύσεως, εἰ καὶ ἐπὶ τὸ ἀκραιφνὲς εἴη τῷ βίῳ, καὶ πάσῃ δικαιοσύνῃ τὸ τάγμα σεμνυνόμενον. Πολλοὶ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν γεγόνασι σὺν αὐτοῖς τε καὶ μετ᾽ αὐτὸν τοῦ τάγματος αὐτοῦ ἐπίσκοποι, Οὐράνιός τις τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν· καὶ ἀπὸ τῆς Γοτθίας δὲ ἔσχε τινὰς, καὶ κατέστησεν αὐτοὺς ἐπισκόπους, ἀλλὰ [2] καὶ Σιλουανός τις, καὶ ἄλλοι τινὲς, ὧν συμβέβηκέ τινας τοῦ βίου παύσασθαι, μάλιστα Οὐράνιον. Ηὔχει γὰρ οὗτος ἀναμέσον τοιούτου
pag. 828. τάγματος. Μετὰ δὲ τὴν τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν τούτων, Οὐρανίου καὶ Σιλουανοῦ, τοῦ ἐκ [3] Γοτθίας, τελευτὴν πολλοὶ διελύθησαν, καὶ εἰς ὀλίγον ἦλθε τὸ τούτων σύστημα, ἔν τε τοῖς μέρεσι Χαλκίδος τῆς πρὸς Ἀντιοχείας, καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Εὐφράτου. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς Γοτθίας ἐδιώχθησαν οἱ πλείους, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἡμέτεροι ἐκεῖ Χριστιανοὶ, διωγμοῦ μεγάλου ἐνστάντος ὑπὸ βασιλέως Ἕλληνος, δεινοῦ τε γενομένου, καὶ πρὸς ζῆλον τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὸ τοὺς βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων εἶναι Χριστιανοὺς, [4] τὸ πᾶν γένος τῶν Χριστιανῶν ἀπ᾽ ἐκείνων ἀπελασθῆναι. Οὐ λείπει δὲ ῥίζα σοφίας, οὐδὲ φύτευμα

7. χρόνων codd. mss. et edit. princ.
8. φέρονται cod. Rhedig.
Cap. XV. — 1. φανείη restituendum erat ex φανίη, quod in codd. mss. et in ed. princ. deprehenditur. φάνῃ est in ed. Petavii.
2. καὶ om. cod. Rhedig.
3. γοθίας cod. Rhedig.
4. Scribendum puto aut καὶ πρὸς ζ. τ. Ῥωμ., δ. τ. τ. β. τ. Ῥωμ εἶναι Χριστιανοὺς, τὸ πᾶν γένος τ. Χρ. ἀπ᾽ ἐκεί-

Ceterum idem ille senex Audius in Scythiam ab imperatore relegatus est, quod populos passim ab ecclesiae obsequio retraheret, cum eo nomine ab episcopis esset ad imperatorem delatus. Cumque in ea regione versaretur (quot autem annis ibidem vixerit certo asseverare non possumus), in interiora Gotthicae penetrans, barbaros multos Christianae religionis rudimentis instituit. Ex quo monasteria in Gotthia nonnulla propagata sunt; in quibus religiosa vivendi ratio, et virginitas, arctissimaque disciplina floruit. Est enim hominum iste coetus vitae ratione et instituto cum primis admirabili. Atque in illorum monasteriis nihil non praeclarum et eximium est, si praefractam illam contumaciam excipias qua et in Paschate celebrando a communi consuetudine discedunt; et illud de dei imagine simplici quadam ratione interpretandum putant.

Sed illud reliquis omnibus ad horrorem et atrocitatem maius est, Cap. XV. quod cum nemine precantur, tametsi honestis atque integris moribus esse videatur, neque quicquam habeat quod illi obiiciant, non stupri, non adulterii, non avaritiae crimen ullum, nisi hoc duntaxat, quod ecclesiae communione continetur. Est hoc vero, uti diximus, horrendum, Christianorum commutare nomen, qui in sancta ecclesia censentur, quae sola Christi et Christianorum appellatione contenta adscititium omne nomen respuit, pro illo, inquam, nomine Audianos appellari, coitiones inter se facere, ac tesseram meri hominis nomine inscriptam exigere. Haec, inquam, minime ferenda sunt, quamvis alioqui integerrimus sit hominum ille conventus, atque omni se probitate iustitiaque venditet. Post illius vero mortem ad eundem illum coetum adhaesere complures episcopi, sed inprimis Uranius in Mesopotamio. Quin etiam ex ipsa Gotthia sibi aliquot adiunxit, et episcopos constituit. Praeter quos etiam Silvanus et alii quidam extiterunt; e quibus nonnulli mortui sunt, et inter alios Uranius, qui se in illa turba prae ceteris efferebat. Verum post Uranii ac Sylvani in Gotthia episcopi mortem, plerisque ab ea factione abstractis, ad paucos istorum conventus redactus est, atque in Chalcide, quae ad Antiochiam sita est, et ad Euphratem resedit. Nam e Gotthia plerique pulsi sunt, una cum aliis communionis nostrae Christianis; cum ab rege quodam gentili ingens esset ac vehemens concitata persecutio, quam Romanorum praesertim odio commoverat, quod Romanos imperatores Christianos esse videret; unde Christianum omne nomen illinc exterminari voluit. Verum radix sapientiae aut fidei satus non deficit. Et quam-

νων ἀπελάσθη. Καὶ οὐ κτλ., *aut* καὶ γ. τ. Χρ. ἀπ' ἐκείνων ἀπελασθῆναι. Οὐ πρὸς - - - - - Χριστιανούς, ὥστε τὸ πᾶν λείπει κτλ.

πίστεως. Ἀλλὰ [5] καὶ εἰ δοκοῦσι πάντες ἀπηλάσθαι, πάντως εἰσὶν ἐκεῖθεν ἄνθρωποι· οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ λεῖψαι τὴν πηγὴν τῆς πίστεως. Πολλοὶ οὖν ἀναχωρήσαντες τῶν αὐτῶν Αὐδιανῶν τῆς Γοτθίας καὶ τῶν ἡμετέρων μερῶν, ἐνταῦθα ἐλθόντες παροικοῦσιν ἀπὸ τοῦ χρόνου τούτου ἐτῶν τεσσάρων. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Ταύρου ὄρους ἀνεχώρησαν πάλιν τὰ τῶν αὐτῶν Αὐδιανῶν μοναστήρια, ἀπό τε τῆς Παλαιστίνης καὶ τῆς Ἀραβίας· [6] ἤδη γάρ εἰσι πεπλατυσμένοι. Λοιπὸν δὲ ὀλίγοι, καὶ ὀλίγα μοναστήρια, τάχα δὲ καὶ [7] ἐν δυσὶ κώμαις ἐν τοῖς προειρημένοις μέρεσι κατὰ τὸ ἐξώτερον μέρος τῆς [8] Χαλκίδος, καὶ ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, καὶ τῶν μερῶν τῆς Μεσοποταμίας ἐστὶν ἄχρι δεῦρο τὸ τάγμα εἰς ὀλίγον περιστὰν, ὡς ἔφην.

Ἀλλ' ἕως ὧδε ἱκανῶς καὶ περὶ τούτων ἔχειν ἡγοῦμαι. Οὓς παρελθὼν πάλιν τὰ ἑξῆς διασκοπήσω, ἵνα μή τι παραλείψω τῶν εἰς διαιρέσεις τε καὶ τομὰς καὶ εἰς διαστάσεις καὶ εἰς σχίσματα ἐν τῷ κόσμῳ συμβεβηκότων. Εἰ γὰρ καὶ [9] τῇ πίστει οὐκ ἂν μεταλλάττοιεν καὶ τῷ τρόπῳ τοσοῦτον, ἀλλ' ὅμως πᾶν τὸ διαιρεθὲν καὶ ἐν βίῳ ὀνομαζόμενον ὑφ' [10] ἡμῶν κατὰ τὸ δυνατὸν οὐ παραλειφθήσεται*).

ΚΑΤΑ ΦΩΤΕΙΝΙΑΝΩΝ,

πεντηκοστὴ πρώτη, ἣ καὶ ἑβδομηκοστὴ πρώτη.

Κεφ. α'. Φωτεινὸς, ἐξ οὗπερ Φωτεινιανοὶ, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἤκμασεν, ἐπίσκοπος γεγονὼς τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, μανίᾳ ἀρθεὶς ου μικροτάτῃ, ἀλλ' ἐμβρόντητος γεγονὼς ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ, ὅμοια, καὶ ἐπέκεινα τῶν Παύλου τοῦ Σαμοσάτεως διανενοημένος περὶ
pag. 829. τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἐξεμέσας λόγους ἀσυστάτους βλασφημίας. Οὗτος δὲ ὡρμᾶτο ἀπὸ Σιρμίου. Καὶ ὅτε μὲν τοῦτο τὸ ζιζάνιον τῷ κόσμῳ εἰςηγήσατο, [1] τότε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπὶ [2] Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως καιρὸς ἦν. Εἰς ἔτι δεῦρο περιῆν τῷ βίῳ, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Σαρδικῇ συναχθείσης δυτικῆς συνόδου καθαιρεθεὶς, δι' ἣν ἐξήμεσε βλασφημίαν.

Φάσκει δὲ οὗτος ἀπαρχῆς τὸν Χριστὸν μὴ εἶναι, ἀπὸ δὲ Μαρίας καὶ δεῦρο [3] αὐτὸν ὑπάρχειν, ἐξότε φησὶ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ' [4] αὐτὸν, καὶ ἐγεννήθη ἐκ πνεύματος ἁγίου. Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιόν φησι, ὡς τολμηρὸς ἀρχιτέκτων, νομίζειν εἶναι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς

5. εἰ καὶ *cod. Rhedig.*, *quod magis placet.*

6. *Verterim potius* Hodie enim sunt dispersi. *Cornarii versionem*, Erant enim iam dilatati, *quam etiam Petavius quadammodo secutus esse videtur, requireret potius* ἤδη γὰρ ἦσαν πεπλατυσμένοι.

7. ἐν *praepositio omissa est in ed. Petav. Colon. repet.*

8. χαρκίδος *cod. Rhedig.*

9 τῇ *om. cod. Rhedig.*

10. ἡμῶν *scripsi pro* ὑμῶν, *quod omnes*

quam pulsi fugatique Christiani omnes videantur, nonnulli tamen adhuc supersunt. Neque enim fidei fons arescere penitus potest. Quocirca multi ex Audianis Gotthia, ac provinciis nostris egressi, et ad Euphratis regiones illas profecti, quartum iam annum illic habitant. Ad haec e Tauro monte ac Palaestina et Arabia eorumdem Audianorum monasteria sublata sunt. Olim quippe magnopere diffusi propagatique fuerant. Hodie vero tam hominum quam monasteriorum paucissimo numero sunt; adeo ut duobus duntaxat in pagis domicilium habeant in ea quam dixi provincia, hoc est exteriori Chalcidis limite, ultra Damascum et Mesopotamiam; ubi ad hoc tempus perexigua illorum multitudo degit.

Sed de his hactenus. Nunc ad alias transeamus; ne quid a nobis praetermittatur quod divisionem aliquam ac velut sectionem ecclesiae, sive dissidium ac divortium attulerit. Quamvis enim, quod ad fidem spectat, ac more ipso rituque non admodum discrepent, nihil nos tamen, quod quoque modo ab ecclesia divulsum, atque inter factiones contrarias recensitum fuerit, pro virili parte praetermittemus.

CONTRA PHOTINIANOS,
quae est haeresis LI., vel LXXI.

Per idem tempus Photinus, a quo Photiniani prodierunt, emer- Cap. I.
sus catholicae ecclesiae quondam episcopus, qui haud mediocri furore percitus superiores omnes insania superavit, eademque cum Paulo Samosateno, imo atrociora quaedam, de dei filio mente concepit, in quem plenos contumeliae sermones, nec ulla soliditate firmatos evomuit. Hic prodiens Sirmio Constantio imperante infelix doctrinae suae lolium in orbe disseminavit, et ad haec usque tempora superfuit, cum in Sardicensi occidentis synodo ob execrandas blasphemias depositus esset.

Hic Christum a principio negat extitisse, sed iam tum a Maria virgine initium accepisse, ac recentem esse; ex quo spiritus, inquit, sanctus in illum descendit, et e spiritu sancto genitus est. Quem quidem spiritum sanctum Christi esse putat, audax architectus

libri retinent, praeeunte Cornario, qui vertit a nobis non relinquetur.

*) *In fine capitis in codd. mss. utroque legitur additum* Τέλος τοῦ περὶ τῶν αὐδιανῶν σχίσματος.

Cap. I. — 1. „Mendosus locus. Legendum autem Κωνσταντίου.“ *Petavius. Distinxi interim post* καιρὸς ἦν.

2. *Libri habent* Κωνσταντίνου.

3. αὐτὸν *non habet cod. Rhedig.*

4. *Rescribo* αὐτὴν *cum Cornario, qui vertit* ipsam.

οὐρανομέτρης τῶν ἀνεκδιηγήτων. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ Φωτεινὸς λάλος τὸν τρόπον, καὶ ὠξυμμένος τὴν γλῶτταν, πολλοὺς δὲ δυνάμενος ἀπατᾶν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ καὶ ἑτοιμολογίᾳ· πολλάκις γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἐλεγχόμενος καὶ μετὰ τὴν τότε γενομένην ἐν τῇ Σαρδικῇ αὐτοῦ ἀπολογίᾳ, ὅτε ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων ἐκλήθη δοῦναι λόγον περὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ προβληθείσης κακοπιστίας. Καὶ γὰρ οὗτος ἠξίωσε Κωνστάντιον τὸν βασιλέα, ὡς μάτην καθῃρημένος, ὅπως ἀκροατὰς λάβοι αὖθις, τοῦ ἀποδεῖξαι ἑαυτὸν μάτην καθῃρημένον. Ὅθεν ὁ μὲν βασιλεὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐξέπεμψε κριτὰς καὶ ἀκροατὰς τῆς αὐτοῦ μελλούσης ἔσεσθαι ἀπολογίας, Θαλάσσιον, καὶ Δατιανὸν, καὶ [5] Κερεάλιον, καὶ Ταῦρον, καὶ Μαρκελλῖνον, καὶ Εὐάνθιον, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ Λεόντιον, Βασιλείου τοῦ Ἀγκυριανοῦ τὰς αὐτοῦ [6] πεύσεις ἐρωτῶντος καὶ ἀντιλέγοντος τοῖς ὑπ' αὐτοῦ μέλλουσιν ἀπολογεῖσθαι, ἢ καὶ καταδέχεσθαι. Οὐ μικρὰν δὲ διάλεξιν πρὸς τὸν αὐτὸν [7] Βασίλειον ἐποιήσατο· ἀλλ' ὥσπερ παρατετριμμένης φαύλης γυναικὸς τὸ χρῶμα, διὰ τῶν λόγων αὐτοῦ παρέφερεν ἐν τῇ διαλέξει ῥητὰ ἀσύστατα πρὸς τὴν διάνοιαν τῆς ἀληθείας, ὄντα δὲ αὐτοῦ τῇ ἐννοίᾳ παραπεποιημένως νοούμενα. Διὰ δὲ τῆς ἀπατηλῆς αὐτοῦ φθογγῆς καὶ ἑτοιμολογίας εἰς κατασκευὴν αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἀκουόντων διὰ τῆς γλώσσης [8] αὐτοῦ ἠτοιμασμένος, καὶ μετὰ καυχήσεως περὶ τῆς ὑποθέσεως ἑκατὸν μαρτυρίας φέρειν ὁ γεννάδας ἐπηγγείλατο [9] κατὰ τῶν ἀεὶ πολλάκις πρὸς αὐτὸν ἀντιβαλλόντων, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Βασίλειον διαλέξει εὕρομεν, [10] ἐν οἷς ἐκέλευσαν ταχυγράφοις γράφειν, Ἀνυσίῳ διακόνῳ τοῦ [11] βασιλέως, καὶ Καλλικράτει ἐξσκέπτορι Ῥουφίνου τοῦ ἐπάρχου, καὶ Ὀλυμ-
pag. 830. πίῳ καὶ Νικήτῃ καὶ Βασιλείῳ [12] μεμωραδίοις, καὶ Εὐτυχεῖ καὶ Θεοδούλῳ νοταρίοις τοῦ [13] Βασιλείου, καὶ ἀπεστάλη ἐσφραγισμένος τόμος εἷς τῷ βασιλεῖ [14] Κωνσταντίῳ· εἷς δὲ ἔμεινεν ἐν τῇ κατὰ Βασίλειον συνόδῳ· καὶ ἄλλος τόμος μετὰ τῶν κομήτων, ὡσαύτως ἐσφραγισμένος ὡς τὰ τῆς αὐτοῦ ὑπονοίας [15] βεβεβηλωμένα.

Κεφ. β'. [1] Εἴποτε γὰρ ὁ Βασίλειος ἠρώτησεν ὅτι, Πῶς αἱ θεῖαι γραφαὶ διδάσκουσι περὶ τοῦ κυρίου τοῦ θεοῦ λόγου πρὸ αἰώνων εἶναι τὸν μονογενῆ καὶ σὺν πατρὶ, ὁ Φωτεινὸς μὲν τὸν λόγον ἐδέχετο, τὰ μὲν εἰς Χριστὸν τὴν διαίρεσιν προσάπτων, τὰ δὲ εἰς τὸν λόγον ἀνωτάτω

5. Κερυάλιον *codd. mss. uterque, et edit. princ.*

6. πνεύσεις *vitium est edit. Petav. Colon. repetit.*

7. Βασίλειον (βασι^λ') *cod. Ien., Cornarius (qui* Basilium *vertit) atque Petavius.* βασιλέα *cod. Rhedig. et editi.*

8. αὐτοῦ *codd. mss. uterque.* αὐτῶν *editi libri.*

9. κατὰ τῶν *emendatio est Petavii, quam recepi. Libri vulgo* καὶ γὰρ τῶν. *Quid Cornarius sit suspicatus patet ex interpretatione eius Latina* etiamsi ipsi saepe adversus illum instarent.

10. *H. e. in iis collationis eius cum Basilio actis quae cett.*

11. *Ita editi.* βασι^λ *cod. Ien.* βασι^λ *cod. Rhedig., ut incerta sit interpretatio sigli.* Basilii *vertit Cornarius; nec improbavit eam lectionem Petavius. Vide eius adnotat. ad h. l.*

12. μεμωραδίοις *codd. mss. et edit. princ.*

et coelestium, quae sermone explicari nequeunt, dimensor. Fuit hic prompta ad loquendum ac volubili lingua, adeo ut plerosque verborum ipsa pronuntiatione et dicendi celeritate in fraudem posset impellere. Saepe enim a multis refutatus est, post illam sui purgationem quam in Sardicensi synodo suscepit, cum ab episcopis pestiferae doctrinae, quam proposuerat, rationem reddere est iussus. Etenim Constantium imperatorem adiens, tanquam inique depositus esset, causae suae iudices ac disceptatores petiit, quibus frustra sibi abrogatum esse sacerdotium probaret. Ob id imperator iudices misit, apud quos ille caussam ageret, Thalassium et Datianum, Cerealium, Taurum, Marcellinum, Evanthium, Olympium, et Leontium, datumque Basilio Ancyrano nego'ium, ut illum interrogaret, et quae ab eo purgarentur aut admitterentur refelleret. Fuit vero haud mediocris illa cum Basilio suscepta disputatio. Sed nequissimae mulierculae more, quae fucis colorem adulterat, sententias in disputando nonnullas iniiciebat, quas a sensu veritatis abhorrentes depravata sua intelligentia corruperat. Sed sermonis calliditate, ac loquendi facilitate ad sui auditorumque deceptionem cumprimis instructus, etiam illud iactare arroganter ausus est, centum se scripturae testimoniis opinionem suam esse probaturum. Multi enim adversus illum in certamen descenderunt, ut in actis collationis illius cum Basilio reperimus, quae a notariis excepta est, Anysio imperatoris ministro, et Callicrate exceptore Rufini praefecti, Olympio, Niceta, Basilio, qui erant a memoria, Eutyche, et Theodulo Basilii notariis. Quibus omnibus perscriptis tomus unus obsignatus ad imperatorem Constantinum missus est, alius penes synodum, cui Basilius intererat, remansit, tertium perinde obsignatum apud se comites habuerunt, ubi tota illius dogmatis expositio continebatur.

Porro cum de illo Basilius sciscitaretur, quomodo scripturae Cap. II.
sacrae de domino ac deo verbo docerent, ante omnia saecula unigenitum illum, et cum patre fuisse, Photinus adhibita distinctione ita quod dicebatur probabat, partim ut ad Christum, partim ad ver- Ioann. 1, 1.

μεμοραδίοις ed. Petav. μεμοραρίοις suspicio Petavii erat. μεμοριαλίοις emendavit Franc. Francus (Salmasius) in Confut. Animadv. Antonii Cercoetii p. 82. Item Du Cangius, quem v. in Glossariis ad Scriptt. Med. et Inf. Graecitatis et Latinitatis s. v.

13. βασιλέως *suspicatus est Petavius.*

14. *Libri vulgo* Κωνσταντίνῳ.

15. βεβεβηλωμένα *de coniectura scripsi pro* βεβλημένα, *quod vulgo extat in libris.*

Petavius loco succurrendum esse putavit restituto ὅπου *pro* ὡς, *et toto paene coelo aberravit, cum pateat certe hoc, Epiphanium nihil aliud voluisse quam actorum tomum tertium mansisse apud comites, perinde obsignatum atque impia Photini quoque dogmata. Cornarius vertit* prout ipse ex sententia sua pronuntiarat.

Cap. II. — 1. *Rescribendum videtur* Ὁπότε γὰρ.

ἀναλογούμενα. Τὸ γὰρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, τῷ λόγῳ ἑαυτοῦ, [2] φησὶν, ὁ πατὴρ εἴρηκε. Τί οὖν, ὁ λόγος ἐν τῷ πατρὶ, φησὶ, ἦν, ἀλλ' οὐκ ἦν υἱός; Καὶ, Ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου, ἐν πατρὶ ὢν ὁ λόγος, καὶ, Εἶδον, φησὶ, κατερχόμενον ἐπάνω τῶν νεφελῶν, [3] ὡς υἱὸν ἀνθρώπου. Τοῦτο, φησὶ, προκαταγγελτικῶς ἔλεγεν, οὐχ ὡς τοῦ υἱοῦ ὑπάρχοντος, ἀλλὰ [4] δι' ὃ ἔμελλεν υἱὸς καλεῖσθαι μετὰ τὴν Μαρίαν, καὶ ἀντὶ τῆς σαρκὸς ἀνιέναι, γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀπὸ Μαρίας, προχρηστικῶς, φησὶ, τὰ πάντα ἀναφέρεται εἰς αὐτὸν ἀπαρχῆς. Οὔπω δὲ ἦν, λόγος δὲ ἦν, καθάπερ ἐν ἐμοὶ ὁ λόγος. Ἤδη δὲ εἶπον ὅτι ἀπὸ μέρους Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἔχων τὰ ὅμοια τῆς ἐννοίας· ἕτερα δὲ ἔτι παρ' ἐκεῖνον ὑπερβεβηκὼς τῇ ἐννοίᾳ.

Κεφ. γ'. *Καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος ἀνατραπήσεται εἰς ἐσχάτην ἐλθὼν ἀρνησιθεΐαν, καὶ ἀλλοτρίαν ὑπόνοιαν ζωῆς αἰωνίου ἐν ἅπασιν. Εἰ γὰρ πρόσφατος ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν θεότητα, ἄρα ὁ Δαβὶδ πρωτεύει, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν προκριτέοις ὑπάρχει τοῦ αὐτὸν πεποιηκότος. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς διενοεῖτο, μᾶλλον καὶ παρελθὼν τὴν θείαν γραφὴν, κατὰ τὴν αὐτοῦ πεπλανημένην ἔννοιαν φάσκων ὅτι καὶ ὁ ἀπόστολος εἴρηκεν, Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκὸς, καὶ ὁ δεύτερος ἀπ' οὐρανοῦ. Εὐθὺς δὲ ἀντιπίπτει αὐτῷ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, καὶ ἐλέγχει αὐτοῦ τὴν ἐσκοτωμένην διάνοιαν. Ἄνθρωπον γὰρ καὶ ἄνθρωπον ἔφη ὁ*
pag. 831. *ἅγιος ἀπόστολος· καὶ τὸν μὲν πρῶτον ἄνθρωπον τὸν Ἀδὰμ ἐκ γῆς εἶναι χοϊκὸν, τὸν δὲ δεύτερον ἀπ' οὐρανοῦ. Καί τοί γε ἄνθρωπον λέγων, οὐκ ἐξ οὐρανοῦ δὲ ἡ σὰρξ καταβέβηκεν, ἀλλ' ὡμολόγηται καὶ ἀπὸ τούτου ἀπὸ Μαρίας οὖσα. Ἀπ' οὐρανοῦ δὲ καταχρηστικῶς οὐ λέγει σάρκα, ἀλλὰ τὸν δεύτερον ἄνθρωπον, ἐξότε ἄνωθεν ἦλθεν ὁ λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Εἰ οὖν προϋπῆρχεν ὁ κύριος, καὶ πάρεστιν, ὃς ἐφεῦρε πᾶσαν ὁδὸν συνέσεως· εἶναι δὲ [1] αὐτὸν ὄντως οὐκ ἀμφιβάλλει ἡ θεία γραφή. Τὰ γὰρ μετὰ ταῦτα σημαίνει προόντα, καὶ τὸ εὑρηκέναι πᾶσαν ὁδὸν συνέσεως, εἶτα Ἐπὶ γῆς ὤφθη, τὴν μέλλουσαν ἔνσαρκον παρουσίαν. Καὶ ὅτι ἀπ' οὐρανοῦ φασι τὸν ἄνθρωπον ἐνηνοχέναι, οὐ λέγει ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ διὰ τὴν συνένωσιν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἄνθρωπον μὲν αὐτὸν λέγει, διὰ τὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Ἀδὰμ καὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας, ἀπ' οὐρανοῦ δὲ αὐτὸν λέγει διὰ τὸ ἄνωθεν ἡκέναι τὸν θεὸν λόγον καὶ σάρκα,*

2. ὁ πατήρ φησιν εἴρηκε *cod. Rhedig.*
3. ὡς *non habet cod. Rhedig.*
4. δι' ὃ *codd. mss. uterque.* δὴ ὃ *editi.*
Cap. III. — 1. αὐτὸν, ὡς *habent omnes libri, mendose, ut neminem fugiet. Reposui veram scripturam* αὐτὸν ὄντως, *syllaba* ον *repetita ex antecedente vocabulo* αὐτὸν, *quo abierat, cum litera* τ *syllabae* τως *in spiritum transiret.*

bum referri oportere indicaret. Nam his verbis, *Faciamus hominem ad imaginem nostram et ad similitudinem*, verbum suum pater alloquitur. Quid igitur? Erat, inquit, in patre verbum, sed nondum erat filius. Item, *Pluit dominus a domino*, quod in patre verbum esset. Et, *Vidi*, inquit, *descendentem supra nubes, quasi filium hominis*, quod velut ante denuntians dixit: non quod adhuc filius existeret, sed ipsum solum, cui filii nomen erat aliquando tribuendum, post Mariam videlicet, quodque ex carne proditurum erat, Christus nimirum de spiritu sancto Mariaque genitus; in quem sic tanquam anticipatione quadam universa conferuntur. Quamquam nondum ipse, quemadmodum et verbum illud, quod in me est. Hoc autem paulo ante monuimus, Photinum ex Pauli Samosateni factione esse, eademque cum illo defendere; tametsi illum ipsum novis erroribus inventisque superavit. Gen. 1, 26. Gen. 19, 24. Dan. 7, 13.

Verum nihilominus et ipse refelletur; qui in extremam impietatem, ac divini numinis abnegationem prolapsus, et aliena a sempiterna vita commenta secutus est. Nam si recens adeo est, quod ad divinitatem attinet, dei filius, consequens est non modo Davidem illo anteriorem esse, sed et eidem conditori suo praeferendum. Atque haec quidem haeretici illius opinio fuit, qui sacrarum literarum auctoritate contempta eius testimonio perperam intellecto sic abutitur. Apostolus, inquit, ita loquitur: *Primus homo de terra terrenus, secundus de coelo.* Atqui statim illi veritatis refragatur oratio, ac tenebricosam illius mentem redarguit. Apostolus enim duplicis hominis mentionem agit, quorum priorem *Adamum e terra terrenum*, alterum e coelo deductum affirmat. Ac licet hominem appellet, non tamen e coelo caro ipsa descendit, sed vel fatente ipso e Maria suscepta est. De coelo vero non abusu quodam sermonis carnem ait esse delapsam, sed secundum hominem duntaxat; ex quo verbum e coelo descendit, *et habitavit in nobis*, quemadmodum scriptum est. Quamobrem et ante dominus existebat, et subinde adfuit, *Qui invenit omnem viam scientiae.* Extitisse vero divina scriptura non dubitat. Nam quae sequuntur ante illum extitisse declarant. Velut *quod omnem viam scientiae reperisse* dicatur, deinde *in terra visus esse*, quae futuram incarnationem, quandoque significabant. Iam vero quod e coelo secum hominem detulisse putant haeretici, non hoc apostolus dicit, verum ob humanam naturam cum divina consociatam hominem illum appellat, atque etiam ob illud tempus quod Adamum inter et incarnationem interiectum est; non quod, ut ille sibi persuadet, verbum a patre processerit, et in Cap. III. 1.Cor.15,47. Ioann. 1, 3. Baruc. 3, 37.

ὥς φησι, Ὁ λόγος σὰρξ γενόμενος, οὐχ ὡς αὐτὸς ὑπονοεῖ, λόγον ἐκ πατρὸς προελθόντα καὶ εἰς σάρκα μεταβεβλημένον· οὕτω γὰρ κατὰ τὴν ἠπατημένην αὐτοῦ ἔννοιαν διηγήσατο περὶ τοῦ ὅρου. Εἰ δὲ ἔστιν Ἀδὰμ πρὸ τοῦ εἶναι τὸν λόγον, [2] ἄρα διὰ τίνος ὁ αὐτὸς Ἀδὰμ κέκτισται, καὶ πάντα τὰ πρὸ αὐτοῦ κτίσματα τοῦ θεοῦ; ἢ πρὸς τίνα ὁ πατὴρ εἴρηκε, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον; Οὐ γάρ τίς [3] ποτε πρὸς τὸν ἐνδιάθετον αὐτοῦ λόγον, ἢ τὸν προφορικὸν ἐπιτείνεται τὴν συμβουλίαν. ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔμφυτον καὶ ἅγιον αὐτοῦ λόγον τῆς μελλούσης τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας ποιεῖται τὴν μετὰ πάσης σοφίας ἐξήγησιν, ἵνα μάθωμεν ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὸν παῖδα πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα, ἵνα μὴ τὸν ἡμέτερον κτίστην πρόσφατον νομίσωμεν, ἀλλὰ σὺν πατρὶ ἀεὶ ὑπάρχοντα πρὸ τῶν αἰώνων· ὡς καὶ Ἰωάννης μαρτυρεῖ λέγων, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς [4] τὸν θεόν.

Κεφ. δ΄. [1] Ὡς φησιν [2] αὐτὸς ὁ ἀγύρτης. Καὶ αὐτός φημι εἶναι τὸν λόγον ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' οὐχ υἱὸν θεοῦ γεγεννημένον. Καὶ εἰ μὴ ἔστιν υἱὸς θεοῦ, μάταιος αὐτοῦ ὁ πόνος, [3] ματαία αὐτοῦ καὶ ἡ προαίρεσις, καὶ ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ διάνοια. Οὐδὲ γὰρ περισσότερον τῶν ἀρνησαμένων αὐτὸν Ἰουδαίων οὗτος λέγει. Οὐ γὰρ λέγει περὶ αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν ἐν τῷ θεῷ, ἀλλ', Ὁ λόγος
pag. 832. ἦν πρὸς τὸν θεόν. Καὶ οὐ λέγει ὅτι ἐν τῷ θεῷ ἦν μόνον, ἀλλὰ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ἀλλ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ μὲν λόγος ἐνδιάθετος ἀεὶ καὶ προφορικὸς ὑπάρχων οὐ δύναται λέγεσθαι ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἀνθρώπου λόγος. [4] Εἰ οὐκ ἦν οὔπω τὸ γέννημα, ὡς αὐτὸς λέγει, καὶ εἰ οὔπω ἦν υἱὸς [5] τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος, διὰ τίνος τὰ πάντα γεγένηται; ἐπειδή φησι τὸ εὐαγγέλιον, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Ἀλλά φησι, Ὥςπερ διὰ λόγου ὁ ἄνθρωπος πράττει ὃ βούλεται, οὕτως διὰ τοῦ ἰδίου λόγου ὁ πατὴρ διὰ τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ λόγῳ ἐποίησε τὰ πάντα. Πῶς οὖν ὁ κύριος διὰ τοῦ εὐαγγελίου λέγει ὅτι, Ἕως ἄρτι ὁ πατὴρ ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι; Τὸ δὲ, Ὁ πατὴρ ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, οὐ τοῦ πατρὸς μὴ ἐργαζομένου ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ἐργασίᾳ, οὐδὲ τοῦ υἱοῦ [6] ἀλλοτρίου ὄντος, καὶ μὴ ἐργασαμένου ἐν τῇ τοῦ πατρὸς δημιουργίᾳ. Πάντα γὰρ τὰ ἔργα, ὅσα ἐστὶν, ἅμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος γεγένηται. Δι' αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα γέγονεν ἀπὸ πατρὸς, καὶ αὐτὸς τὰ πάντα εἰργάσατο σὺν πατρὶ, καὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι. Τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ. Διὸ καὶ μετὰ ἀσφαλείας ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔλεγε, γινώσκων τὰς ὑπονοίας τῶν πεπλανημένων, προγνώστης

2. *Libri vulgo* ἆρα.
3. πώποτε *cod. Rhedig.*
4. τὸν *om. in edit. Petavii Colon. repet.*

Cap. IV. — 1. Ἀλλὰ *pro* ὡς *substituendum censuit Petavius.*
2. αὐτὸς *om. in edit. Petavii.*

carnem mutatum fuerit; ita enim ille falso de hoc argumento disseruit. Et vero si Adamus verbo originem antecessit, per quemnam non modo Adamus, sed etiam quae Adamo priores sunt creaturae dei omnes productae sunt? Quis ille vero est cui pater dixit, *Faciamus hominem?* Nemo enim aut ad intimum verbum suum, aut ad illud quod exterius profertur consultationem deliberationemque dirigit. Ideo insitum sibi sanctissimumque suum verbum alloquens pater futuram hominis procreationem sapientissima voce declarat, ut filium apud patrem initio extitisse sciremus, neque conditorem nostrum recens in lucem editum arbitraremur, sed cum patre priorem saeculis omnibus fuisse. Id quod Ioannes ita demonstrat: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum.* Ioann. 1, 1.

Atqui verbum, inquit circulator iste, a principio extitisse fateor; filium dei genitum fuisse, id vero non fateor. Verum nisi dei sit filius, inanis est illius labor, inane et animi propositum, vana denique spes omnis et cogitatio. Nihil enim amplius excellentiusque de Christo profitetur quam Iudaei ipsi, qui eundem abnegarunt. Porro non scriptum est in evangelio: *In principio erat verbum, et verbum erat in deo,* sed, *Verbum erat apud deum,* nec in deo verbum modo fuisse dicit, sed *Deus erat verbum.* In ipso quidem homine sermo ille, qui perpetuo aut interior, aut externa voce prolatus est, homo dici non potest, sed hominis sermo. Quod si, ut ille nugatur, nondum velut foetus erant, aut dei filius deus verbum, per quemnam omnia producta sunt? Quandoquidem, ut evangelium asserit, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Atenim quemadmodum, inquit, homo per verbum suum quidquid libuerit efficit, ita et pater per verbum suum, quod in ipso erat, universa procreavit. Quomodo igitur hoc in evangelio domini dictum accipiendum est: *Pater usque modo operatur, et ego operor?* Ioann. 5, 17. Quae verba non sic intelligenda sunt, quasi in his quae filius efficit nihil pater ipse moliatur, aut contra abalienandus sit filius, neque se patris opificio agendo aliquid immisceat. Siquidem opera omnia a patre simul et filio et spiritu sancto producta sunt. Nam per ipsum omnia sunt a patre producta, ipseque adeo cum patre et spiritu sancto fabricavit omnia. *Verbo enim domini coeli formati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Psalm. 32, 6. Quocirca caute illud prudenterque dominus in evangelio dixit, cum, utpote deus omnia praevi-

Cap. IV.

3. καὶ ματαία αὐτοῦ ἡ προαίρεσις *cod. Rhedig.*
4. εἰ δὲ οὐκ ἦν *suspicatus est Petavius.*
5. τοῦ *om. cod. Rhedig.*
6. ἀλλοτρίου ὄντος *emendavit Petavius.* ἀλλοτριοῦντος *vulgo extat in libris. Et Cornarius iam vertit* neque quod filius alienus sit.

ὢν, ὡς θεὸς, καὶ ὡς ἤμελλεν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυτὸν ἐκβάλλειν, ἔλεγε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖ ὁ υἱὸς, ἐὰν μὴ ἴδῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Καὶ οὐχ ὅτι πρῶτον ὁρᾷ, ἔπειτα πράττει, ἀλλὰ πάντα ἐν ἑαυτῷ ἔχει, καὶ πράττει ἃ βούλεται.

Κεφ. ε'. Πῶς οὖν ταῦτα ἔσται, ὦ Φωτεινέ; ἢ τίς ὁ ἐν σοὶ πάλιν ἡμῖν προβαλλόμενος τοῦτο τὸ ζιζάνιον; τίς ὁ τὸ δηλητήριον τοῦτο κατασκευάσας τῷ βίῳ; πόθεν τὸ πονηρόν σοι ἐνθυμεῖσθαι κατὰ τοῦ κυρίου σου βλάσφημον λαβεῖν ὑπόνοιαν; Οὐκ ἔπεισέ σε Ἀβραάμ, φάσκων πρὸς αὐτὸν καὶ λέγων, Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; Ἐλέγχθητι γὰρ ὡς παρ' αὐτῷ ὁ υἱὸς ἐπεδήμησε, καὶ οὐ προφορά τις ὢν, ἀλλ' ἐνυπόστατος θεὸς λόγος. Καὶ ὅπως γνῴης, ὦ ἐθελόσοφε, τὸ πέρας τῶν ἐν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει πεπραγματευμένων, ὡς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἐπισφραγισάμενος τὸ τέλειον ἡμῖν ἀπεφήνατο pag. 833. φάσκων ὅτι, Ἔβρεξε κύριος ἀπ' οὐρανοῦ πῦρ καὶ θεῖον ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα παρὰ κυρίου, καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ λόγος τοῦ κυρίου, ἀλλὰ, Κύριος παρὰ κυρίου· ὡς καὶ Δαβὶδ λέγει, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, καὶ ἵνα [1] ὅτι οὐ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ὁ υἱὸς μόνον εὑρίσκεται διηγεῖται, καὶ περὶ τῆς ἀπ' ἀρχῆς ὅτι, Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὦ περιττολόγε, καὶ ἐν ἀργοῖς καὶ περιέργοις ταττόμενε, οὐδεὶς δέξεταί σου τὸν λόγον. Οὔτε γὰρ μειζότερον τὸ πνεῦμα, οὔτε μικρότερον. Τίς γὰρ ταῦτα ἐξεζήτησε, φησὶν, ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Ἐλέγχει σε δὲ ὁ αὐτὸς ἅγιος λόγος, ὡς φάσκει κύριος περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου· ὁμολογῶν αὐτὸ γνήσιον τῆς αὐτοῦ θεότητός φησι, Τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ ἐμοῦ λήψεται.

Κεφ. ϛ'. Καὶ πόσαι ἄλλαι τυγχάνουσι μαρτυρίαι; ἐπειδὴ δὲ πᾶσιν ἡ σὴ ἐρεσχελία δῆλός ἐστι πλάνης οὖσα καὶ οὐκ ἀληθείας. Φωραθήσεται δὲ οὐ μόνον ἀπὸ συνετῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὀλίγων τι τῆς θείας γραφῆς τὴν ἀκολουθείαν ἐπιγινωσκόντων, δι' ἣν οὐκ ἐπιδεηθήσομαι πολλῶν [1] μαρτύρων, ἢ πολλῆς ἀνατροπῆς· εὐάλωτον γάρ σου τὸ διήγημα καὶ ἡ κακοπιστία. Διὸ ἀρκετῶς [2] ἔχειν τὰ πρὸς σὲ εἰρημένα, [3] ὡς, ἀπὸ γῆς ἀναφύσαντος κνωδάλου [4] ἀτόνου τε καὶ ἀδυνάμου, τῷ ποδὶ τοῦ λόγου συντρίψας καὶ τῇ τοῦ θεοῦ λόγου ἀληθείᾳ, ἢ ὡς ἕλμιγγα,

Cap. V. — 1. *Petavius* γνῷς *desiderat. Sed nihil deerit, si* ἵνα *interpretabimur* ubi.

Cap. VI. — 1. μαρτύρων *codd. mss. uterque.* μαρτυρῶν *ed. princ.* μαρτυριῶν *ed. Petav.* 2. *Libri habent* ἔχειν.

dens, ac quid decepti homines cogitaturi aliquando forent, utque ab se quisque veritatem abiudicaturus esset intelligens. *Nihil*, inquit, *a seipso facit filius, nisi viderit patrem facientem.* Nec est quod suspicetur aliquis primum illum videre, deinde facere. Habet enim in seipso omnia, et quaecumque voluerit perficit. Ioann. 5, 19.

Quinam igitur vera haec esse, Photine, poterunt? Quis ille est, qui in te nobis rursus lolium illud disseminat? Quis illud virus in humanum genus effudit? Quis tantae tibi impietatis, ac tam conscceleratae contumeliosaeque in deum opinionis auctor fuit? Non vel Abraamus meliorem tibi mentem persuadere potuit, qui deum sic alloquitur: *Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?* Illud vero redarguere te debet, quod apud ipsum versatus esse filius dicitur, non sermonis aliqua prolatio, sed deus verbum subsistens. Atque ut eorum quae in hoc negotio gesta sunt exitum intelligas, o sapientiae inanis affectator, hoc ipso in scripturae loco quod perfectum et absolutum est velut obsignans, declaravit his verbis: *Pluit dominus e coelo ignem, et sculphur in Sodomo et Gomorrha a domino.* Non dixit, Verbum domini, sed Dominus a domino. Ut et David locutus est: *Dixit dominus domino meo.* Ut autem constet non solum post incarnationem filii nomen usurpari, de eo quoque, quod a principio factum est, mentionem facit. *Ex utero*, inquit, *ante Luciferum genui te.* Iam vero de spiritu sancto nemo est, homo loquacissime, et inter otiosos curiososque numerande, qui sermones tuos aequis auribus admittat. Nam neque maior, neque minor dici potest spiritus sanctus. *Quis enim haec*, inquit, *requisivit de manibus vestris?* Quinetiam idem te sanctissimum verbum, Christus videlicet dominus condemnat; qui de spiritu sancto sic loquitur, divinitatis ut suae germanum ac participem agnoscat. Ait enim, *Qui ex patre procedit, et de meo accipiet.* Cap. V. Gen. 18, 25. Gen. 19, 24. Ps. 109, 1 et 3. Esai. 1, 17. Ioann. 15, 26.

Quam multa sunt et alia testimonia! Quae consulto praetereo, quoniam quidem tua omnibus importunitas est manifesta, quae ab errore, non a veritate, proficiscitur, adeo ut non eam modo sapientiores, sed ut illi facile deprehendant qui nonnullum sacrarum literarum usum habuerint. Quare non est quod pluribus adversus illam testimoniis aut longiori refutatione opus esse nobis arbitremur. Nihil enim narratione tua et infidelitate ad convincendum facilius. Unde quae contra te disputata sunt hactenus, satis arbitror futura, ac perinde ut insectum quoddam animal e terra emersum, et imbecillum, sic posteaquam te divini verbi ac veritatis vestigio proculcavi, Cap. VI.

3. *Suspicior scribendum esse* ὂν ὡς. *Cornarius vertit* Quapropter sufficiunt haec adversus te dicta, quem velut animalculum insectum ac impotens *cett.*
4. *Libri vulgo* ἀτόμου.

ἤτοι [5] γῆς ἐντεριώνην καταλείψω. Ἤδη γὰρ καὶ διεσκεδάσθη [6] εἰς ὀλίγον χρόνον ἡ τούτου τοῦ ἠπατημένου αἵρεσις. Ἐπὶ δὲ τὰς ἑξῆς συνήθως θεὸν ἐπικαλούμενος προελεύσομαι *).

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΕΛΛΙΑΝΩΝ,

πεντηκοστὴ δευτέρα, ἢ καὶ ἑπτακοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α'. Τῷ δὲ αὐτῷ πάλιν χρόνῳ (ὑπὸ ἓν γὰρ πάντες οὗτοι ἦσαν) Μάρκελλος γέγονεν ἐν Ἀγκύρῃ· ἔτι γὰρ καὶ δεῦρο, ἀπὸ τοῦ ἔτους τούτου, ὡς ἀπὸ δύο ἐτῶν ἐτελεύτα, ἢ πλείω ἢ ἐλάσσω. Ἐποίησε δὲ καὶ αὐτός τινα διαίρεσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ χρόνου, ὀλί-
pag. 831. γην δέ τινα ἔννοιαν ὑπέφαινεν οὗτος, ἀπεικαζόμενος Σαβελλίῳ τε καὶ Ναβάτῳ ἀπὸ [1] τοῦ τῶν Ἀρειανῶν πρὸς αὐτὸν παροξυσμοῦ, δῆθεν διὰ τοῦ λογισμοῦ τῆς πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἀντιθέσεως. Ὅθεν καὶ παρά τινων βλασφημεῖται ἀπὸ μέρους, ὡς ἔφην, Σαβελλιανῶν ἐσχηκὼς τὴν ἐρεσχελίαν. Τινὲς δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπελογήσαντο μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ὀρθῶς αὐτὸν βεβιωκέναι, καὶ τῷ φρονήματι αὐτὸν ὀρθῶς ἔχειν διϊσχυρίζοντο. Διὸ πολλὴ περὶ τούτου ζήτησις γέγονε. Καὶ τὰ μὲν κρύφια τῆς ἐννοίας θεῷ ἔγνωσται. Οἱ δὲ ἀπ' αὐτοῦ γεγονότες καὶ κατηχηθέντες, οἱ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν ἀγνοοῦντες, οἱ μὴ τὰ ἐκείνου ἀληθῆ διηγούμενοι, οὔτε τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν ἤθελον, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, ὅτι μία ἐστὶν ἡ θεότης, μία δοξολογία, ὁμοούσιος οὖσα ἡ τριάς, καὶ οὐδὲν διαλλάττουσα τῆς ἰδίας δόξης, τριὰς τελεία οὖσα, καὶ μία θεότης, μία δύναμις, μία οὐσία, οὔτε συναλιφή τις οὖσα, οὔτε ὑποβεβηκυῖα. [2] Οὗτος δὲ ἐπὶ πλεῖστον βουλόμενός τινα λέγειν παρά τισιν, ὡς ὑπὸ τὸν Σαβέλλιον τῷ φρονήματι ἔδειξεν εἶναι. Διὸ καὶ [3] αὐτῇ ἐν αἱρέσει ἐλέχθη καὶ ἠριθμήθη. Παραθήσομαι δὲ αὖθις καὶ τὴν ἔκθεσιν τοῦ λόγου οὗ πεποίηται Ἰουλίῳ τῷ μακαρίτῃ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ ὁ αὐτὸς Μάρκελλος, ὑπεραπολογούμενος δῆθεν [4] ἑαυτοῦ. Ἐκ δὲ τῆς ἀπολογίας καὶ τοῦ λιβέλλου φανήσεται ἕτερα παρὰ τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας πεφρονηκώς. Εἰ μὴ γὰρ ἕτερα ἐφρόνησεν, ὑπὲρ ποίων εἰς ἀπολογίαν ἤρχετο, εἰ μὴ ἄρα λόγοι ἐξ αὐτοῦ ἐτέθησαν οὐκ ὀρθοί, καί τινας ταράξαντες εἰς ταύτην κατήγαγον τὴν ἀπολογίαν; Τοίνυν τὸ ἀντίγραφόν ἐστι τοῦτο.

5. *Vocab.* γῆς *in cod. Rhedig. erasum est.*
6. εἰς ὀλίγον χρόνον *interpretor* in breve tantum tempus duratura.
*) *Subscriptum est in utroque codice* Τέλος τὰ τοῦ Φωτεινιᾶν.
Cap. I. — 1. τούτων *ed. princ.*
2. *Cornarius vertit* Hic vero quum voluerit quaedam diffusius apud quosdam dicere, declaravit se cum Sabellio sentire.
3. *Reposui de coniectura* αὐτῇ *pro* αὐτὴ, *quod in libris est omnibus. Cornarius putavit* αὐτὸς; *vertit enim* quapropter etiam ipse inter haereticos numeratus est et confutatus.
4. αὐτοῦ *cod. Rhedig.*

sive lumbrici instar, aut terrae interanei, missum postremo faciam. Iam enim brevi admodum tempore illius est haeresis dissipata. Nunc implorata, ut solemus, ope dei ad reliquas haereses progrediemur.

CONTRA MARCELLIANOS,
quae est haeresis LII., sive LXXII.

Per idem tempus (nam in eandem aetatem illi omnes incidunt) Cap. I.
Ancyrae Marcellus extitit, qui ad nostra usque tempora pervenit, et duobus abhinc plus minus annis obiit. Hic nonnihil in ecclesia divortii conflavit, eodem fere ut dixi tempore. Verum obscuram admodum dogmatis sui significationem dedit, cum ad Sabellii et Novati factionem adiungeretur, Arianis potissimum pro suo in illum odio hoc ipsum exprobrantibus, quod nimirum adversus Arianos contenderet. Hinc est quod a nonnullis eo nomine incessitur, quasi ad Sabellianorum cavillationes partim adhaeserit. Verum alii eidem patrocinantes verum id esse negant, e contrario vero praeclare illum vixisse ac recte sensisse confirmant. Unde magna de eo controversia conflata est. Enimvero quae in illius animo occulta fuerunt uni deo cognita sunt. Ceterum illius sectatores, et ab eo instituti, cum eius mentem ignorarent, nec quae vere ille sensisset exprimerent, tres hypostases confiteri noluerunt, uti veritas docet, quae unam censet esse divinitatem unamque gloriam et consubstantialem trinitatem, quae nihil in gloria sua diversum habeat, utpote perfecta trinitas, et una divinitas, una virtus, una essentia, neque in unum contracta aut confusa, nec ulla sui parte inferior, aut subiecta. Marcellus autem nonnullorum sententia cum aliquid amplius his astruere vellet, in Sabellii errorem incidisse visus est. Ex quo factum est ut inter haereses ista quoque recensenda ac confutanda veniret. Libet autem et illius orationem subiicere, quam purgandi sui gratia ad beatae memoriae Iulium Romanorum episcopum scripsit. Qua ex defensione et libello nonnulla contra sinceram fidem opinatum esse constabit. Etenim si nihil ab illa diversum sensisset unquam, cuiusnam rei gratia hanc illam sui purgationem institueret, nisi quaedam ab illo parum recte posita ac pronuntiata forent, quae cum aliquos perturbassent, defendendi sui atque excusandi necessitatem attulerint? Exemplum igitur epistolae sic se habet.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ, ΟΝ ΚΑΘΕΙΛΕΝ Η ΣΥΝΟΔΟΣ ΧΑΡΙΝ ΕΤΕΡΟΔΟΞΙΑΣ.

Κεφ. β'. *Τῷ μακαριωτάτῳ συλλειτουργῷ Ἰουλίῳ Μάρκελλος ἐν Χριστῷ χαίρειν.*

Ἐπειδή τινες τῶν καταγνωσθέντων πρότερον ἐπὶ τῷ μὴ ὀρθῶς πιστεύειν, οὓς ἐγὼ ἐν τῇ κατὰ Νικαίαν συνόδῳ διήλεγξα, κατ' ἐμοῦ γράψαι τῇ θεοσεβείᾳ σου ἐτόλμησαν, ὡς ἂν ἐμοῦ μὴ ὀρθῶς, μήτε ἐκκλησιαστικῶς φρονοῦντες, τὸ ἑαυτῶν ἔγκλημα εἰς ἐμὲ μετατεθῆναι σπουδάζοντες, τούτου ἕνεκεν ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀπαντήσας εἰς τὴν
pag. 835. Ῥώμην ὑπομνῆσαί σε, ἵνα τοὺς κατ' ἐμοῦ γράψαντας μεταστείλῃ ὑπὲρ τοῦ [1] ἀπαντήσαντας αὐτοὺς ἐπ' ἀμφοτέροις ἐλεγχθῆναι ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι τε καὶ ἃ γεγράφασι κατ' ἐμοῦ, ψευδῆ ὄντα τυγχάνει, καὶ ὅτι ἔτι καὶ νῦν ἐπιμένουσι τῇ ἑαυτῶν προτέρᾳ πλάνῃ, καὶ δεινὰ κατά τε τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ἡμῶν τῶν προεστώτων αὐτῶν τετολμήκασιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἀπαντῆσαι οὐκ [2] ἠβουλήθησαν, ἀποστείλαντός σου πρεσβυτέρους πρὸς αὐτοὺς, καὶ ταῦτα ἐμοῦ ἐνιαυτὸν καὶ τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότος, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, μέλλων ἐντεῦθεν ἐξιέναι, ἔγγραφόν σοι τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν μετὰ πάσης ἀληθείας τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ γράψας ἐπιδοῦναι, ἣν ἔμαθον, ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν ἐδιδάχθην, καὶ τῶν κακῶς ὑπ' αὐτῶν λεγομένων ὑπομνῆσαί σε, ἵνα γνῷς οἷς χρώμενοι πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων λόγοις τὴν ἀλήθειαν κρύπτειν βούλονται. Φασὶ γὰρ μὴ ἴδιον καὶ ἀληθινὸν λόγον εἶναι τοῦ παντοκράτορος θεοῦ τὸν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀλλ' ἕτερον αὐτοῦ λόγον εἶναι, καὶ ἑτέραν σοφίαν, καὶ δύναμιν. Τοῦτον γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ ὠνομάσθαι λόγον, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ διὰ τὸ οὕτως αὐτοὺς φρονεῖν, ἄλλην ὑπόστασιν διεστῶσαν τοῦ πατρὸς εἶναί φασιν. Ἔτι μέν τοι καὶ προϋπάρχειν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα δι' ὧν γράφουσιν ἀποφαίνονται, [3] καὶ μὴ εἶναι αὐτὸν ἀληθῶς υἱὸν ἐκ τοῦ θεοῦ. Ἀλλὰ κἂν λέγουσιν ἐκ τοῦ θεοῦ, οὕτως λέγουσιν ὡς [4] καὶ τὰ πάντα. Ἔτι μὴν καὶ ὅτι ἦν ποτε [5] ὅτε οὐκ ἦν λέγειν τολμῶσι, καὶ κτίσμα αὐτὸν καὶ ποίημα εἶναι, διορίζοντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πατρός. Τοὺς οὖν ταῦτα λέγοντας ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας εἶναι πεπίστευμαι. Πιστεύω δὲ ἑπόμενος ταῖς θείαις γραφαῖς ὅτι εἷς θεὸς καὶ ὁ τούτου μονογενὴς υἱὸς λόγος, ὁ ἀεὶ συνυπάρχων τῷ πατρὶ, καὶ μηδεπώποτε ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐσχηκὼς, ἀληθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ ὑπάρχων,

Cap. II. — 1. *Libri vulgo* ἀπαντήσαντος. *Quod vitium Cornarius (in versione latina) et Petavius sustulerunt.*
2. ἠκολούθησαν *cod. Rhedig.*
3. καὶ *particulam, quae vulgo abest a libris, absorptam syllaba* ται *vocabuli praecedentis, de coniectura revocavi. Etiam*

EXEMPLUM EPISTOLAE MARCELLI, QUEM OB HAERESIM SYNODUS DEPOSUIT.

Beatissimo collegae Iulio Marcellus in Christo salutem. Cap. II.

Cum nonnulli ex iis qui, quod parum integre de fide sentirent, antea condemnati sunt, quique a me in Nicaena synodo convicti sunt, contra me ad pietatem tuam scribere non dubitaverint, me nec recte, nec cum ecclesiae doctrina consentanee de fide statuere, uti crimen suum in me transferrent, propterea necessario Romam mihi veniendum, et te commonendum putavi, ut eos qui contra me scripserunt arcesseres; ut cum advenissent, de duobus illis a me convincerentur, cum illa ipsa falsa esse quae in me scripserunt, tum eos adhuc in pristino errore perseverare et indigna quaedam adversus ecclesias dei ac nos ipsos illarum praesides esse machinatos. Sed cum illi venire noluerint, tametsi presbyteros ad ipsos miseris, ego vero anno integro ac tribus mensibus Romae commoratus fuerim, faciendum mihi omnino censui, ut ante quam hinc proficiscerer, meae fidei professionem tibi sincere atque ex animo, meaque manu perscriptam offerrem; qualem didici atque ex divinis literis sum edoctus, et ut in memoriam tibi revocarem quae perperam ab illis asseruntur; ex quibus intelligeres quibusnam ad auditores decipiendos adhibitis sermonibus veritatem occultare conantur. Inprimis enim negant dominum nostrum Iesum Christum proprium ac verum dei omnipotentis esse verbum. Sed aliud ipsius esse verbum, aliam sapientiam et virtutem esse praedicant. Illum vero, postquam in lucem sit editus, ab ipso verbum, et sapientiam, virtutemque nominatum. Quod cum sentiant, aliam a patre diversam hypostasim esse illum existimant. Praeterea patrem ante filium existere, ex his quae scribunt manifeste declarant, nec ipsum vere esse filium a patre procedentem. Sed etsi a deo esse dicant, perinde illum arbitrantur ac cetera omnia creata proficisci. Ad haec, fuisse aliquando cum nondum esset affirmare non dubitant, adeoque creaturam et opificium esse; quem etiam a patre seiungunt. Ego vero qui haec asserunt ab ecclesia catholica alienos esse persuasum habeo. Tum sacris literis inhaerens credo unum esse deum et unigenitum eius filium verbum, qui cum patre semper existit, nec existendi initium ullum unquam habuit. Idem revera a deo procedens, non

Cornarius vertit et non esse ipsum vere filium ex deo.

4. καὶ τὰ πάντα *correxit C. H. G. Rettberg in Marcellianis Gottingiae* 1794. *editis, p.* 107. *Vulgo extat* κατὰ πάντα.

5. ὅτε *codd. mss. uterque.* ὅτι *editi libri.*

οὐ κτισθεὶς, οὐ ποιηθεὶς, ἀλλὰ ἀεὶ ὢν, ἀεὶ συμβασιλεύων τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, οὗ τῆς βασιλείας κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν οὐκ ἔσται τέλος. Οὗτος υἱὸς, οὗτος δύναμις, οὗτος σοφία, οὗτος ἴδιος καὶ ἀληθὴς τοῦ θεοῦ λόγος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀδιαίρε-
pag. 836. τος δύναμις τοῦ θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα τὰ γενόμενα γέγονε, καθὼς τὸ εὐαγγέλιον μαρτυρεῖ, [6] λέγον, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Οὗτός ἐστιν ὁ λόγος περὶ οὗ καὶ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς μαρτυρεῖ, λέγων, Καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. Περὶ τούτου καὶ Δαβὶδ ἔφη, Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. Οὕτω καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἡμᾶς διδάσκει διὰ τοῦ εὐαγγελίου, [7] λέγων, Ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. Οὗτος ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθεὶς, τὸν ἄνθρωπον ἔλαβε.

Κεφ. γ'. Πιστεύω οὖν [1] εἰς θεὸν παντοκράτορα, καὶ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν, τὸν γεννηθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ τῶν νεκρῶν, ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅθεν ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἁγίαν ἐκκλησίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν αἰώνιον. Ἀδιαίρετον εἶναι τὴν θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ παρὰ τῶν θείων μεμαθήκαμεν γραφῶν. Εἰ γάρ τις χωρίζει τὸν υἱὸν, τουτέστι τὸν λόγον τοῦ παντοκράτορος θεοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν ἢ δύο θεοὺς εἶναι νομίζειν, ὅπερ ἀλλότριον τῆς θείας διδασκαλίας εἶναι νενόμισται, ἢ τὸν λόγον μὴ εἶναι θεὸν ὁμολογεῖν, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἀλλότριον τῆς ὀρθῆς πίστεως εἶναι φαίνεται, τοῦ [2] εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, Καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ἐγὼ δὲ ἀκριβῶς μεμάθηκα ὅτι ἀδιαίρετος καὶ ἀχώριστός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. Αὐτὸς γὰρ ὁ σωτὴρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός φησι, Ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν τῷ πατρί· καὶ, Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, Ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα. Ταύτην καὶ παρὰ τῶν θείων γραφῶν εἰληφὼς τὴν πίστιν, καὶ παρὰ τῶν κατὰ θεὸν προγόνων διδαχθεὶς, ἔν τε τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ κηρύττω, καὶ πρὸς σὲ νῦν γέγραφα, τὸ ἀντίγραφον τούτου παρ' ἐμαυτῷ κατασχών. Καὶ ἀξιῶ τὸ ἀντίτυπόν σε τούτου τῇ πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἐπιστολῇ ἐγγράψαι, ἵνα μή τινες τῶν ἀκριβῶς μὴ εἰδότων ἡμᾶς κἀκείνοις τοῖς ὑπ' αὐτῶν γραφεῖσι προσέχοντες ἀπατηθῶσιν. Ἔῤῥωσθε.

Πεπλήρωται.

creatus, non factus, sed existens semper, ac cum deo patre perpetuo regnans. *Cuius regni*, ut testatur apostolus, *non erit finis*. Luc. 1, 33.
Hic ipse filius, ipse virtus, ipse sapientia, ipse proprium, verumque dei verbum, dominus noster Iesus Christus, indivisa dei virtus; per quem creata omnia producta sunt, ut evangelium docet. *In principio*, inquit, *erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus* Ioann. 1, 1.
erat verbum: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Hoc demum verbum est de quo Lucas evangelista testatur. *Sicut*, inquit, *tradiderunt nobis qui ab initio inspectores et ministri* Luc. 1, 2.
fuere verbi. Ad eundem etiam David respexit, cum ita cecinit: *Eructavit cor meum verbum bonum.* Sic et dominus noster Iesus Chri- Psalm. 44, 2.
stus in evangelio nos docuit: *Ego*, inquit, *a patre exivi, et venio.* Ioann. 16, 28.
Hic est qui postremis temporibus nostrae salutis gratia descendens et ex virgine Maria genitus hominem suscepit.

Credo igitur in deum omnipotentem, et in Christum Iesum Cap. III.
ipsius filium unigenitum dominum nostrum, genitum de spiritu sancto, et Maria virgine. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus, et tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in coelum, et sedet ad dexteram patris; unde venturus est iudicare vivos et mortuos. Et in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Iam patris et filii divinitatem dividi non posse e sacris literis didicimus. Nam si quis filium, hoc est omnipotentis dei verbum, separare voluerit, necesse est ut aut duos esse deos arbitretur, id quod a coelesti doctrina confessione omnium abhorret, aut verbum esse deum inficietur, quod et ipsum ab sincera fide videtur alienum, cum evangelista dicat, *Et deus erat verbum.* Ego vero certo illud didici, virtutem patris, hoc est filium, neque dividi, neque separari posse. Ita enim salvator ac dominus noster Iesus Christus loquitur: *In me pa-* Ioann. 14, 10.
ter, et ego in patre, item: *Ego et pater unum sumus*, et, *Qui videt* Ioann. 10, 30.
me, videt et patrem. Hanc igitur quam et a sacris literis accepimus, et a maioribus nostris secundum deum didicimus, fidem cum in ecclesia dei praedico, tum ad te modo perscribo, eiusque penes me exemplar retinui. Postremo illud a te peto, ut eiusdem meae professionis exemplum tuis ad episcopos literis inseras; ne quis eorum, quibus accurate perspecti non sumus, illorum de me scriptis fidem adhibens in errorem inducatur. Valete.

Hactenus epistola.

6. λέγων *codd. mss. uterque et ed. princ.*
7. λέγων *om. cod. Rhedig.*

Cap. III. — 1. εἷς *non agnoscit cod. Rhedig.*
2. εὐαγγελίου *cod. Rhedig.*

pag. 837. Κεφ. δ'. Εἰ τοίνυν ὁ λίβελλος οὗτος καλῶς ἔχει, οἱ δυνάμενοι ἀναγνώτωσαν, καὶ οἱ δυνάμενοι ἀκριβῶσαι τὰ ἐν αὐτῷ εἰρημένα· καὶ εἰ μὲν καλῶς ἔχει, αὐτοὶ διακρινέτωσαν. Οὐ γὰρ βουλόμεθα [1] πέρα ὧν ἐπιστάμεθα, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων λέγειν. Εἰ γὰρ καὶ καλῶς ἔχει ὁ λίβελλος ἐκ τῆς ὑποθέσεως, πάλιν διανοηθήσονται οἱ ἐντυγχάνοντές τε καὶ ἀκούοντες ὅτι οὐκ εἰς μάτην, οὔτε εἰς ἀργότητα, οὔτε κατ' ἐκείνου ἐγίνετο αὐτῷ ἀνάγκη ἀπολογίας, εἰ μὴ ἄρα ἐξήμεσε λόγους τινὰς ταράσσοντας, καὶ ἀναγκάσαντας αὐτὸν εἰς ἀπολογίαν ἥκειν περὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων. Συμβαίνει γὰρ καὶ μετὰ τὸ ἐσφάλθαι αὐτὸν διὰ τοῦ λιβέλλου ὑπεραπολογήσασθαι, καὶ ἑαυτὸν διορθώσασθαι· ἢ ὅτι μὲν τῷ λιβέλλῳ ἐκόσμησεν αὐτοῦ τοὺς λόγους, ἵνα παρακρύψῃ τὰ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντα, ἵνα μὴ ἐκπέσῃ διὰ τῆς καθαιρέσεως τοῦ κοινοῦ τῶν ἐπισκόπων συλλόγου τε καὶ τοῦ κανόνος. Ὅμως τὰ περὶ Μαρκέλλου εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ταῦτα. Ἠρόμην δὲ αὐτὸς ἐγὼ χρόνῳ τινὶ τὸν μακαρίτην πάπαν Ἀθανάσιον περὶ τούτου τοῦ Μαρκέλλου, πῶς ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ οὔτε ὑπεραπελογήσατο, οὔτε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἠνέχθη, μόνον δὲ διὰ τοῦ προσώπου μειδιάσας ὑπέφηνε, μοχθηρίας μὴ μακρὰν αὐτὸν εἶναι. καὶ ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε.

Κεφ. ε'. Παραθήσομαι δὲ ἅτινά τινες [1] εὑρόντες ἐν τοῖς αὐτοῦ Μαρκέλλου συντάγμασιν, ἃ ἐδόκει ἐπιλήψιμα αὐτοῖς φαίνεσθαι, πρὸς ὃν ἀποτεινόμενοι καὶ αὐτοὶ ἀντισυνέταξαν. [2] Ὑπὸ δὲ ἄλλων πάλιν διὰ τὸ τοὺς [3] ἀντισυντάξας, ὕστερον εἰς ἄλλο τραπέντας ἐλέγχου χάριν, τὰ ἀντισυνταχθέντα ὑπ' αὐτῶν προβαλλόμενοι ἐδείκνυον, καὶ ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συντάγμασι κατὰ τὰς [4] γενομένας διαιρέσεις ἀναμέσον τῶν περὶ Ἀκάκιον καὶ Βασίλειον τὸν Γαλάτην καὶ Γεώργιον τὸν Λαοδικείας ἐποιήσαντο πρὸς ἔλεγχον τοῦ αὐτοῦ Ἀκακίου. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ ἀπὸ τοῦ Μαρκέλλου συνταγμάτων κατὰ Μαρκέλλου εἰπών, ἵνα ἐν πᾶσιν ἡμεῖς τῆς ἀληθείας μηδὲν παραλείψαντες δείξωμεν ὅτι οὔτε ἀπευχόμεθα τὰ πρὸς διόρθωσιν, οὔτε συναινεῖν βουλόμεθα τοῖς τι παρὰ τὸ ἀληθινὸν ἐπιχειροῦσι. Καὶ ἔστι ταῦτα ἐκ τῆς Ἀκακίου πρὸς Μάρκελλον ἀντιλογίας τάδε.

Cap. IV. — 1. πέρα *codd. mss. uterque. Et Cornarius* ultra *vertit.* παρὰ *editi.*

Cap. V. — 1. *Suspicor* εὗρον *vel* εὗρον τέως *rescribendum esse pro* εὑρόντες.

2. *Petavius in marg. annotavit* „F. ἄλλοι δὲ πάλιν διὰ τούς. Locus hic corruptus " *Suspicor scripsisse Epiphanium* Ὑπὸ δὲ ἄλλων πάλιν, διὰ τὸ αὐτοὺς ἀντισυντάξαι, ὕστερον εἰς ἄλλο τραπέντες κτλ., *h. e.* Ab aliis autem, quod erant contra illum commentati, in contrarias partes deducti rursus quae contra Marcellum scripserant protulerunt et ostenderunt, et cum divisiones Aca-

Ceterum an libellus iste recte se habeat, necne, legant qui possunt, et qui exactam eorum quae in eo scripta sunt intelligentiam habere possunt ecquid in eo vitii sit iudicent. Nihil enim praeterquam quod scimus et ad nos perlatum est asseverare volumus. Ac licet nihil in eo libello non castum ac sincerum sit, vel ex ipso nihilominus argumento qui hunc legunt aut audiunt cogitare debent non frustra nec temere ad hanc illum defendendi sui necessitatem venturum fuisse nisi nonnulla protulisset quae turbarum aliquid excitassent, et eo hominem adduxissent ut dictorum reddenda ratio videretur. Etenim fieri illud potuit ut post errorem per libellum sese excusaret ac corrigeret, aut ut eodem illo libello ita sermonibus suis fucum faceret, ut quae antea dixisset consulto dissimularet, ne in ordinem redigeretur, ab communi episcoporum consessu et canone depositus. Utcumque se res habeat, haec sunt quae de Marcello comparare potuimus. De quo cum aliquando beatum papam Athanasium interrogassem, cuiusmodi eum arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit, sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit et in eorum loco qui se purgassent habuit. Cap. IV.

Libet autem hic ea subiicere quae in Marcelli scriptis a quibusdam observata sunt, quae isti reprehendenda putaverunt; unde et in eundem invecti confutandi gratia scripserunt. Quamquam alii pro eo quod qui adversus illum commentati sunt postea contrarias ad partes desciverunt, horum ipsorum lucubrationes refutare aggressi sunt. In quibus vulgatas illas divisiones Acacium inter et Basilium Galatam et Georgium Laodicenum refutandi Acacii caussa scriptis mandarunt. Hic est enim ille qui Marcellum ex ipsiusmet libris coarguit. Quae nos ideo proposuimus, ne veritatem aliqua ex parte praeteriisse videamur. Quoniam neque de emendatione desperamus, nec iis assentiri volumus qui utcumque a veritate discedunt. Quae sequuntur igitur ex Acacii commentario contra Marcellum excerpsimus. Cap. V.

cium inter et Basilium Galatam et Georgium Laodicenum ortae essent, in suis ipsorum scriptis ad confutandum Acacium usi sunt. *Cornarius vertit* Verum ab aliis rursum demonstratum est, quod redarguendi gratia produxerunt ea quae ab ipsis contra illum composita sunt, eo quod ipsi qui contra illum scripserunt postea in aliud mutati fuerunt. Atque hi ipsi in suis ipsorum scriptis contra factas divisiones etiam hoc expresserunt, producto in medium Acacio. Sed et Basilium Galatam, et Georgium Laodicaeae episcopum constituerunt ad eundem Acacium redarguendum.

3. ἀντισυντάξας *codd. mss. et ed. princ.* ἀντισυντάξαντας *ed. Petav.*

4. γενομένας *codd. mss. uterque.* λεγομένας *editi.*

pag. 838. ## ΤΑΥΤΑ ΔΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.

Κεφ. ς'. *Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα [1] μετὰ τὴν παρεξήγησιν τῶν εἰς τὰς Παροιμίας ῥητῶν γέγραφεν ὁ Μάρκελλος, λαλῶν τε κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν, ἐπαίρων δὲ εἰς ὕψος τὸ κέρας αὐτοῦ, γενόμενος ὑπὲρ τὰ μέσα τοῦ βιβλίου, καὶ πάλιν θεὶς Ἀστερίου τὰ λέγοντα ῥήματα, Ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὁ γεννήσας ἐξ ἑαυτοῦ τὸν μονογενῆ [2] λόγον καὶ πρωτότοκον πάσης κτίσεως, μόνος μόνον, τέλειος τέλειον, βασιλεὺς βασιλέα, κύριος κύριον, θεὸς θεόν, οὐσίας τε καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης ἀπαράλλακτον εἰκόνα· θεὶς οὖν ταῦτα καὶ δυσχεραίνων πρὸς τὴν εἰκόνα τὴν ἀπαράλλακτον, τουτέστι τὸ ἔκτυπον καὶ τρανὲς ἐκμαγεῖον τοῦ θεοῦ τῆς οὐσίας, καὶ τῶν ἑξῆς, φαύλην καλῶν τὴν ὑπόληψιν ταύτην [3] ἐπισυνάπτει τὴν δυσαρέστησιν [4] αὐτοῦ, γράφων ὧδε· Ταῦτα τὰ ῥήματα σαφῶς τὴν ἑαυτοῦ φαύλην περὶ θεότητος ἐλέγχει δόξαν. Πῶς γὰρ ὁ κύριος καὶ θεὸς γεννηθείς, ὡς αὐτὸς προλαβὼν ἔφη, δύναται ἔτι εἰκὼν θεοῦ εἶναι; ἕτερον γὰρ θεοῦ εἰκών, καὶ ἕτερον θεός. Ὥστε εἰ μὲν εἰκών, οὐ κύριος, οὐδὲ θεός, ἀλλ᾽ εἰκὼν κυρίου καὶ θεοῦ. Εἰ δὲ κύριος ὄντως, καὶ θεὸς ὄντως, οὐκέτι ὁ κύριος καὶ θεὸς εἰκὼν κυρίου καὶ θεοῦ εἶναι δύναται. Καὶ ἑξῆς· Οὐδὲν οὖν αὐτὸν ὧν προεῖπον εἶναι βούλεται· πάντως γὰρ τούτων εἰκόνα αὐτὸν εἶναι λέγει. Οὐκοῦν εἰ οὐσίας ἐστὶν εἰκών, οὐ δύναται αὐτοουσία εἶναι· καὶ εἰ βουλῆς ἐστιν εἰκών, οὐκέτι αὐτοβουλὴ εἶναι δύναται· καὶ εἰ δυνάμεως εἰκών, οὐκέτι δύναμις· καὶ εἰ δόξης εἰκών, οὐκέτι δόξα. Ἡ γὰρ εἰκών, οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλ᾽ ἑτέρου τινός ἐστι.*

Κεφ. ζ'. Ταῦτα δὲ σύ, Μάρκελλε, τὰ [1] ῥήματα πρότερον ἐπαινέσας ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου, νῦν δὲ ἀρνησάμενος τὸν θεὸν ἐκ θεοῦ λόγον ὄντα τὸν υἱόν, καὶ μόνον ἐκ μόνου, καὶ τέλειον ἐκ τελείου, σαφῶς τὴν φαύλην σου περὶ θεότητος ἤλεγξας δόξαν. Τοῦ γὰρ βασιλέως τοῦ μεγάλου τὴν εἰκόνα λαβὼν ἀζωΐᾳ καὶ ἀθεότητι, ἀβουλίᾳ τε καὶ ἀδυναμίᾳ, καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ τῷ ἀνουσίῳ, ἐκτετμῆσθαι τὴν ἀνοσίαν ὤφειλες γλῶτταν, εἰπὼν ῥῆμα εἰς [2] κύριον, καὶ τελευτήσας εἰς ψυχὴν οὕτως ἀσεβήσασαν. Τὴν γὰρ εἰκόνα τοῦ θεοῦ ἀζωΐᾳ περιγράψας οὔτε κύριον, οὔτε θεόν, οὐκ οὐσίαν, οὐ βουλήν, οὐ δύναμιν, οὐ δόξαν εἶναι ταύτην, τούτων δὲ ἀκίνητον εἰκόνα εἶναι θέλεις αὐτήν, οἱονεὶ ἄψυχον καὶ ἄζωον ἔξω ἐκτεθεῖσαν αὐτὴν ποιῶν. Καὶ [3] ὡσαύτως

(pag. 839 in margin at "μίᾳ, καὶ ἀδοξίᾳ")

Cap. VI. — 1. μετὰ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
2. „Placeat forsitan θεόν," *scripsit Rettberg in Marcellianis p. 60., ubi edidit* υἱόν.
3. ἐπισυνάπτειν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
4. αὐτοῦ *codd. mss. et ed. princ.*

Cap. VII. — 1. *Vulgo exstat* τὰ ῥήματα τὰ πρότερον. *Delevi alterum* τά, *quippe quod accrevit ex praecedente vocabulo.*
2. θεὸν *cod. Rhedig.*

EX ACACII LIBRO CONTRA MARCELLUM.

Haec et his similia Marcellus quaedam contra deum iniqua garriens, et in sublime cornu suum erigens, post suam illam proverbiorum depravationem potius quam interpretationem subiunxit. Ac primum haec Asterii verba proponit: Alius est enim pater, qui unicum ex seipso filium verbum genuit, *primogenitum creaturae omnis*, solus solum, perfectus perfectum, rex regem, dominus dominum, deus deum, essentiae consiliique sui, ac virtutis et gloriae nulla in re discrepantem imaginem. Quibus in mediis adductis hoc potissimum offensus, quod *nulla in re discrepantem imaginem* appellarit, hoc est divinae essentiae ac ceterorum omnium expressam, et evidentem imaginem, istiusmodi sententiam improbandam esse dicit, atque hisce verbis quantum sibi illa displiceant ostendit. Haec Asterii verba manifeste pravam eius de divinitate sententiam arguunt. Etenim qui fieri potest ut dominus ac deus ille, qui sit genitus, ut ipsemet antea scripsit, dei imago censeatur? Aliud enim est imago dei, aliud deus. Quare si imago dei est, non est dominus aut deus, sed imago domini ac dei. Sin revera dominus est ac deus, qui eiusmodi est, dei ac domini imago esse non potest. Subdit postea: Nihil igitur illorum, quae dixi, esse putat ipsum, cum eorum imaginem esse definiat. Unde si essentiae verbi gratia imago sit, ipsamet essentia non erit, neque si consilii sit imago, ipsummet esse consilium poterit. Si virtutis est imago, virtus non est, neque gloria, si huius imago sit. Imago enim non sui, sed alicuius alterius est.

Cap. VI. — Col. 1, 15.

Haec tu, Marcelle, verba, cum anteo initio libri collaudaveris, nunc autem inficieris, nimirum deum ex deo verbum esse filium, et solum ex solo, et ex perfecto perfectum, perspicue sinistram tuam de divinitate sententiam detegis. Cumque magni regis imaginem capiens vita, divinitate, consilio, potentia, gloria, essentia denique spoliaris, dignus es cui impia lingua praecidatur, quandoquidem consceleratam in deum vocem iecisti ac tam sacrilegum animi sensum postremo prodidisti. Nam qui dei imaginem mutam ac vita carentem finxisti, hanc tu neque dominum, neque deum, nec essentiam, nec consilium, neque virtutem, neque gloriam esse iudicas, sed horum omnium immobilem effigiem, quae nec anima, neque vita praedita sit, velut foras expositam arbitraris, atque ita

Cap. VII.

3. ὡςαύτως *scripsi Cornarium (qui vertit* similiter) *et Petavium secutus. Libri tam scripti quam editi habent* ὡς αὐτὸς.

ἄψυχον καὶ ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ μόνῃ συνεστῶσαν. ζῶντος δὲ ζῶσαν οὐ θέλεις εἶναι τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ, οὐδὲ οὐσίας οὐσίαν εἰκόνα, οὐδὲ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης βουλὴν καὶ δύναμιν καὶ δόξαν ἀπαραλλάκτως εἰκόνα. Τὸ δὲ ἀπαραλλάκτως εἰπεῖν οὐχ οἷόν τι καὶ ἀγεννήτως, ἀλλ' ὅτι ἐκτυπῶς καὶ ἀκριβῶς ὡμοιωμένην πρὸς πατρικὴν ἀγαθότητα καὶ θεότητα καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν. Καὶ μεθ' ἕτερα. Ἔδει δέ σοι ἄλαλα γενηθῆναι [4] τὰ χείλη τὰ δόλια, τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ θεοῦ ἀδικίαν ἐν [5] ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει. Καὶ γὰρ μόνος μόνον ἐγέννησεν ὁ πατὴρ τὸν μονογενῆ, κἂν σὺ μὴ [6] θέλῃς, νῦν ἄλλο τι θέλων, οὐκ ἐξ αἰτίας τῶν Αἰώνων Οὐαλεντίνου τὴν πάροδον λαβόντος τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ἐκ μόνου πατρὸς τὴν γέννησιν ἔχοντος. Καὶ τέλειος τέλειον· ἀτελὲς γὰρ οὐδὲν ἐν πατρὶ, διὸ οὐδὲ ἐν υἱῷ, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου τελειότητος καὶ ὑπερτελειότητος γέννημα γνήσιον τοῦ υἱοῦ τελειότης. Καὶ βασιλεὺς [7] βασιλέα· εὐσεβὲς γὰρ τὸν θεὸν βασιλεύειν, πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθέντος τοῦ υἱοῦ, καὶ βασιλευομένου βασιλέως, δι' οὗ καὶ τὰ λοιπὰ βασιλεύεται, εὐχαρίστως ὁμολογοῦντος τὴν ὑποταγήν. Οὐκ ἰδιώτην γὰρ, ἀλλὰ βασιλέα γεγέννηκεν ὁ πατὴρ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἐχούσης. Οὐ γὰρ ἔξωθεν τὸ ἀξίωμα, εἰς οὐσίαν δὲ αὐτῷ συντελεῖ, ὁμοίως πατρὶ γεννήσαντι. Διὸ καὶ γέγραπται τὸ, Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Οὕτως δὲ καὶ κύριος κύριον, καὶ θεὸς θεὸν γεννᾶν παρ' ἡμῶν ὡμολόγηται. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐσίας καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης εἰκόνα λέγομεν, οὐκ ἄψυχον καὶ νεκρὰν, ἀλλ' οὐσιώδη καὶ βουλητικὴν καὶ δυνατὴν καὶ ἔνδοξον. Δύναμις γὰρ οὐκ ἀδυναμίαν γεννᾷ, [8] ἀλλὰ
pag. 840. αὐτοδύναμιν· καὶ δόξα οὐκ ἀδοξίαν γεννᾷ, ἀλλὰ αὐτοδόξαν· καὶ βουλὴ οὐκ ἀβουλίαν γεννᾷ, ἀλλὰ αὐτοβουλήν· καὶ οὐσία οὐ τὸ [9] ὁμοούσιον, ἀλλὰ αὐτοούσιον. Εἰκὼν ἄρα ἐστὶν ὁ λόγος, θεὸς, ζῶσα σοφία, ὑποστατικὴ, λόγος [10] ἐνεργὴς, καὶ υἱὸς, αὕτη οὐσιωμένη. Αὕτη γὰρ ᾗ προσέχαιρε καθ' ἡμέραν ὁ θεὸς, ὅτε εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας. Σὺ δὲ, Μάρκελλε, ταῦτα ἀρνούμενος ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ἀρνηθήσῃ μὲν ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀρνηθήσῃ δὲ καὶ ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν γραφούσης περὶ σοῦ πανταχοῦ τῇ γῇ, Ἄκουε λόγον κυρίου, γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον, ὅτι

4. *Verba* τὰ χείλη *absunt ab utroque codd. mss. et ab ed. princ.*

5. ὑπερηφανία (ὑπβηφ^{αι} *cod. Ien.*) *codd. mss.* ὑπερηφανεία *editi.*

6. θέλῃς *cod. Rhedig.* θέλ^{ς} *cod. Ien.* θέλεις *editi.*

7. βασιλε^{8} (*i. e.* βασιλέως) *cod. Rhedig.* βασιλέα (βασιλε' *cod. Ien.*) *reliqui libri.*

8. ἀλλ' *cod. Rhedig.*

9. *Petavius suspicatus est* ἀνούσιον. *Nam in annotatiuncula eius editionis margini adscripta* „Corn. ἀνούσιον" *vocabulum breviatum* Corn. *haud dubie vitio typographi laborat, cum certe Cornarium neque in graeca Epiphanii editione,*

inanimam, et humana solum arte constantem. Viventis autem dei viventem imaginem esse negas, aut essentiam essentiae, aut consilii, virtutis ac gloriae, consilium, virtutem ac gloriam; ut haec imago ab eo cuius imago est nulla in re discrepet. Iam cum nulla re discrepare dicitur, non perinde est ac si ingenitam esse fateremini, sed illud solum ostenditur, ad paternae bonitatis et divinitatis et actionis omnis exemplar exactissime absolutissimeque esse illam expressam. Deinde paulo post: *Muta tua illa esse dolosa labia oportebat, quae loquuntur adversus deum iniustitiam cum superbia et contemptu.* Psalm. 30, 19. Etenim solus solum pater unicum filium genuit. Quamvis minime id tibi placeat, cui aliud modo placet. Neque vero a quodam Valentinianorum Aeonum principio filius processit, sed a solo patre genitus est; item perfectus perfectum genuit. Nihil enim inest imperfectum in patre; ideo nec in filio potest inesse, cum illius perfectionis quae perfectionem omnem superat germanus foetus sit filii perfectio. Sed et rex regem genuit. Pietate quippe consentaneum est regnare deum; cum interim genitus ante saecula filius, idemque rex regno alterius subiectus, per quem ipsius regno cetera subiacent, subiectum se esse grato animo fateatur. Non enim privatum, sed regem illum genuit regni sui pater: quod neque temporis initio, neque vitae fine circumscriptum est. Quoniam eius dignitas non extrinsecus adscita, sed ut in patre, a quo genitus est, ad essentiam ipsam pertinet. Ob id scriptum illud est, *Et regni illius non erit finis.* Luc. 1, 33. Eodem modo et dominus dominum, et deus deum, uti nos asserimus, genuit. Atque, ut uno verbo definiam, essentiae, consilii, virtutis, et gloriae non mutam ac mortuam imaginem, sed essentia consultandique vi praeditam, ac potentem, et gloriosam esse defendimus. Virtus enim imbecillitatem non generat, sed ipsam per sese virtutem. Ita gloria non ignobilitatem, sed gloriam; consilium non consilii expers aliquid, sed et ipsum consilium; essentia denique non essentia carens aliquid, sed essentiam gignit. Quare verbum ipsum imago deus est, vivensque sapientia subsistens, verbum efficax, et filius, eademque illa sapientia essentiam habet. Haec enim est qua se quotidie *deus oblectabat, cum absoluto terrarum orbe gaudebat.* Prov. 8, 30 Quae quidem omnia cum tu, Marcelle, coram hominibus neges, *negabit et illa te coram patre, qui in coelis est.* Matth. 10, 33. Negaberis vero praeterea et coram ecclesia, quae sub coelo est, quae ubique terrarum de te scribit, *Audi verbum domini*: Ier. 22, 30.

neque in latina illam scripturam tueri videamus. Excudendum igitur erat Corr., *h. e.* Corrige. 10. ἐναργὴς *codd. mss. uterque.*

οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ, καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ.

Κεφ. η΄. [1] Καὶ μεθ' ἕτερα μνημονεύσαντος Μαρκέλλου τῶν Ἀστερίου ῥητῶν, ἐπιφέρει λέγων·

Θεὶς οὖν ταῦτα, καὶ χωρῶν τῇ ἀρνήσει [2] τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰκόνος καὶ οὐσίας, καὶ τῆς μονογενοῦς υἱότητος ἐκ πατρὸς, καὶ τῶν πρωτοτοκίων πάσης κτίσεως, καὶ τῆς ἐκ μονογενοῦς μονότητος, καὶ τῆς ἐκ τελείου τελειότητος, καὶ τῆς ἐκ βασιλέως βασιλείας, καὶ τῆς ἐκ κυρίου κυριότητος, καὶ τῆς ἐκ θεοῦ θεότητος, οὐσίας τε ἁπλῶς, καὶ βουλῆς, καὶ δυνάμεως, καὶ δόξης θεοῦ εἰκόνος ἀπαραλλάκτου, οὐ μικροῖς λόγοις ἀρνούμενος ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, διὸ καὶ ἀρνηθησόμενος ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἄντικρυς ταῦτα γράφεις. Ταῦτα τὰ ῥήματα σαφῶς τὴν φαύλην αὐτοῦ περὶ θεότητος πατρὸς καὶ υἱοῦ παρίστησι δόξαν. Ἡ δὲ τούτων ἄρνησις τὴν σὴν ἐνδιάστροφον καὶ φαύλην περὶ θεότητος καὶ οὐσίας Χριστοῦ, σαφῶς ἤλεγξεν ἑτεροδοξίαν.

Κεφ. θ΄. [1] Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει τὰ Μαρκέλλου.

Ἕωλα οὖν τὰ ἑξῆς ἐπιφέρει γράφων· Οὐδὲν αὐτῶν ὧν προεῖπεν εἶναι βούλεται. Πάντων γὰρ τούτων εἰκόνα αὐτὸν εἶναι λέγεις. Οὐκοῦν εἰ οὐσίας ἐστὶν εἰκὼν, οὐκέτι αὐτοουσία δύναται εἶναι· καὶ εἰ βουλῆς ἐστιν εἰκὼν, οὐκέτι αὐτοβουλὴ εἶναι δύναται· καὶ εἰ δυνάμεως, οὐκέτι δύναμις· καὶ εἰ δόξης, οὐκέτι δόξα. Ἡ γὰρ εἰκὼν οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς εἰκών ἐστιν. Ἕωλα δὲ, Μάρκελλε, καὶ ψευδῆ ταῦ-
pag. 841. τα. Πάντα γὰρ αὐτὸν ἃ προεῖπον Ἀστέριος εἶναι βούλεται, λέγων, Βασιλεὺς βασιλέα, κύριος κύριον, θεὸς θεόν. Καὶ λύει σου τὴν ἄψυχον εἰκόνα, τὴν κατὰ σὲ ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ συνεστῶσαν μόνῃ. Πάντων γὰρ τούτων ζῶσαν εἰκόνα λέγει, καὶ ζῶντος εἰκόνος ἐκμαγεῖον οὖσαν τοῦ γεγεννηκότος, καὶ οὐσίας αὐτοουσίαν εἰκόνα λέγει, καὶ βουλῆς αὐτοβουλὴν, καὶ δυνάμεως αὐτοδύναμιν, καὶ δόξης αὐτοδοξίαν, καὶ οὐχ ἑαυτῆς, ἀλλ' ἑτέρου [2] εἰκόνος. Σὺ δὲ θεὸν ἐκ θεοῦ τὸν υἱὸν οὐχ ὁμολογῶν, οὐδὲ φῶς ἐκ φωτὸς, οὐδὲ δύναμιν ἐκ δυνάμεως, οὔτε θεὸν, οὔτε φῶς, οὐ δύναμιν, οὐκ οὐσίαν, οὐ βουλὴν, οὐ δόξαν τὸν υἱὸν εἶναι [3] θέλων, ἀλλά τι σῶμα, ταῦτα ἀφανίζεις ἀσεβῶς ἐν τῇ συντελείᾳ μετὰ τούτου. Καὶ ἀρνῇ μὲν τὸ, Θεὸς ἦν ὁ λόγος, υἱὸν δὲ

Cap. VIII. — 1. *Verba* Καὶ - - - λέγων *in utroque codd. mss. inscriptionis instar rubro sunt colore superscripta.*

2. τῆς τοῦ *omiss. in ed. Petav. Colon. repet.*

Cap. IX. — 1. *Verba* Καὶ - - Μαρκέλλου *in utroque codd. mss. item sunt ad inscriptionis instar posita, et minio picta.*

2. *In omnibus libris tam scriptis quam editis est* εἰκόνος.

3. *Haec de coniectura correxi. Nam in libris scriptum est vulgo* θέλεις; ἀλλὰ τὸ σῶμα ταῦτα ἀφανίζει - - μετὰ τούτων. *Verte* sed corpus aliquod, quo fit ut illa omnia (*divinitatis insignia, intell.*

scribe virum hunc abdicatum hominem; quoniam non crescet ex eius semine princeps amplius in Iuda, sedens in throno David.

Post haec cum ex Asterio Marcellus nonnulla commemorasset subiecit Acacius. Cap. VIII.

His itaque positis, longius deinde progressus imaginem salvatoris et essentiam, et unici filii ex patre, nec non et primogeniti omnis creaturae conditionem negans, atque illam eiusdem singularitatem, quae a singulari deo manat, et perfectionem a perfecto, et regiam ab rege potestatem, a domino dominatum, et divinitatem a deo, et essentiam denique ac consilium, virtutem, gloriamque nullo modo diversae imaginis dei funditus tollens, neque paucis verbis coram hominibus inficians, adeoque coram patre illius inficiandus, haec aperte scripsisti: Eiusmodi verba pravam ipsius de patris ac filii divinitate sententiam aperte demonstrant. Verum tu illis potius negandis perversam depravatamque tuam de Christi divinitate et essentia opinionem rectae fidei contrariam perspicue prodidisti.

Post haec Marcelli verba subiicit. Cap. IX.

Κεφ. ς'. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἀδύνατον τῶν [1] λογικῶν μὴ ἔχοιτό τις τὸν λογισμὸν γνώσει [2] οὕτως νοηθείη πατὴρ, πάθος ἢ μερισμὸν ἢ ἀπόῤῥοιαν ὑπομένοντος τοῦ πατρὸς, καὶ παρωσάμενος τὴν πίστιν, [3] ἢ ὑφίστησι τὴν εὐσεβῆ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἔννοιαν, λογισμοὺς ἀπαιτοίη, ἀπαιτητέον αὐτὸν λογισμοὺς, πῶς ὁ θεὸς σταυροῦται, καὶ πῶς τὸ μωρότερον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος διὰ τὸ ἀσυλλόγιστον παρὰ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι τοῦ κόσμου σοφοῖς, σοφώτερον [4] ἀνθρώπων ἐστὶν, οὓς οὐδὲ λόγου ἀξιοῖ ὁ μακάριος Παῦλος. Διότι τῷ ἀσυλλογίστῳ τῆς δυνάμεως ἐμώρανε τὴν σοφίαν τῶν συλλογίζεσθαι δυναμένων. Εἴρηκε γὰρ, Ἦλθον καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Ὁ οὖν ἐν σοφίᾳ λόγου ἀπαιτῶν τὸ μυστήριον, μετὰ τῆς μωρανθείσης σοφίας ἔχων τὸ μέρος, [5] ἀπιστείτω τῷ μυστηρίῳ, ὅτε κἂν ἐκεῖνος ἀπιστεῖται ἐν σοφίᾳ λόγου ὁ Παῦλος, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Εἰ δὲ ἐν τούτοις
pag. 852. ἀποκρίνεται, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἀλλὰ μωρίαν πᾶσαν συλλογιστικὴν σοφίαν ἐλέγξας διὰ τῆς ἀσυλλογίστου δυνάμεως τὴν πίστιν μόνην λαμβάνει πρὸς σωτηρίαν τῶν τὸ κήρυγμα δεχομένων, οὐδὲ ἀποκρίνεται πῶς ὁ πατὴρ ἀπαθῶς γεννᾷ τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ κενωθῇ τὸ μυστήριον τῆς ἐκ πατρὸς υἱότητυς τοῦ μονογενοῦς, ἀλλὰ μωραινομένην τὴν σο-

8. *Suspicor* ἐκ πύξου. ἐξίου *cod. Rhedig.*

9. μολύβου. *cod. Rhedig.*

Cap. VI. — 1. λογικῶν *codd. mss.* λογισμῶν *editi.* „Corruptus hic locus" *annotavit Petavius. Cornarius vertit* Si vero propter ratiocinandi impotentiam non habeat quis ratiocinationem, et statuat sic intelligendum, velut passionem aut divisionem aut defluxum sustinuerit pater, et fidem repellat, aut ab his qui piam de patre ac filio intelligentiam proponunt, rationem exigat, ab hoc expetenda est ratio *cett.*

2. *Reponendum videtur* ὅπως *vel* πῶς.

3. ἢ *emendavit Petavius. Libri habent* ἤ.

4. *Sic scripsi cum Petavio, sententia efflagitante. Libri vulgo habent* ἀνθρώποις.

catur quae ex buxo fabricata est, et tamen communi quadam abusione vocis hinc ad reliqua id genus vasa transfertur, quae ex plumbo, aere, aliave materia facta sunt. Quocirca non perinde in dei filio accipiendum illud est, ut cum dicitur, *Qui genuit stillas roris*, quod minime ad substantiam ipsam pertinet (quippe per abusum vocis hoc loco partus ac generationis nomen ad effectum opus transfertur), neque ut in illis verbis, *Filios genui et exaltavi* (nam Esai. 1, 2. et hoc in loco perinde abusione vocis ad benevolentiam et honorem significandum vocabulum illud adhibetur), neque ut in hoc loco, *Dedit eis potestatem filios dei fieri* (quod quidem ad creaturae virtutem Ioann. 1, 12. et quandam dei imitationem referri convenit): non eodem, inquam, modo de unico dei filio existimandum nobis est, sed proprie filium esse dictum, utpote qui solus ex solo patre, eidemque natura similis sit genitus, cuius et dicatur et intelligatur esse filius.

Iam si propterea quod eo penetrare humana ratio nequeat, eam Cap. VI. in sese cognitionem informet quispiam ut passionem, aut divisionem, aut profluvium aliquod patri tribuendum putet, si contempta fidei regula, quae pie de patre ac filio cogitat, rationem a nobis exigat, vicissim ab eo reposcenda ratio est, quomodo in cruce suffixus sit deus, tum quo pacto evangelici praeconii stultitia, quae rudis ac nulla ratiocinatione nixa apud illos censetur qui in hoc mundo sapientes esse videntur, sapientior sit hominibus. Quos etiam nullo in loco ducit apostolus, qui virtute ac potentia ab omni syllogismorum aliena fuco dialecticorum omnium sapientiam stultitiae damnavit. Sic enim loquitur: *Veni mysterium dei vobis nuntians, non cum* 1.Cor. 1, 17. *sapientia sermonis, ut non evacuetur crux Christi.* Quamobrem qui sermonis sapientia fretus mysterii illius rationem postulat, et ad stultitiae convictam illam sapientiam adscriptus est, mysterio fidem abroget. Quandoquidem Paulus sermonis sapientiae diffisus est, ut ne Christi crux vacua redderetur. Quod si aliquid ea de re respondet, non id ex ista sermonis sapientia facit, sed vi quadam ratiocinationis experte dialecticam omnem peritiam stoliditatis convincens ad eorum qui evangelicum praeconium admittunt salutem nihil praeter fidem adhibendum putat. Neque vero quaestioni illi respondet, quonam pacto filium pater citra passionem gignat, ne proprietatis filii, quam Unigenitus a patre trahit, mysterium inane reddatur; verum prudentium hominum stultam sapientiam, (de qua scriptum

5. γρ. ἀπιστεῖ τῷ. *Petavius. Recte. Cornarius vertit* Qui igitur in sapientia sermonis exigit mysterium, cum infatuata sapientia partem habens, ei ne habeatur fides velut suspecto circa mysterium, quando etiam ille non confidit in sapientia sermonis, Paulus inquam *cett.*

φίαν τῶν συνετῶν (καθὰ γέγραπται, Ποῦ σοφὸς, ποῦ γραμματεὺς, ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου;) ἐλέγχων, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ διὰ τὰ ἐκ λογισμῶν ὑποπτευόμενα κενωθῇ, φημὶ, εὐσεβὴς ἔννοια ἡ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ· ἀλλ' ἀπαθῶς πατέρα καὶ υἱὸν, πατέρα μὲν ἐξ ἑαυτοῦ γεγεννηκότα ἄνευ ἀποῤῥοίας καὶ πάθους τὸν υἱὸν, υἱὸν δὲ ὅμοιον καὶ κατ' οὐσίαν ἐκ τοῦ πατρὸς, τέλειον ἐκ τελείου, μονογενῆ ὑποστάντα, τοῖς πιστοῖς ἢ [6] ὑποπτευόμενα ἀσυλλογίστως κηρύξει. Τῶν γὰρ ἀτόπων ἐστὶν ἐκ σοφοῦ θεοῦ σοφίαν ὑφισταμένην ἀκούοντα, ὡς σοφῶς οἶδε τῆς ἐξ [7] ἑαυτοῦ γεννηθείσης σοφίας γενέσθαι πατὴρ, πάθος ἐννοεῖν περὶ τὴν σοφίαν ὑφίστασθαι, εἰ μέλλοι ἐξ αὐτοῦ κατ' οὐσίαν ὁμοία τῷ σοφῷ ἡ σοφία ὑφίστασθαι. Εἰ γὰρ μήτε ὁ σοφὸς θεὸς [8] μεθέξει σοφίας, συνθέτως σοφὸς ἡμῖν νοεῖται· ἀλλ' ἀσυνθέτως αὐτός ἐστι σοφός, [9] οὐσίας ἐστὶ, μήτε ἡ σοφία ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἑξῆς νοεῖται. Ἀλλὰ ἡ σοφία [10] οὐσίας ἐστὶν ἀπὸ σοφοῦ οὐσίας, ὅ ἐστι σοφία, οὐσία ὁ υἱὸς ὑποστὰς ὁμοία ἔσται καὶ κατ' οὐσίαν τοῦ σοφοῦ πατρὸς, ἀφ' οὗπερ ὑπέστη σοφία ὁ υἱός.

Κεφ. ζ. Διὸ καὶ εἰωθὼς ὁ μακάριος Παῦλος καλῶς τὰ Ἑβραίων πεπαιδευμένος ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος τοῦ ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ λαλήσαντος τὰς αὐτὰς ἕλκειν ἐννοίας, ὥςπερ ἀπὸ τῶν δύο ψαλμῶν, ἀπὸ τοῦ τε λέγοντος, Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλὴ, καὶ ἀπὸ τοῦ, Αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ, Τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται, τὸν περὶ κριμάτων τοῦ θεοῦ λόγον μετέβαλε. Ἀντὶ μὲν τοῦ, Ἄβυσσος πολλὴ, τὸ, Ὦ βάθος πλούτου, ἀντὶ δὲ τοῦ, Αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται, τὸ, Ἀνεξιχνίαστον, ἀντὶ
pag. 853. δὲ τοῦ, Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλὴ, τὸ, Ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου. Οὕτω καὶ παρ' αὐτῆς τῆς σοφίας τὴν περὶ ἑαυτῆς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τὴν πρὸς τάδε γενόμενα σχέσιν μαθὼν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἡμῖν τὴν περὶ [1] πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ τῶν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ γεγονότων παρίστησιν ἔννοιαν. Τῆς γὰρ Σοφίας εἰπούσης, Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ μεταβάσης εἰς τὸν δι' οὗ λόγον (εἴρηκε γὰρ, Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς, καὶ τὸ, Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ δι' ἐμοῦ, μνημονεύσω τὰ ἀπ' αἰῶνος ἀριθμῆσαι), καὶ εἰπούσης, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμε-

6. *Sic correxi. Libri habent* ἐποπτευόμενα. *Ceterum ne haereas in his verbis, adverte ellipsin comparativi* μᾶλλον.
7. αὐτοῦ *cod. Rhedig.*
8. ἕξει *suspicabatur Petavius.*
9. *Suspicor* οὐσία ἐστι, μήτε εἰ σοφία ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἕξις νοεῖται. *Petavio placuit* οὐσίᾳ, οὕτω μήτε ἡ σοφία ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἕξις νοεῖται. Ἀλλὰ εἰ σοφία *cett.*

est, *Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor saeculi huius?*) redarguens, nullam hic sapientiam sermonis accommodat; ne argutis iisce rationum coniecturis religiosus de patre filioque sensus inanis fiat, quin ut ab utroque passionem excludens omnem, patrem a seipso citra profluvium aut affectionem aliquam filium genuisse fidelibus declaret, et eum quidem filium qui patri similis et ab eodem secundum substantiam genitus, perfectus e perfecto, unicusque subsistat, utque hoc mysterium sine ratiocinationis adminiculo sola cognitum contemplatione praedicet. Est enim admodum ridiculum, eum qui a sapienti deo sapientiam audit existere, pro eo ac sapienter sese novit genitae a se sapientiae patrem esse, ullam isti sapientiae passionem adscribere, quo ab illo secundum essentiam sapienti similis sapientia subsistat. Nam ut sapiens deus non sapientia, velut affectione aliqua, praeditus, aut compositione ulla sapiens a nobis intelligitur, sed simplicissima ratione et essentia sua sine compositione sapiens est, ita neque sapientia, qui filius esse dicitur, affectio putanda est, sed sapientia ipsamet substantia est, ab eius qui sapiens est substantia producta. Quae quidem sapientia substantia ipsa est, hoc est subsistens filius, eademque sapientis patris substantia similis, a quo sapientia filius existit. Ibid. 20.

Quamobrem apostolus Paulus, qui, ut erat Hebraicae linguae peritissimus, cum ex eodem spiritu, qui in vetere ac novo testamento locutus est, eadem haurire sensa consuevisset, duobus e psalmis, ab eo videlicet in quo canitur, *Iudicia tua abyssus multa,* et ab alio, in quo scriptum est, *Semitae tuae in aquis multis, et vestigia tua cognoscentur,* illam de dei iudiciis sententiam paululum immutatis quibusdam transtulit. Nam pro iis verbis, *Abyssus multa,* scripsit: *O altitudo divitiarum!* pro his vero, *Semitae tuae in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur,* substituit, *Investigabiles,* pro his, *Iudicia tua abyssus multa,* haec, *Inscrutabilia iudicia eius.* Ad eundem modum cum ab ipsa sapientia mutuam ipsius ac patris cum infimis hisce comparationem habitudinemque cognosset, propriam patris ac filii, et eorum quae per filium a patre producta sunt notionem suis in scriptis expressit. Nam cum Sapientia dixisset, *Ego sapientia habito in consilio,* etc., tum ad eam procreationem administrationemque quae interveniente verbo fit descendens, cum ita subiunxisset, *Per me reges,* etc., item illud, *Si nuntiavero vobis quae per me fiunt, commemorabo quae a saeculo sunt percensenda,* deinde, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera* Cap. VII. Psalm. 35, 7. Psalm. 76, 20. Rom. 11, 33. Prov. 8, 12.

10. οὐσία (*Cornario praeeunte*) *Petavius. Nec improbo.*

Cap. VII. — 1. τοῦ πατρὸς *cod. Rhedig.*

λίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων γεννᾷ με, ἀντὶ μὲν τοῦ, Ἀρχὴν, ἔλαβεν ὁ ἀπόστολος τὸ, Πρῶτος, ἀντὶ δὲ τοῦ, Γεννᾷ με, τὸ, Τόκος, ἀντὶ δὲ τοῦ ὅλου ὁμοῦ [2] τοῦ, Ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, καὶ, Γεννᾷ με, τὸ, Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐθεμελίωσε, τὸ, Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, ἀντὶ δὲ τοῦ, Δι' ἐμοῦ, τὰ, Ἀπ' αἰῶνος, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. Πάντων οὖν πρὸς λέξιν ἐξισαζόντων ἀποστολικῶν ὡς τὰ παρὰ τῆς σοφίας, τουτέστι τοῦ τε ἀρχὴν πρὸς τὸ Πρῶτος, καὶ τοῦ Γεννᾷ πρωτότοκος, καὶ [3] τοῦ, Ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸς τὸ, Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐθεμελίωσέ με, τὸ, Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη, ἀντὶ δὲ τοῦ, Δι' ἐμοῦ, [4] ὡς πρὸς τὸ, Δι' αὐτοῦ, φανερὸν, καὶ ἡ εἰκὼν οὐκ ἐν πάθει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, Ἐγὼ ἡ σοφία, παρείληπται, Καὶ ὡς ἡ σοφία τοῦ σοφοῦ υἱὸς οὐσία οὐσίας, οὕτως ἡ εἰκὼν οὐσίας ὁμοία ἐστί. Διὸ καὶ εἰκὼν ἐνοήθη τοῦ θεοῦ [5] τοῦ ἀοράτου, ὅς ἐστιν υἱός. Καὶ ἔχομεν ἐξισαζούσας τὰς λέξεις πάσας, ἀντὶ μὲν τοῦ σοφοῦ τὸ, Θεὸς, ἀντὶ δὲ τῆς σοφίας τὸ, Εἰκὼν, ἀντὶ δὲ τοῦ Ἀρχὴ, Πρῶτος, ἀντὶ δὲ τοῦ Γεννᾷ, τὸ, Τόκος, ἀντὶ δὲ ὅλου ὁμοῦ, φαμὲν [6] ἀντὶ τοῦ, Ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ ἔκτισέ με εἰς ἔργα αὐτοῦ, καὶ, Γεννᾷ με, τὸ, Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐθεμελίωσέ με, τὸ, Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη, ἀντὶ δὲ τοῦ, Δι' ἐμοῦ, Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτόν. Φανερὸν ὡς εἰκόνα ἀκούοντας τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ οὕτως ἀναιδῶς σοφίζεσθαι τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα ἐπιχειροῦντας, [7] τοῖς πᾶσιν ἐλέγχει παραπεσόντας. Οὐ Παῦλός
pag. 851. [8] γε μόνος, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου Ἰωάννης, ὁ υἱὸς ὄντως βροντῆς τῇ οἰκείᾳ μεγαλοφωνίᾳ, [9] ὅσπερ ἔκ τινων νεφελῶν τῶν τῆς σοφίας αἰνιγμάτων, τὴν εὐσεβῆ ἡμῖν ἔννοιαν τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἀνῆκεν.

Κεφ. η'. Ὅρα γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸς ἃ ἐδιδάχθη παρὰ τῆς σοφίας, ταῦτα ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ κηρυχθέντι [1] ἡμῖν εὐαγγελίῳ [2] παραδέδωκε. Τῆς γὰρ Σοφίας εἰπούσης, Ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, τὸ, Ἐν ἀρχῇ, ἐξέθετο, εἰπὼν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἔκτισέ με, Καὶ θεὸς ἦν, ἵνα μὴ τὸν ἐν προφορᾷ, ἀλλὰ τὸν ἐν ὑποστάσει παγίᾳ ἀπαθῆ ἐκ πατρὸς θεὸν λόγον νοήσωμεν· ἀντὶ δὲ τοῦ, [3] Ἤμην παρ' [4] αὐτοῦ, τὸ,

2. *Libri habent* τὸ.
3. *Libri habent* τὸ.
4. *Suspicor reponendum esse* ὡς πρόςξεν, τὸ, Δι' αὐτοῦ *cett.*
5. τοῦ *om. ed. Petav.*
6. *Libri vulgo* ἀντὶ δὲ τοῦ.
7. *Fortasse* τοὺς πᾶσιν.
8. *Suspicor* δὲ μόνος.
9. *Rescribo* ὥσπερ.

ipsius; ante saeculum fundavit me; ante omnia genuit me: cum haec, inquam, Sapientia dixisset, apostolus pro eo quod est, *Initium*, posuit, *Primus*, pro, *Genuit me*, *Genitus*, pro toto illo membro, Col. 1, 15. *Creavit me initium viarum suarum*, et, *Genuit me*, ista subtexit, *Primogenitus omnis creaturae.* Ib. Pro hoc, *Fundavit me*, scripsit, *In ipso creata sunt omnia.* Rursus pro hoc, *Per me*, apostolus, *Quae a saeculo sunt, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum, et in ipsum creata sunt.* Itaque cum apostoli sententia cum Sapientiae voce ad verbum congruat, velut *Initium* cum *Primo*, et *Genuit* cum *Primogenitus*, et istud, *Creavit me initium viarum suarum in opera ipsius*, cum hoc, *Primogenitus omnis creaturae*, item pro *Fundavit me*, haec verba substituta sint, *In ipso creata sunt*, pro hoc vero, *Per me*, istud, *Per ipsum*, manifestum est *imaginis* nomen citra passionem usurpari, et pro iisce verbis, *Ego sapientia*, positum fuisse, ac proinde sicut sapientia sapientis filius, substantia substantiae est, sic imaginem substantiae esse similem. Ex quo quidem imago dei, qui videri oculis non potest, hoc est filius, intelligitur. Ita dictiones omnes ad amussim respondentes habemus. Ut puta pro *Sapiente*, *Deus*, pro *Sapientia*, *Imago*, pro *Initio*, *Primus*, pro *Genuit*, *Genitus*, pro toto illo membro, videlicet, *Initium viarum suarum creavit me in opera sua et genuit me*, *Primogenitus omnis creaturae*; item pro, *Fundavit me*, *In ipso creata sunt*, et pro, *Per me*, *Omnia per ipsum et in ipsum.* Ex quibus liquido constat eos qui dei non aspectabilis imaginem esse filium audiunt, et nihilominus huius cum patre similitudinem calumniari tam impudenter non dubitant, erroris ab apostolo convinci. Quamquam non illos solum redarguit apostolus, sed et ante apostolum Ioannes ille vero tonitrui filius. Qui grandi illa sua, clarissimaque voce e sapientiae velut adumbratis et obscuris involucris, quasi quibusdam e nubibus, piam de filio sententiam ad eundem modum emisit.

Animadverte enim ut quae a Sapientia didicit in evangelio suo Cap. VIII. nobis exposuerit. Nam cum Sapientia dixisset, *Creavit me principium viarum suarum*, Ioannes *principii* vocem expressit. *In principio*, inquit, *erat verbum.* Ioann. 1, 1. Pro eo vero, *Creavit me*, subiecit istud, *Et deus erat*, ne istiusmodi verbum, quod prolatione constat, verum solide subsistens, ac passionis expers, et a patre procedens Prov. 8, 22—30. verbum deum mente conciperemus. Iam illis, *Eram apud illum*,

Cap. VIII. — 1. ἡμῖν *om. cod. Rhedig.*
2. παρέδωκε *cod. Rhedig.*
3. *Libri mss. et ed. princ.* ἡμῖν. ἡμὴν *ed. Petav.*
4. *Scribendum* αὐτῷ.

Πρὸς θεόν, ἀντὶ δὲ τοῦ, Δι' ἐμοῦ, τὸ, [5] Ἀπ' αἰῶνος, τὸ, Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐθεμελίωσε, τὸ, Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ᾧ ἴσον τὸ, Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· ἀντὶ δὲ τοῦ, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον· ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα, τὸ, Οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ· ὡς ἔχειν τὴν ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν [6] μαρτύρων εἰς ἀπόδειξιν τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς πατέρα τοῦ υἱοῦ ὁμοιότητος. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ σοφοῦ τὴν σοφίαν υἱὸν ὁ δὲ τοῦ θεοῦ τὸν λόγον μονογενῆ θεὸν ὁ δὲ τοῦ θεοῦ τὸν υἱὸν, [7] εἰκόνα φησί· ὡς τὸν θεοῦ λόγον, καὶ τὴν σοφίαν, καὶ τὴν εἰκόνα ὅμοιον ἐκ πάντων, καθὰ προείρηται, καὶ κατ' οὐσίαν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοῖς πᾶσι κηρύττεσθαι. Ἔτι δὲ μᾶλλον ὡς τὸν Θωμᾶν ἡμᾶς τῇ ψηλαφίᾳ τῆς [8] ἐναργείας τῆς κατ' οὐσίαν ὁμοιότητος [9] τοῦ θεοῦ λόγος προσάγει λέγων, Ὡς ὁ πατὴρ [10] ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Εἰ γὰρ τὸ, Ὡς ὁ πατὴρ ἔχει, οὐχ ὡς ἐν ἄλλῳ νοεῖται (οὐ γὰρ ἄλλο μὲν ἔστιν ὁ πατὴρ, ἄλλο δὲ ἡ ζωὴ ἡ ἐν αὐτῷ, ἵνα τὸ μὲν ἔχον, τὸ δὲ ἐχόμενον [11] νοῆται, ἀλλ' αὐτὸς [12] ἀσυνθέτως ἐστὶ ζωὴ ὁ πατὴρ, καὶ ὡς ἔχει αὐτὸς, οὕτω δέδωκε καὶ τῷ υἱῷ, δηλονότι [13] ἀσυνθέτως ὡς ὁ πατὴρ), φανερὸν ὅτι οὕτως ἔχων, ἐπεὶ μὴ ἀγεννήτως ἔχει, μηδὲ συνθέτως ἔχει, ὁμοίως
pag. 855. *πάντα κατ' οὐσίαν καὶ ἀσυνθέτως ὡς ὁ πατὴρ, δήλου ὄντος ὅτι τὸ ὅμοιον οὐδέποτε ταὐτὸν εἶναι δύναται οὗ ἐστιν ὅμοιον, [14] ἀπόδειξιν τοῦ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον μὲν γενέσθαι, μὴ κατὰ πάντα δὲ ταὐτὸν γενέσθαι ἀνθρώπῳ· καὶ ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενον γενέσθαι μὲν ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς αἰτίοις τῆς ἐν σαρκὶ ἁμαρτίας, πείνης φαμὲν, καὶ δίψης, καὶ τῶν λοιπῶν, μὴ γενέσθαι δὲ ἐν ταυτότητι τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας. Ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν μαρτυριῶν καὶ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα κηρύττεσθαι.*

Κεφ. ϛ'. *Ὡς γὰρ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐ κατὰ πάντα ἄνθρωπος, ἄνθρωπος μὲν τῷ καὶ σάρκα ἀναλαβεῖν*

5. *Verba* ἀπ' αἰῶνος, τὸ *Petavius unicis inclusit.*

6. μαρτυρίαν *suspicatus est Petavius.*

7. εἰκόνος *cod. Rhedig.*

8. *Ita emendavit Petavius. Libri vulgo* ἐνεργείας.

9. τοῦ θεοῦ *codd. mss.* ὁ τοῦ θεοῦ *ed. princ. et ed. Petav.* ὁ θεοῦ *omisso articulo* τοῦ *exstat in ed. Petav. Colon. repet.*

ista respondent, *Apud deum;* istis vero, *Per me,* haec, *Ab aeterno; Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Pro hac voce, *Fundavit*, istud, *Quod factum est, in ipso vita erat.* Cui simile est illud: *In ipso creata sunt omnia.* Nam his verbis, *Et verbum caro factum est*, illa respondent, *Sapientia aedificavit sibi domum.* Item pro his, *Eram apud ipsum componens*, Ioannes ista scripsit, *Non potest filius a seipso facere quicquam, nisi quod viderit* Ioann. 5, 19.
patrem facientem: quae enim ille facit, eadem et filius similiter facit. Habemus igitur ex ore duorum vel trium testium filii secundum naturam similitudinem cum patre comprobatam. Unus quippe sapientiam sapientis filium praedicat, alter dei verbum unigenitum deum, tertius dei filium imaginem affirmat. Adeo ut *dei verbum, et sapientia, et imago* unum prorsus, ut antea dictum est, idemque significent, ac dei patrisque secundum essentiam filius communiter ab omnibus asseveretur. Praeter haec vero divini nos sermonis auctoritas ad illam essentiae velut manibus contrectandam similitudinem, Thomae instar, adducit, cum ita loquitur: *Sicut pater habet vitam in seipso, ita et filio dedit vitam habere in seipso.* Etenim si haec verba, *Sicut pater habet*, sic accipiuntur ut non ad aliud quiddam referantur, ac diversum (neque enim aliud est pater, aliud vita quae est in ipso, quasi aliud sit quod habeat, aliud quod haberi dicatur, sed ipse sine ulla compositione vita est pater: porro sicut habet ipse, sic et filio dederit, nimirum citra compositionem, ut et pater), manifestum est, cum ita illam habeat filius, nec tanquam ingenitus habeat, eandem compositionis modo non habere, ac simillime in omnibus, quod ad essentiam attinet, ac pater, citraque compositionem. Nec enim est obscurum, id quod simile est, idem penitus cum eo cuius simile est esse non posse. Cuius rei argumento sit, quod idem ille factus ad hominum similitudinem dei filius, licet homo fuerit, non tamen idem cum homine penitus fuerit. Ac tametsi suscepta *carnis peccati* Rom. 8, 3.
similitudine passionibus illis, a quibus carnis peccatum proficiscitur, obnoxius esset, cuiusmodi sunt fames ac sitis, ceteraeque id genus, idem tamen quod ad carnis peccatum pertinet non fuit. Quamobrem ex apostolicis hisce testimoniis filii secundum essentiam cum patre similitudo colligitur.

Ut enim hominum ille similis factus, et homo erat, et non in Cap. IX.
omnibus erat, homo quidem, quatenus carnem suscepit hominis,

10. ἔχειν vitiose extat in ed. Petav. Colon. repetita.

11. νοῆται ed. Petav. νοεῖται codd. mss. et ed. princ.

12. ἀεὶ συνθέτως cod. Rhedig., et cod. Ien. a m. pr.

13. συνθέτως cod. Rhedig.

14. εἰς ἀπόδειξιν suspicatus est Petavius. Quae res vel hinc demonstratur vertit Cornarius.

ἀνθρωπίνην, ἐπειδὴ Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐκ ἄνθρωπος δὲ ἦν, ἐπεὶ οὐχ ὁμοίως ἀνθρώποις ἐγεννήθη· οὐ γὰρ ἐκ σπορᾶς καὶ συνδυασμοῦ. Οὕτω καὶ ὁ πρὸ αἰώνων υἱὸς θεὸς μὲν, καθὸ υἱὸς θεοῦ, ὡς ἄνθρωπος, καθὸ υἱὸς ἀνθρώπου. Οὐ ταὐτὸν δὲ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῷ γεννήσαντι, ὡς οὐ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, καθὸ ἄνευ ἀποῤῥοίας καὶ πάθους, καθὸ ἄνευ σπορᾶς καὶ ἡδονῆς. Καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καθὸ πεινᾶν τε καὶ δίψαν καὶ ὕπνον ἐν τῇ σαρκὶ ὑπέμεινεν, ἐξ ὧν παθῶν [1] ἁμαρτητικῶν κινεῖται τὰ σώματα. Ὑπομένων δὲ τὰ σαρκὸς προειρημένα πάθη, οὐκ ἐξ αὐτῶν ἁμαρτητικῶς ἐκινεῖτο. Οὕτω καὶ [2] ὁ υἱὸς ὢν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν μορφῇ ὑπάρχων θεοῦ, καὶ ἴσα ὢν θεῷ, τὰ μὲν ἰδιώματα εἶχε τῆς θεότητος, κατ' οὐσίαν ἀσώματος ὢν, καὶ ὅμοιος τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ἀσωματότητα καὶ τὰς ἐνεργείας, ὥςπερ [3] ὁμοίως τῇ σαρκὶ τῷ σὰρξ εἶναι καὶ πάθη σαρκὸς ὑπομένειν, μὴ μέν τοι τὸν αὐτὸν εἶναι, καθὸ θεὸς ὢν οὔτε μορφή ἐστι τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ [4] θεὸς, οὔτε ἴσα ἐστὶ τῷ θεῷ, ἀλλὰ [5] θεὸς, οὔτε αὐθεντικῶς ὡς ὁ πατήρ. Ὥςπερ γὰρ οὐχ ἁμαρτητικῶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁμοίως ἐνεργείᾳ ὡς ἄνθρωπος (ἅπερ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιῇ ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ), ὥςπερ οὖν ἐνταῦθα οὐχ ἁμαρτητικῶς, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ἐν σαρκὶ ἐκινεῖτο (τῶν γὰρ ἀτόπων
pag. 856. ἐστὶν ἀπὸ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, τουτέστιν ἀπὸ θεοῦ γενόμενον υἱὸν ἀνθρώπου ὅμοιον γενέσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, τουτέστι τοῖς φύσει ἀνθρώποις, ἐν τῷ ἑαυτοῦ παρὰ φύσιν, ἐν δὲ τῷ κατὰ φύσιν ἑαυτοῦ [6] μὴ εἶναι ὅμοιον ἑαυτὸν τῷ κατὰ φύσιν πατρὶ ἐκ θεοῦ θεὸν γεννηθέντα· καὶ φανερὸν ὅτι οἱ μὴ κατ' οὐσίαν λέγοντες ὅμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, οὔτε υἱὸν λέγουσιν, ἀλλὰ κτίσμα μόνον, οὔτε τὸν πατέρα πατέρα, ἀλλὰ κτιστὴν, τῆς ὁμοίου ἐννοίας οὐκ ἐπὶ τὴν ταυτότητα τοῦ πατρὸς ἀγούσης τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα, καὶ ἀπόῤῥητον ἐξ αὐτοῦ ἀπαθῶς γνησιότητα)· ὡς γὰρ, πάλιν ἐρῶ, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὐκ ἐπὶ τὴν ταυτότητα ἤγετο τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τῆς σαρκὸς οὐσίας ὁμοιότητα, διὰ τὰ εἰρημένα, οὕτως οὐδὲ ὁ υἱὸς ὅμοιος κατ' οὐσίαν γενόμενος τῷ γεννήσαντι πατρὶ εἰς ταυτότητα ἄξει τοῦ πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὁμοιότητα.

Κεφ. ι'. Καὶ εἴ τις τῇ σοφίᾳ τοῦ κόσμου προσέχων, ἣν ἐμώρανεν ὁ θεὸς,

Cap. IX. — 1. *Petavius recte suspicatus est* ἁμαρτητικῶς.

2. ὁ υἱὸς *codd. mss. et ed. princ.* υἱὸς *ed. Petav.*

3. *Rescribendum* ὅμοιος.

4. *Rescripsi* θεὸς *ex emendat. Cornarii atque Petavii. Libri habent* θεοῦ.

quoniam *verbum caro factum est.* Idem autem homo non erat, quatenus ceterorum more natus non fuerat, hoc est e virili satu, et utriusque coniunctione sexus. Ita filius, qui saecula antecessit omnia, deus est, quatenus dei filius, perinde atque homo est, quatenus hominis filius; sed non idem est omnino cum deo patre, a quo genitus est; quemadmodum non idem est cum homine quatenus sine virili satu est ac voluptate propagatus. Idem *carnis peccati similitudinem habuit;* quandoquidem famem, sitim, ac somnum in carne toleravit, quibus affectionibus ad peccandum corpora concitantur. Verum licet carnis affectiones eiusmodi sustineret, minime tamen ab iis ad peccandum impulsus est. Eodem modo filius a patre genitus, ac dei forma praeditus aequalisque deo divinitatis proprietates habuit, utpote corporis secundum essentiam expers, ac patri divinitate ipsa et incorporea conditione et actione similis; perinde ac similis erat carnis, quatenus caro fuit, et carnis passiones suscepit. Non tamen idem est omnino, quoniam qua deus est, non forma dei est, sed deus: nec aequalis deo, sed deus, neque principalis ut pater. Quemadmodum, quod ad propensionem in peccatum pertinet, homo non est, sed actione homini similis. *Quae enim facit pater, eadem facit et filius.* Ergo hic absque peccati illecebra similiter atque ii qui carne praediti sunt incitabatur. Absurdum est enim illum ab naturali statu ad eum qui praeter naturam est, esse perductum, hoc est filium hominis e deo factum iis quorum naturalis est iste status, naturalibus inquam hominibus, in eo quod praeter naturam suam habebat similem fuisse, in eo vero quod ipsi naturale est naturalis illum patris non esse similem, cum originem deus a deo traxerit. Illud vero plane constat, qui similem essentia patri filium negant, ne filium quidem illum fateri, sed creaturam duntaxat, patrem vero non patrem, sed creatorem. Quippe similitudinis ipsa notio non eo filium adducit ut idem omnino cum patre sit, sed ut eidem sit essentia similis, et ut ab ipso procedens arcanam quandam cum illo germanitatem obtineat. Nam, ut idem denuo repetam, quemadmodum cum hominis ac carnis peccati similitudinem gereret, non eo deductus est idem ut cum homine prorsus foret, sed ut naturae carnis esset similis, ut ex iis quae hactenus dicta sunt apparet. Eodem modo filius patri, a quo genitus est, essentia similis suam illam essentiam non ad identitatem cum patre, sed ad similitudinem perducet.

Rom. 8, 3. Ioann. 5,19.

Cap. X.

Quod si quis mundi sapientiae deditus, quam deus stultitiae

5. *Rescripsi* θεὸς *ex emendat. Cornarii atque Petavii. Libri habent* θεὸς. 6. καὶ εἶναι *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

μὴ προσέχοι τῷ ἐν σοφίᾳ λόγου κηρύγματι, καὶ μετὰ πίστεως τὴν ὁμοιότητα καὶ κατ' οὐσίαν τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα ὁμολογοίη, ὡς ψευδωνύμως λέγων τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ μήτε πατέρα λέγων ἀληθῶς, μήτε υἱὸν, ἀλλὰ κτιστὴν καὶ κτίσμα, καὶ κοινοποιῶν τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἔννοιαν ἐπὶ τῶν λοιπῶν ποιημάτων, καὶ σοφίζεσθαι θέλων, [1] εἴτε χρείᾳ ὡς τὸ πρῶτον ποιημάτων δι' αὐτοῦ, εἴτε ὑπερβολῇ τοῦ μεγέθους, καὶ κατὰ μηδὲν ὁμολογῶν τὴν ἐκκλησιαστικὴν πίστιν τὴν εἰς πατέρα τε καὶ υἱὸν, ὡς παρ' ὃ [2] εὐαγγελίσαντο ἡμᾶς οἱ ἀπόστολοι θέλων εὐαγγελίσασθαι, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν [3] λέγω ἀνειληφότες, καὶ [4] τὸ ἀναγκαίως φαμέν· Εἴ τις τὸν σοφὸν μόνον ἀκούων πατέρα, καὶ σοφίαν τὸν μονογενῆ τούτου υἱὸν, ταὐτὸν εἶναι λέγοι τὴν σοφίαν τῷ μόνῳ σοφῷ, ἀναιρῶν τὸ εἶναι υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τὸν σοφὸν ἀκούων πατέρα, καὶ σοφίαν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἀνόμοιον λέγων καὶ κατ' οὐσίαν τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ θεοῦ, ὡς μὴ λέγων τὸν σοφὸν τῆς σοφίας ἀληθῶς πατέρα, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τὸν
pag. 857. θεὸν νοῶν τὸν πατέρα, τὸν δὲ ἐν ἀρχῇ λόγον τε καὶ θεὸν, [5] ταὐτὸν λέγοι πρὸς τὸν θεὸν λόγον τε καὶ θεὸν αὐτῷ τῷ θεῷ τῷ πρὸς ὃν λόγος τε [6] καὶ θεὸς, ὡς μὴ λέγων ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τὸν μονογενῆ θεὸν λόγον υἱὸν ἀκούων τοῦ θεοῦ, πρὸς ὃν ὁ λόγος τε καὶ θεὸς, ἀνόμοιον λέγοι καὶ κατ' οὐσίαν τὸν θεὸν λόγον τοῦ πατρὸς, τὸν θεὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, πρὸς ὃν ὁ μονογενὴς ἐν ἀρχῇ ἦν θεὸς λόγος, ὡς μὴ λέγων ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις εἰκόνα ἀκούων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου ταὐτὸν λέγοι τὴν εἰκόνα τῷ θεῷ τῷ ἀοράτῳ, ὡς μὴ ὁμολογῶν ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις εἰκόνα ἀκούων τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ ἀοράτου θεοῦ ἀνόμοιον λέγοι καὶ κατ' οὐσίαν τὸν υἱὸν, εἰκόνα ὄντα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, οὗ εἰκὼν καὶ κατ' οὐσίαν νοεῖται, ὡς ἀληθῶς μὴ λέγων υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις ἀκούων τοῦ υἱοῦ λέγοντος, Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ δέδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ταὐτὸν λέγει τὸν εἰληφότα παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ζωὴν καὶ ὁμολογοῦντα τὸ, Κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, τῷ δεδωκότι, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις ἀκούων τὸ, Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, ἀνόμοιον λέγοι [7] κατ' οὐσίαν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, διαμαρτυρόμενος ὅτι οὕτως ἔχει ὡς εἴρηκεν, ἀνάθεμα ἔστω. Φανερὸν γὰρ ὅτι τῆς ζωῆς τῆς ἐν τῷ πατρὶ νοουμένης οὐσίας σημαινομένης, καὶ τῆς ζωῆς τῆς τοῦ μονογενοῦς

Cap. X. — 1. εἴτε χρείᾳ *reposui ex emendat. Cornarii qui vertit* et cavillari volens, sive ob utilitatem, sive magnitudinis excellentiam, primum esse creaturarum *cett.* εἴ τις χρείᾳ *cod. Ien. et edili.* εἴ τι *cod. Rhedig.*

2. εὐηγγελίσαντο *cod. Rhedig.*

3. λέγομεν *placuit Petavio.*

4. τὸ *unicis notavit Petavius. Rescribendum fortasse* καὶ ἔτι, *vel* καί τοι.

convicit, sapientissimae divini verbi praedicationi nihil admodum tribuat, neque ex fidei praescripto similem essentia patri filium esse fateatur, utpote qui falso patrem et filium appellet, reipsa vero neque patrem neque filium, sed creaturam ac creatorem, ac filii patrisque notionem cum reliquis operibus communicet, et quoties ea de re agitur calumniose mentiatur, primum illud opus ac praecipuum esse, quod ab ipso factum est, aut magnitudine antecellens, ac denique ecclesiasticum in patrem filiumque fidem non eodem modo profiteatur quo illam nobis apostoli antea tradiderunt, anathema sit. *Et illud antea*, ut loquitur apostolus, *praediximus, et* Gal. 1, 9.
nunc denuo repetimus, ac necessario commonemus: Si quis sapientem solum audiens patrem, et unicum eius filium sapientiam, hanc unum idemque cum illo dicat esse, ac filii proprietatem evertat, anathema sit. Item si quis sapientem audiens patrem et filium eius sapientiam nominari, hanc ipsam sapientiam sapientis patris essentia dissimilem affirmet, tanquam sapientem vere sapientiae patrem esse negans, anathema sit. Si quis deum esse patrem agnoscens eum vero qui in principio fuit verbum ac deus, hunc idem esse penitus cum deo, apud quem verbum ac deus est, constituat, tanquam vere filium non agnoscens, anathema sit. Si quis unigenitum deum ac verbum filium dei nominari audiens, apud quem verbum ac deus est, hunc ipsum deum ac patris verbum, dei ac patris, apud quem unigenitus in principio deus erat verbum, dissimilem affirmet, tanquam vere filium minime confitens, anathema sit. Si quis filium dei, qui videri non potest, imaginem audiens idem esse cum non aspectabili deo dicat imaginem, tanquam vere filium minime professus, anathema sit. Si quis unigenitum filium imaginem dei, qui videri non potest, appellari audiens dissimilem esse dicat essentia filium, ac dei non aspectabilis imaginem eius cuius essentia imaginem ipsum intelligimus, velut filium esse non vere profitens, anathema sit. Item si quis dicentem filium audiens,
Quemadmodum pater habet vitam in se ipso, sic et filio dedit vitam Ioann. 5, 26.
habere in se ipso, eum qui vitam accipit a patre, et illud dicentem,
Et ego vivo propter patrem, idem cum vitae datore esse defendat, Ioann. 6, 57.
anathema sit. Si quis istud audiens, *Sicut pater vitam habet in se ipso, sic filio dedit vitam habere in se ipso*, dissimilem essentia patri filium asseveret, et ita uti dicit habere se testetur, anathema sit. Manifestum enim est, cum vita, quam in patre intelligimus, essentia sit, nec non et unigeniti vita, quae a patre genita est, intelliga-

5. *Omnes libri habent* τοῦτον, *quod a libris tam scriptis quam editis correxi.*
6. καὶ *supplevit Petavius. Abest enim*
7. *Fortasse* καὶ κατ' οὐσίαν, *uti supra,*

τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένης οὐσίας νοουμένης, τὸ, Οὕτως τὴν ὁμοιότητα τῆς οὐσίας πρὸς οὐσίαν [8] σημαίνει.

Κεφ. ια΄. Καὶ εἴ τις τὸ, Ἔκτισέ με, καὶ τὸ, Γεννᾷ με, παρ' αὐτοῦ ἀκούων τὸ, Γεννᾷ με, μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ κατ' οὐσίαν ἐννοεῖ, ἀλλὰ ταὐτὸν λέγοι τὸ, Γεννᾷ με, τῷ, Ἔκτισέ με, ὡς μὴ λέγων τὸν υἱὸν τὸν ἀπαθῶς τέλειον ἐκ τῶν δύο ὀνομάτων, τοῦ, Ἔκτισέ με, καὶ τοῦ, Γεννᾷ με, κτίσμα μόνον ὁμολογῶν, καὶ μηκέτι υἱὸν, ὡς παραδέδωκεν ἡ σοφία ἐκ τῶν δύο εὐσεβῶς τὴν ἔννοιαν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τοῦ υἱοῦ τὴν μὲν κατ' οὐσίαν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁμοιότητα ἡμῖν ἀποκαλύπτοντος δι' ὧν φησι, Ὥςπερ γὰρ ὁ πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτως καὶ τῷ υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, τὴν δὲ κατ' ἐνέργειαν δι' ὧν παιδεύει, Ἃ γὰρ ἂν ὁ πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς, pag. 858. ὁμοίως ποιεῖ, [1] μόνην τὴν κατ' ἐνέργειαν ὁμοιότητα [2] διδοὺς τὴν κατ' οὐσίαν, ἥ ἐστι τὸ κεφαλαιωδέστατον ἡμῶν τῆς πίστεως, ἀποστεροίη τοῦ υἱοῦ, ὡς ἑαυτὸν ἀποστερῶν τῆς ἐν γνώσει πατρὸς καὶ υἱοῦ αἰωνίου ζωῆς, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις εἰς πατέρα καὶ υἱὸν πιστεύειν ἐπαγγελλόμενος τὸν πατέρα μὴ οὐσίας ὁμοίας [3] αὐτοῦ λέγοι πατέρα, ἀλλὰ ἐνεργείας, ὡς βεβήλους καινοφωνίας κατὰ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ φθέγγεσθαι τολμῶν, καὶ ἀναιρῶν τὸ εἶναι ἀληθῶς υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις υἱὸν ὅμοιον κατ' οὐσίαν νοῶν ἐκείνου, οὗ καὶ νοεῖται υἱὸς, ἢ ταὐτὸν λέγοι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἢ μέρος τοῦ πατρὸς, ἢ κατὰ ἀπόῤῥοιαν καὶ κατὰ πάθος, ὡς σωματικοὺς υἱοὺς, τὸν ἐκ τοῦ ἀσωμάτου πατρὸς ἀσώματον υἱὸν ὑποστάντα, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις διὰ τὸ τὸν πατέρα μή ποτε υἱὸν νοεῖσθαι, καὶ τὸν υἱὸν μή ποτε πατέρα νοεῖσθαι ἕτερον λέγων τὸν υἱὸν παρὰ τὸν πατέρα, διὰ τὸ τὸν πατέρα ἕτερον εἶναι καὶ τὸν υἱὸν, καθὼς εἴρηται, Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ, Μαρτυρεῖ γὰρ, φησὶ, ὁ πέμψας με πατὴρ, διὰ ταύτην τὴν εὐσεβῆ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ νοουμένην ἰδιότητα τῶν προςώπων, πατρὸς μὲν καὶ υἱοῦ, δεδιὼς μή ποτε ταὐτὸν νοηθῇ υἱὸς πατρὶ, ἀνόμοιον λέγοι κατ' οὐσίαν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις ἐν χρόνῳ τὸν πατέρα πατέρα νοεῖ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, καὶ μὴ ὑπὲρ χρόνους [4] καὶ πάσας ἀνθρωπίνας ἐννοίας πιστεύει τὸν μονογενῆ υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀπαθῶς ὑφεστᾶναι, ὡς παραβαίνων τὸν ἀποστολικὸν κήρυγμα, χρόνους μὲν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ παρωσάμενον, πιστῶς δὲ ἡμᾶς παιδεῦσαν τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τὸν πατέρα πρεσβύτερον χρόνῳ λέγοι τοῦ ἐξ [5] ἑαυτοῦ μονογενοῦς υἱοῦ,

8. *Post* σημαίνει (*ed. Petav. Colon. repet. vitiose habet* σημαίνῃ) *in libris vulgo sequitur* ἀνάθεμα ἔστω *quae verba cum hic plane aliena sint, delenda duxi.*

Cap. XI. — 1. οὐ μόνην *cod. Rhedig.*

2. *Correxi* διδοὺς τὴν. *In libris vulgo legitur* διδούσης.

3. αὐτοῦ *codd. mss. et ed. princ.* αὐτοῦ *ed. Petav.*

4. καὶ πάσας *scripsi sententia postulante, pro* καὶ κατὰ πάσας. *Vides prae-*

tur essentia, particulam hanc, *Sic*, essentia cum essentia similitudinem indicare.

Si quis ista dicentem illum audiens: *Creavit me, et genuit me,* non ad eundem et secundum essentiam pertinere putet, sed idem esse dicat, *Genuit me, et creavit me,* tanquam filium sine ulla passione perfectum ex duobus illis vocabulis confitens, *Creavit me,* et *Genuit me,* sed creaturam duntaxat, non filium affirmans, cuiusmodi pium nobis ex duabus illis vocibus sensum Sapientia tradidit, anathema sit. Si quis filio suam cum patre secundum essentiam similitudinem nobis his verbis indicante: *Sicut enim pater vitam habet in seipso, sic et filio dedit vitam habere in seipso,* eam vero similitudinem, quae in actione posita his verbis docente, *Quaecumque enim pater facit, ea et filius similiter facit,* solam hanc actionis similitudinem concedens, alteram, quae ad essentiam spectat, quaeque praecipuum fidei nostrae caput est, filio subtrahat, tanquam aeterna vita, quae in patris ac filii cognitione consistit, seipsum privans, anathema sit. Si quis in patrem ac filium credere sese profitens patrem non similis cum filio essentiae dicat esse, sed actionis, tanquam, *profanas vocum novitates* de filii dei essentia pronuntiare ausus, et veram filii proprietatem evertens, anathema sit. Si quis filium similem essentia illius intelligens cuius filius intelligitur, vel idem prorsus cum patre filium esse dicat, vel patris partem, vel profluvio quodam ac passione, corporeorum instar filiorum, incorporeum ab incorporeo patre prodiisse filium asserat, anathema sit. Si quis propterea quod neque pater filius neque filius esse pater intelligatur unquam, alterum a patre filium esse dicens, eo quod alter sit pater ac filius, ut dictum est, *Alius est qui testimonium perhibet de me,* item, *Testimonium perhibet qui misit me pater:* si quis, inquam, propter piam illam, quae in ecclesia concipitur personarum patris ac filii proprietatem, veritus ne idem omnino cum patre filius intelligatur, dissimilem essentia patris esse filium dicat, anathema sit. Si quis patrem unigeniti filii in tempore patrem fuisse sibi persuadeat, neque ante tempus omne ac supra humanam omnem cogitationem, unigenitum filium a patre sine ulla passione credat esse productum, tanquam apostolicum dogma transgrediens, quod a patre filioque temporis spatium omne reiicit, hoc vero nos fideliter edocet, *In principio erat verbum, et deus erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum,* anathema sit. Si quis patrem unigenito, quem produxit, filio tempore anteriorem esse dicat, filium

Cap. XI. — Ioann. 5, 19. — 2. Timoth. 6, 20. — Ioann. 5, 32. et 36. — Ioann. 1, 1.

positionem κατὰ succrevisse ex repetitis Petavius suspicatus est καὶ παρὰ πάσας. vocula καὶ et syllaba πα vocabuli πάσας. 5. αὐτοῦ cod. Rhedig.

νεώτερον δὲ χρόνῳ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις τὸ ἄχρονον τῆς τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ ἐκ πατρὸς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν ἀγέννητον τοῦ θεοῦ οὐσίαν ἀναφέρει, ὡς υἱοπάτορα λέγων, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις ἐξουσίᾳ μόνῃ τὸν πατέρα λέγοι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, καὶ μὴ ἐξουσίᾳ ὁμοῦ καὶ οὐσίᾳ πατρὸς μονογενοῦς υἱοῦ, ὡς μόνην τὴν ἐξουσίαν λαμβάνων, καὶ κοινοποιῶν αὐτὸν πρὸς τὰ λοιπὰ ποιήματα, καὶ οὐ λέγων ἀληθῶς ἐκ πατρὸς γνήσιον υἱὸν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ εἴ τις ἐξουσίᾳ καὶ οὐσίᾳ λέγων τὸν πατέρα, πα-
pag. 859. τέρα τοῦ υἱοῦ, ὁμοούσιον δὲ ἢ ταὐτούσιον λέγοι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ἀνάθεμα ἔστω.

Καί εἰσιν οἱ ὑπογράψαντες Βασίλειος, Εὐστάθιος, Ὑπερέχιος, [6] Λητόϊος, Ἑορτικὸς, Γυμνάσιος, Μεμνόνιος, Εὐτυχὴς, Σευηρῖνος, Εὐτύχιος, [7] Ἀλκιμήδης, Ἀλέξανδρος· οὕτω πιστεύω, [8] καὶ ὡς ὑπογέγραπται [9] δι' ὑπογραφῆς ὁμολογῶ.

* ΕΠΛΗΡΩΘΗ.

ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΚΑΙ ΓΕΩΡΓΙΟΝ Ο ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΣΜΟΣ.

Κεφ. ιβ'. Τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα γυμνῶς μὲν ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ οὐ κεῖται γραφῇ, ὁ νοῦς δὲ πανταχοῦ φέρεται. Καὶ πρῶτον ἀφ' ὧν ὁ θεὸς πέμπων Μωϋσέα εἴρηκεν, Οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, Ὁ ὢν, ὡς ἐπὶ τοῦ πρώτως νοουμένου πατρὸς, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ὁ μή τε ἔκ τινος ὢν, καὶ τοῖς οὖσιν αἴτιος ὤν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ υἱός ἐστιν ὁ ὢν, ἔλαβε δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου, λέγοντα, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἀφορμὴν εὕρατο Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Μάρκελλος, οὐκέτι θέλοντες λέγειν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ἀληθῶς, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ λόγος ὀνόματος ἀφορμὴν λαβόντες, φημὶ, ἐκ στόματος ῥῆμα καὶ φθέγμα ἠβουλήθησαν εἰπεῖν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἠναγκάσθησαν οἱ πατέρες, οἱ κρίναντες Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἐρωτισμῷ, ἵνα δείξωσιν ὅτι ὁ υἱὸς ὑπόστασιν ἔχει, καὶ ὑπάρχων ἐστὶ, [1] καὶ ὢν ἐστι, οὐχὶ δὲ ῥῆμά ἐστιν, οὐσίαν εἰπεῖν καὶ τὸν υἱὸν, τὴν διαφορὰν τοῦ τε καθ' ἑαυτὸν ἀνυπάρκτου καὶ τοῦ ὑπάρχοντος τῷ τῆς οὐσίας ὀνόματι ἐπιδεικνύντες. Τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα καθ' ἑαυτὸ ἀνύπαρκτόν ἐστι, καὶ οὐ δύναται εἶναι υἱὸς θεοῦ, ἐπεὶ πολλοί [2] γε οὕτως ἔσονται υἱοὶ θεοῦ. Πολλὰ γὰρ ὁ πατὴρ ὁμολογεῖται λαλῶν τῷ υἱῷ, ὅταν λέγῃ, Γενηθήτω στερέωμα, Γενηθήτω-

6. λιτόϊος codd. mss. et edit. princ.
7. ἀλκιμίδης codd. mss. et. ed. princ.
8. καὶ particulam delendam iudicavit, et uncinis inclusit Petavius.
9. καὶ δι' ὑπογραφήν habent libri tam scripti quam editi. Delevi particulam καὶ quam ex syllaba finali vocabuli ὑπογέγραπται accrevisse patet. Verbum ὑπογέγραπται Cornarius et Petavius ita sunt interpretati tanquam legissent ὡς ἄνω γέγραπται, aut προγέγραπται. Ac sane probabile est pro ὑπογέγραπται rescribendum esse προγέγραπται.

*) Vulgo extat indistincte ΕΠΛΗ-

vero patre iuniorem, anathema sit. * Si quis temporis expertem unigeniti Christi a patre procedentis hypostasim ad ingenitam dei essentiam referat, tanquam υἱοπάτορα, hoc est *filiopatrem*, appellans, anathema sit. Si quis sola potestate patrem unigeniti filii, non potestate simul et essentia esse definiat, tanquam solam potestatem usurpans, et communem ei cum ceteris operibus conditionem tribuens, neque germanum a patre filium vere ortum esse praedicans, anathema sit. Si quis patrem potestate simul et substantia filii patrem asserens consubstantialem vel eiusdem cum patre substantiae filium esse dicat, anathema sit.

Subscripsere Basilius, Eustathius, Hyperechius, Letoius, Heorticus, Gymnasius, Memnonius, Eutyches, Severinus, Eutychius, Alcimedes, Alexander. Ita credo ut supra scriptum est, et per subscriptionem profiteor.

H A C T E N U S.

BASILII AC GEORGII ET SOCIORUM PROFESSIO.

Substantiae nomen minime quidem ipsum in veteri vel novo testamento aperte reperitur, sed quod eo significatur passim expressum legitur. Inprimis in eo loco in quo deus Moysem mittens sic ei locutus est, *Sic dices filiis Israël, Qui est*, etc. Quod de patre praesertim dicitur, qui ordine primus intelligitur, *a quo omnis paternitas in coelo et in terra nominatur*. Qui neque ab ullo est, et iis quae sunt caussa est ut sint. Verum cum et filius sit existens, et illud sibi communicatum acceperit, Paulus Samosatenus, et Marcellus, ab illa Ioannis sententia, qua scriptum est, *In principio erat verbum* etc., erroris occasionem arripuerunt, ut dei filium vere esse filium nollent agnoscere. Sed ex ipsa verbi appellatione ansam, uti diximus, arripientes filium dei vocabulum, quod ab ore procedit, ac vocem nominari voluerunt. Ob id patres illi qui Paulum Samosatenum damnarunt, ob talem interrogatiunculam, ut filium subsistentem et existentem et eum qui est esse demonstrarent, non autem vocabulum aliquod, filium substantiam ut vocarent adducti sunt, qua substantiae appellatione id quod per seipsum existit ab eo quod per se non existit aliquo discrimine separarent. Etenim vocabulum per sese non subsistit, nec esse dei filius potest. Alioqui plures erunt hoc modo filii dei. Nam pater multa omnium confessione filio locutus est: ut cum dixit, *Fiat firmamentum*, *Fiant lu-*

Cap. XII. — Exod. 3, 14. — Eph. 3, 15. — Ioann. 1, 1.

ΡΩΘΗ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΚΑΙ ΓΕΩΡΓΙΟΝ Ο ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΣΜΟΣ. *Quod vitium animadvertit Petavius.*

Cap. XII. — 1. καὶ ὢν ἔστι *om. cod. Rhedig.* 2. γε *om. cod. Rhedig.*

σαν φωστῆρες, Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ, καὶ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Ὥς τε ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ λαλεῖ, καὶ οἱ μὲν λόγοι τοῦ θεοῦ οὓς λαλεῖ τῷ υἱῷ οὔκ εἰσιν υἱοί. Ὁ δὲ υἱὸς, πρὸς ὃν λαλεῖ ὁ πατὴρ, μετὰ τῶν ἄλλων εὐσεβῶς καλεῖται ἄρτος, καὶ ζωὴ, καὶ ἀνάστασις, ἔτι καὶ λόγος ὀνο-
pag. 860. μάζεται, ἐπειδὴ ἑρμηνεύς ἐστι τῶν τοῦ θεοῦ βουλημάτων. Ἵνα μὴ οὖν ἀπατῶντες τοὺς ἁπλουστέρους τὸν υἱὸν ταὐτὸν λέγωσιν οἱ αἱρετικοὶ τοῖς λόγοις τοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ λαλουμένοις, τὸ διάφορον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ὡς πρὸς τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ ὑποδεικνύντες οἱ πατέρες τὸν υἱὸν, φημὶ, οὐσίαν ἐκάλεσαν, οὕτως τὴν διαφορὰν παριστῶντες, ὅτι ὁ θεὸς ὤν ἐστιν, καὶ οἱ λόγοι οὓς λαλεῖ ὄντες, ἀλλ' οὐκ οὐσίαι τοῦ θεοῦ, λεκτικαὶ δὲ ἐνέργειαι. Ὁ δὲ υἱὸς λόγος ὢν οὐχὶ ἐνέργεια λεκτική ἐστι τοῦ θεοῦ, ἀλλ' υἱὸς ὢν οὐσία ἐστίν. Εἰ γὰρ ὁ πατὴρ ὢν, καὶ υἱὸς ὢν, ὢν δὲ οὕτως ὁ υἱὸς ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ ἔχων γνησίως τὸ εἶναι λόγος νοηθήσεται ὁ υἱὸς, οὐχ ὡς οἱ λόγοι οἱ [3] παρὰ θεοῦ λαλούμενοι. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸ εἶναι ἐν τῷ λαλοῦντι ἔχουσιν, ὁ δὲ τὸ εἶναι τῷ ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι, καὶ ἀκούειν τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπουργεῖν τῷ πατρὶ ἔχει. Ταύτην οὖν τὴν ὑπόστασιν οὐσίαν ἐκάλεσαν οἱ πατέρες.

Κεφ. ιγ'. Ὅμοιον οὖν νοοῦμεν τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κατὰ πάντα, μαχόμενοι καὶ πρὸς τὴν νῦν ἐπιφυομένην αἵρεσιν [1] τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἡ γὰρ νῦν αἵρεσις, κατὰ μὲν βούλησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀποφαίνεται εἶναι ὅμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, κατὰ δὲ [2] τὸ ἀνόμοιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, ὡς κατασκευάζεσθαι παρὰ τῶν νῦν καινῶν αἱρετικῶν, ὅτι ἡ μὲν βούλησις τοῦ υἱοῦ καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ ὁμοία τῇ βουλήσει τοῦ πατρὸς καὶ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς ἀνόμοιος τῷ πατρί. Καὶ διὰ τοῦτο τὴν μὲν βούλησιν τοῦ υἱοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν βούλονται εἶναι ὁμοίαν τῇ βουλήσει τοῦ πατρὸς καὶ τῇ ἐνεργείᾳ, τὸν δὲ υἱὸν οὐ βούλονται ὅμοιον εἶναι τῷ πατρὶ, ἐπειδὴ διαβεβαιοῦνται μὴ εἶναι ἐκ τοῦ θεοῦ γεγεννημένον τὸν υἱὸν, ἀλλὰ μόνον κτίσμα εἶναι αὐτὸν, καὶ τοῦτον διαφέρειν τῶν λοιπῶν κτισμάτων, ὅτι τε ὑπερέχει μεγέθει, καὶ ὅτι πρῶτος τῶν ἁπάντων ὑπέστη, καὶ ὅτι ὑπουργῷ αὐτῷ ἐχρήσατο εἰς τὴν τῶν λοιπῶν δημιουργίαν ὁ θεὸς, ἐπειδὴ, φασὶν οἱ αἱρετικοὶ, τὰ μὲν ἄλλα δι' υἱοῦ ὁ θεὸς ἐποίει, αὐτὸν δὲ οὐ διά τινος, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὸν αὐτούργησε, καὶ ὑπερέχοντα μεγέθει καὶ δυνάμει ἁπάντων ἐποίησε. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐκάλεσε μονογενῆ υἱόν.

Κεφ. ιδ'. Ἡμεῖς δὲ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὴν
pag. 861. ὁμολογίαν τῆς πίστεως παρειληφότες οὕτως ἔχομεν, ὅτι ὁ πατὴρ ὁμοίου

3. παρὰ *codd. mss. uterque, et edit. princ.* διὰ *ed. Petav.*

Cap. XIII. — 1. τῇ *omissum est in ed. Petav.*

2. *Cornarius* (*qui vertit* iuxta essen-

minaria, *Producat terra*, etc. Item, *Faciamus hominem*. Itaque filium pater alloquitur. Porro illi ipsi sermones quibus ad filium pater utitur filii non sunt. At filius, quem pater alloquitur, inter ceteras appellationes, *Panis*, *Vita*, *Resurrectio*, ac denique *Verbum* etiam dicitur, eo quod dei sit voluntatis interpres. Quocirca ne haeretici rudioribus imponentes filium idem esse cum his verbis quae pater locutus est censerent, ad dei filii declarandum ab hisce vocabulis quae locutus est pater discrimen filium substantiam appellari oportere decreverunt, atque ita discrimen illud constituerunt, ut et deus sit existens, et verba illa quae pronuntiavit deus extitisse dicantur, sed nequaquam substantiae, verum pronuntiandi actiones esse censeantur: at filius cum verbum sit, non actio quaedam loquendi, sed, utpote filius, substantia sit. Nam si pater esse dicatur, et esse perinde filius; esse vero tanquam a deo proprie ac germane ut sit accipiens, verbum filius esse, non ut cetera quae a deo pronuntiata sunt, intelligitur. Haec enim in eo qui loquitur esse illud suum habent: illud vero in eo esse suum positum habet quod a patre genitus sit, et eidem auscultet ac ministret. Hanc igitur hypostasin patres substantiam vocarunt.

Gen. 1, 6. 16. 24. 26. Ioann. 6, 48.

Cap. XIII. Quapropter filium patri similem in omnibus intelligimus, et haeresi illi, quae adversus ecclesiam nuper est excitata, resistimus. Quae quidem haeresis voluntate et actione sola patris filium similem esse pronuntiat; essentia vero eosdem inter se esse dissimiles. Adeo ut ex recentium horum haereticorum decreto filii voluntas et actio voluntati sit patris actionique similis, filius tamen ipse patris sit dissimilis. Propterea vero filii voluntatem et actionem paternae voluntatis et actionis similem esse volunt, filium ipsum patris esse similem negant; quod filium a patre minime genitum, sed creaturam duntaxat esse sibi persuaserint, atque in eo a creatis rebus distare ceteris quod et magnitudine antecellit, et ante omnia extitit, et eodem velut administro reliquorum ad productionem usus est deus. Quandoquidem, aiunt haeretici, cetera deus per filium procreavit, ipsummet vero filium non alterius interventu, sed per semetipsum condidit, magnitudine et virtute ceteris praestantem. Hinc eundem unigenitum filium appellavit.

Cap. XIV. Nos autem, qui in ecclesiae catholicae parte numeramur, cum e scripturis sacris fidei professionem hauserimus, sic habemus: pa-

tiam vero dissimilem esse filium patri) et *Petavius suspicati sunt* κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἀνόμοιον. *Probabilius fortasse repetes vocabulum* ἄλλο *ex vocabulo* ἀνόμοιον, *ita ut scribatur* κατὰ δὲ τὸ ἄλλο ἀνόμοιον *cett.*

ἐστὶν ἑαυτοῦ υἱοῦ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς ὅμοιός ἐστι τοῦ πατρὸς ἐξ οὗ πατρὸς νοεῖται υἱὸς, τοῦτο ἡμῶν [1] προςδιοριζομένων, καὶ οὕτως [2] καθαιρόντων τὸν νοῦν, ὡς πρὸς τοὺς Σαβελλίους καὶ τοὺς λοιποὺς, ὅτι οὔτε ὁ υἱὸς δύναται εἶναι πατὴρ, οὔτε ὁ πατὴρ δύναται εἶναι υἱὸς, ἀλλ' ὁ υἱὸς υἱὸς, καὶ ὁ πατὴρ πατὴρ, καὶ οὐχ υἱός. Ἐν τούτοις γάρ ἐστιν ἡ ἀκρίβεια τῆς τῶν προςώπων ἐπιγνώσεως, τῷ τὸν πατέρα πατέρα ἀεὶ ὄντα ἄσαρκον μὲν εἶναι καὶ ἀθάνατον, τὸν δὲ υἱὸν υἱὸν ὄντα ἀεὶ, καὶ οὐδέποτε ὄντα πατέρα (ἀεὶ δὲ [3] λεγόντων διὰ τὸ ἄχρονον καὶ ἀκατάληπτον τῆς ὑποστάσεως) σάρκα ἀνειληφέναι κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς, καὶ θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν ὑποστῆναι. Τούτων διευκρινημένων οἱ θαυμαστοὶ, οἱ τῇ αἱρέσει συμμαχοῦντες, δύο πραγματεύσασθαι σπεύδουσιν, ἓν μὲν, τὸ μηκέτι λέγειν πατέρα καὶ υἱὸν, ἀλλὰ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν, καὶ διὰ τοῦτο σόφισμα τῆς αἱρέσεως οἰόμενοι ἐπειςάγειν τῇ ἐκκλησίᾳ. Συνίσασι γὰρ οἱ σοφοὶ τὰ τοῦ θεοῦ ὅτι τὸ ἀγέννητον ἔλαττον εἶναι τοῦ πατρὸς ὀνόματος. Τὸ γὰρ ἀγέννητον ὅτι [4] ὁ μὲν οὐκ ἐγεννήθη νενόηται, οὐδέπω δὲ εἰ καὶ πατήρ ἐστι σημαίνει· τὸ δὲ πατὴρ πλέον ἐστὶ τοῦ ἀγεννήτου ὀνόματος ὄν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ἀγεννήτῳ, φημὶ, οὐκ ἐμφαίνεται ἡ τοῦ πατρὸς δύναμις, ἐν δὲ τῷ πατὴρ ὀνόματι ὁμοῦ τε φαίνεται ὅτι οὐκ ἔστιν υἱὸς ὁ πατὴρ, [5] εἴ γε κυρίως νοεῖται ὁ πατὴρ, καὶ ὅτι αἴτιός ἐστιν ὁμοίου ἑαυτοῦ υἱοῦ. Ἓν μὲν δὴ τοῦτο. Ἕτερον δὲ, ὅτι φθάσαντες ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν γράψαι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, [6] ὥσπεροῦν ἐνόμισαν καταψηφίζεσθαι τὴν ἐκκλησίαν δι' ὧν ἐθήρασαν παρὰ τοῦ αἰδεσίμου ἐπισκόπου Ὁσίου γραμμάτων, ἐν οἷς φέρεται τὸ ἀνόμοιον οὐσίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνελθόντες οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς ἐπὶ τὸ Σίρμιον περισυνελέξαντο καὶ κακούργημα τούτου τοῦ αἱρετισμοῦ, ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπέχωσιν ἐπὶ τοῖς εἰς τὴν ἀνατολικὴν πίστιν τολμήσασιν, ἐσπούδασαν τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα ἐν χρήσει ὑπάρχον τοῖς πατράσιν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, ἀνελεῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο δόξωσι κρατύνειν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν.

Κεφ. ιε'. pag. 862. Ὑπέλαβον γὰρ ὅτι εἰ τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα ἐκβληθείη, κατὰ βούλησιν μόνον λέγοντες, καὶ κατ' ἐνέργειαν ὅμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἐξουσίαν [1] ἕξουσιν οὐσίας μὴ ὀνομαζομένης λοιπὸν ἀνόμοιον λέγειν κατὰ τὸ εἶναι καὶ κατὰ τὸ ὑπάρχειν τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Ἀλλ' ὅμως ὁ ἔκδι-

Cap. XIV. — 1. προδιοριζομένων, quam scripturam etiam in edit. Petavianae margine video annotatam, habet cod. Rhedig.

2. *Ita emendarunt Cornarius et Petavius. Libri habent* καθαιρούντων.

3. „Fort. λέγομεν. Sed nonnihil deesse videtur.“ *Petavius. Cornarius ver-*

Praeter hos Anomoei quidam extiterunt recens in lucem editi, Cap. I. quorum princeps Aëtius diaconus fuit; qui ad eum dignitatis gradum ob ineptias ac nugas suas a Georgio Alexandrino promotus est, eo videlicet ipso qui Arianorum pariter ac Meletianorum episcopus, Iuliano imperante, ut antea docuimus, in camelum impositis tota urbe ignominiose traductus est. Ac primum ab gentilibus circumseptus, ac multa perpessus, atque ad eum quem diximus modum circumductus, et fustibus percussus, totaque propemodum urbe tractus, in iis suppliciis extinctus est, ac post obitum concrematus, et cum multis pecudum ac bestiarum ossibus in cinerem redactus, atque in ventos dispersus, talem exitum vitae consecutus est. De quo sic obiicere nobis quispiam potest: Cum haec a gentilibus passus sit, nonne martyrium obiisse videri potest? Verum si pro veritate certamen eiusmodi subiisset, et a gentilibus ob invidiam, vel Christiani nominis professionem haec ipsi forent inflicta supplicia, procul dubio inter martyres, et quidem primarios, collocandus videretur, sed haec minime propter Christi confessionem sustinuit; quin potius ob omnem illam iniuriam ac violentiam qua episcopatus sui tempore, quoquo eum tandem modo gesserit, civitatem omnem ac populum oppressit, cum praesertim civibus paterna bona ac possessiones eriperet. Neque vero calumniari hominem volumus; variis enim hic Alexandrinos incommodis affecit. Velut cum nitrarias omnes officinas redemit, una cum papyri calamique paludibus, nec non et salinaria omnia stagna, quae conducere, et ad sese transferre studuit. Cuius tantae praeterea sordes avaritiae fuerunt ut etiam vilissimis ex rebus illiberalem omnem quaestum summa ope ac contentione captaret. Nam inter cetera lecticariorum, ad efferenda mortuorum cadavera, certum numerum instituit, neque cuiquam sine his quos huic officio praeposuerat mortuum licebat exportare, peregrinum maxime. Quod non hospitalitatis amore faciebat, sed lucri, uti dixi, pecuniaeque gratia. Quod si quis mortui corpus per sese sepeliret, in periculum vocabatur. Igitur ex unoquoque cadavere quaestus aliquid ad ipsum redibat. Mitto cetera, inprimisque luxum eius omnem, una cum ceteris vitiis ac crudelitate praesertim. Quibus de caussis cum Alexandrini, ac gentiles praesertim, vetus in illum

τρῖτιν, ex eoque vocabulo η̄ pro ῑ posito mutatoque accentu effinxisse τρίτην.

4. *ἄϑλοις volebat Guil. Canterus Nov. Lectt. II, 27. Veram verborum Epiphanii interpretationem invenies in Petavii ad h. l. Animadvv.*

Ἀλεξανδρέων παῖδες, Ἕλληνες δὲ μάλιστα, [5] τοῦτο αὐτὸν διέθεντο τὸ τέλος. Ἐμοὶ δὲ γέγονε πρόφασις περὶ τούτου λέγειν, ὡς ἐνηχηθέντες τὴν τοῦ Κωνσταντίου τελευτὴν εὐθὺς οὕτως αὐτὸν ἀπώλεσαν οἱ αὐτοὶ Ἀλεξανδρεῖς, δι' οὐδὲν ἕτερον [6] ἡ περὶ τούτου μοι γεγένηται ὑπόθεσις, ἀλλὰ διὰ τὸν Ἀέτιον τὸν ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντα διάκονον.

Κεφ. β'. Οὗτος ὁ Ἀέτιος [1] καὶ κατὰ τὸν κοσμικὸν λόγον ἀπαίδευτος ἦν ἕως τῆς τελείας αὐτοῦ ἡλικίας, ὡς ὁ λόγος. Ἐπενόησε δὲ ὑποβὰς καὶ σχολάσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀριστοτελικῷ φιλοσόφῳ καὶ σοφιστῇ, καὶ τὰ τῆς διαλεκτικῆς δῆθεν ἐκείνων μαθὼν, οὐδὲν ἕτερον πλὴν σχηματοποιεῖν τὴν περὶ τοῦ θεοῦ λόγου ἀπόδοσιν. Σχολαίτερον ἐπεχείρει ὀρθρίζων ἅμα καὶ ἐνδελεχῶς ἄχρι ἑσπέρας εἰς τοῦτο καθεζόμενος, φημὶ δὲ εἰς τὸ διὰ γεωμετρίας τινὸς καὶ διὰ σχημάτων περὶ θεοῦ λέγειν τε
pag. 914. καὶ ὁρίζειν, διδάσκων τε καὶ τελῶν. Οἷα δὲ Ἀρειανὸς βαθύτατος, καὶ τὴν Ἀρείου ἔχων μανιώδη διδασκαλίαν, περισσοτέρως τις λυμεὼν γέγονε τούτοις κατατριβόμενος καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀξύνας. Οὗτος δὲ κατηγορεῖται ὑπό τινων καὶ τῷ αὐτῷ Κωνσταντίῳ δηλοῦται, καὶ ὑφίσταται ἐξορίαν ἐν τοῖς τοῦ Ταύρου μέρεσιν· ἐν ᾧ τόπῳ πάντα τὰ τῆς αὐτοῦ κακοδιδασκαλίας ἐπλάτυνε καὶ ἐφώρασεν εἰς μέσον φέρων μετὰ παρρησίας, [2] ἀποτριψάμενος τὸ μέτωπον ἐν ἀναισχυντίᾳ περιττοτέρᾳ, τὰς ἐξεμέσεις τῆς αὐτοῦ κακοδιδασκαλίας ἀπαραλείπτως ὑπέδειξεν. Ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν ἀνόμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ ὑπάρχειν, καὶ οὐ ταὐτὸν εἶναι τῇ θεότητι πρὸς τὸν πατέρα. Καὶ οὐδ' ὅτι ἡμεῖς τῷ ὁμοιώματι ἐπερειδόμεθα. Ὑπὲρ γὰρ τὴν ὁμοίωσιν οἴδαμεν τὸν υἱὸν πρὸς τὸν πατέρα, ὡς ταὐτὸν τῇ θεότητι καὶ ἴσον, καὶ οὐδ' ὅλως ἠλλοιωμένον. Ἔστι γὰρ πολλὰ ἀφωμοιωμένα τῷ θεῷ, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν, ἴσα ὑπάρχοντα τῇ θεότητι, ὡς καὶ ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν τῷ θεῷ πρὸς ἰσότητα. Καὶ ὁμοία ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ἀλλ' οὐ ταὐτὸν τῇ βασιλείᾳ, οὐδ' ὅλως μετέχον τι τῆς αὐτῆς καὶ ὁμοίας ζύμης. Καὶ ὁμοία δέκα παρθένοις, καὶ ἀνδρὶ οἰκοδεσπότῃ, ὡς πρὸς ὁμοίωσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ ταυτότητα. Τοῦ δὲ υἱοῦ ὁμοίου ὄντος τῷ πατρὶ, καὶ ὑπερομοίου, διὰ τὸ ταὐτὸν εἶναι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἴσον πατρὶ, οὐ τὸ ὅμοιον συνιστᾶν ἡμῖν μόνον ἐπιμελὲς πεφιλοτίμηται, ἀλλὰ ταὐτὸν καὶ ἴσον, ὡς θεὸν ἐκ θεοῦ, καὶ υἱὸν ἐκ πατρὸς, καὶ οὐκ ἀλλοῖον τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἐξ ἁγίου πνεύματος. Τούτῳ δὲ τῷ γεννάδᾳ Ἀετίῳ οὐδὲ τὸ ὅμοιον πρὸς πατέρα

5. *Fortasse* οὕτω *vel* τούτῳ. *Cf. haer.* 58, 1. πολλάκις καὶ ξένους — ταύτῃ διέθεντο τῇ διαγωγῇ.

6. *Verba* ἡ περὶ τ. μ. γ. ὑπόθεσις *uncinis inclusit Petavius.*

Cap. II. — 1. καὶ κατὰ *codd. mss. uterque.* ὁ κατὰ *editi.*

odium iampridem foverent, eiusmodi illum genere mortis affecerunt. Quem ad eius casum commemorandum, et atrocissimum illud supplicium, quo statim atque audita Constantii mors est, ab Alexandrinis interemptus est, nulla alia occasione sum deductus quam quod de Aëtio disputandum nobis esset, qui ab illo diaconus est ordinatus.

Hic igitur Aëtius ad adultam aetatem usque exterarum disciplinarum, uti narrant, fuit omnino rudis. Tandem vero cum Alexandriae Aristotelico cuidam philosopho ac sophistae navasset operam, ab eoque dialecticam didicisset, totus in illud incubuit, ut divinarum rerum rationem omnem quibusdam figuris explicaret. Id quod summo in otio a prima luce ad vesperam usque sedens pertinaci opera contendebat; nimirum ut geometricas figuras divinas ad res tractandas, definiendas docendasque transferret. Atque ut sese in Arianorum sectam altius immerserat, et insanam Arii doctrinam hauserat, illorum velut affrictu quodam attrituque longe pestilentior evasit, et adversus dei filium, ac spiritum sanctum linguam suam in dies exacuit. Sed a nonnullis ad Constantium delatus in subiectam Tauro monti regionem relegatur. Ibi perniciosam suam doctrinam longe lateque propagavit, ac palam et audacter perfrictiorique quam antea fronte acerbissimum erroris illius quem evomuerat virus in medium sine ulla intermissione protulit. Ausus est enim dissimilem patri filium, nec eundem divinitate esse cum illo profiteri. Atqui ne nos quidem similitudine ipsa magnopere nitimur. Quippe qui in filio, si cum patre conferatur, similitudine quiddam amplius agnoscimus, eo quod idem divinitate sit et aequalis, nec ullo modo diversus. Ceterum etsi pleraque assimilari deo dicantur, non tamen, si de aequalitate loquamur, eadem cum divinitate sunt. Sic enim homo *ad imaginem dei similitudinemque factus*, non idem cum illo aequalitate est. Sic *regnum coelorum grano sinapis simile* est, non tamen granum illud idem est cum regno, nec eiusdem cum illo naturae particeps est. Idem praeterea regnum modo *fermenti simile*, modo *decem virginum*, modo *patrisfamilias* asseritur. Quod quidem de similitudine, non eadem substantia par est accipi. Filius autem cum et patri similis sit, et plus quam similis, quod idem aequalisque sit, non solam in eo similitudinem comprobare omni ope studemus, sed eundem aequalemque monstrare, perinde ac deum de deo, et ex patre filium, nec ab eius substantia diversum, sed ab ipso genitum, quod ipsum de spiritu sancto non minus affirmamus. At egregius ille Aëtius ne similem quidem patri filium pronuntiare

Cap. II. — Gen. 1, 26. — Matth. 13, 31. — Matth. 25, 1. et 20, 1.

2. *Suspicor reponendum esse ἀποτριψάμενός τε τὸ μ.*

τὸν υἱὸν ἀξιοῦν ἔδοξεν. Οὐ τῷ ὁμοίῳ δὲ αὐτοὶ ἐπερειδόμενοι μόνον τὴν σύστασιν τῆς πίστεως καὶ τὸ γεραίρειν τὴν τριάδα ἀληθῶς ἐνιστάμενοι ὁμολογοῦμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἄργυρος κασσιτέρῳ ὁμοιοῦται, καὶ χρυσὸς χαλκῷ, καὶ μόλιβδος σιδήρῳ, καὶ λίθοι τίμιοι ἐξομοιοῦνται ὑέλῳ, καὶ οὐ τὸ ὅμοιον τὴν φύσιν δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ ἀπείκασμα.

Κεφ. γ΄. Ἐνταῦθα δὲ ἡμεῖς καὶ περὶ τῆς γραφῆς ὁμολογούσης τὸν υἱὸν εἰκόνα θεοῦ τοῦ ἀοράτου ὑπάρχειν τὴν δύναμιν τῆς θείας γραφῆς ἐκ
pag. 915. θείας δωρεᾶς ἠκριβωκότες, τῆς φησάσης Φαρισαίοις, Οὐκ οἴδατε τὰς γραφὰς, οὐδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ, ἐπιστάμεθα οὖν διττὴν οὖσαν ταύτην τὴν σχέσιν· τὴν ἀπόχρησιν δὲ ὡς ἀπὸ ἀνθρώπου λαμβάνοντες πρὸς παράστασιν φράσεως δηλοῦμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἀνθρώπου εἰκὼν λέγεται, καὶ οὐχ ὁμοία. Ἡ μὲν γάρ ἐστι διὰ χρωμάτων ἀπεικαζομένη, ἡ δὲ διὰ τῆς γεννητικῆς ὁμοουσιότητος, ὡς τοῦ γεννωμένου υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα χαρακτηρίζοντος τὸ γένος· ἀπεικονίσματος δὲ λοιπὸν εὑρισκομένου, ταυτότητός τε καὶ ὁμοουσιότητος καὶ ἐκτυπώματος. Καὶ ἔστιν ἡμῖν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, ταὐτὸν μὲν τῇ τοῦ πατρὸς θεότητι καὶ ἀξίᾳ, καὶ ἴσος διὰ τῆς ἀληθινῆς εἰκόνος καὶ ὁμοιώσεως οὐ παρηλλαγμένης, [1] ἀλλ' ἀπαραλλάκτου, ὡς υἱὸς ἐκ πατρὸς ἀληθινῶς καὶ ὁμοουσίως γεγεννημένος. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τὸ ἐκ πατρὸς ἐξελθεῖν, εἰ καὶ οὐ γεγέννηται, διὰ τὸ τοῦ υἱοῦ μονογενές. Οὗτος δὲ ὁ Ἀέτιος περισσοτέρως βουληθεὶς ἀντιστῆναι τῇ τῆς ἀληθείας ὁμολογίᾳ οὐδὲ τὸ ὅμοιον υἱοῦ πρὸς πατέρα πειρᾶται ὁμολογεῖν· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τῶν Ἀρειανῶν, [2] τῶν ἀπὸ Λουκιανοῦ τε καὶ Ὠριγένους, λαβόντες τὴν πρόφασιν, γεγονότες ἅμα [3] Ἀστερίῳ τινὶ ἀπὸ σοφιστῶν ὄντι, ἐκπεσόντι δὲ ἐν τῷ διωγμῷ τῷ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ γεγονότι. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτὸν, ὡς ἐν ταῖς ἄνω μοι αἱρέσεσι δεδήλωται ὅτι κτίσμα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἕκαστος τῶν προειρημένων ὡρίσατο, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα κτίσματος ἐδίδαξαν, τινὲς δὲ ἔλεγον ὅμοιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, εἰ καὶ κτίσμα αὐτὸν ὡρίσαντο. Οὗτος δὲ τὸ πᾶν τῆς ἐκείνων μὲν εἰρωνείας, ἰδίας δὲ ἀσεβείας ἀπεκάλυψε τηλαυγῶς τὸ τοῦ δόγματος πρὸς τὸν κύριον ἀπηνές τε καὶ ἀναίσχυντον. Καὶ ὡς μὲν ἔχει ἡ ἀλήθεια, δικαιότατα πρὸς τοὺς τὸ κτίσμα παρεισφέροντας ἀποτείνεται ἡ τούτου τοῦ Ἀετίου τε καὶ Ἀνομοίου λεγομένου τοῦ λόγου ἀκριβολογία. Πᾶν γὰρ τὸ κτιστὸν ἀνόμοιον τυγχάνει τῷ κεκτικότι, κἄν τε κατὰ χάριν ἀφομοιοῖτο· καὶ ὁ κτίσας τῷ κεκτισμένῳ ἀνόμοιος [4] ὑπάρχει, εἰ καὶ χρώμασι διαφόροις αὐτὸ κοσμεῖν πειράσοιτο, εἰ μή τι ἂν πρὸς ἀπεικασμὸν καὶ ἀπεικόνισμα κατὰ μίμη-

Cap. III. — 1. ἀλλ' ἀπαραλλάκτου cod. *Ien. et ed. princ.* ἀλλὰ ἀπαραλλάκτου cod. *Rhedig.* ἀλλ' ἀπαράκτου *ed. Petav. vitiose.*

2. τῶν *fortasse delendum est. Cornarius quid cogitaverit nescio. Vertit* Nam alii Ariani a Luciano et Origine accepta occasione, et alii qui conversati sunt cum Asterio sophista qui excidit in persecutione tempore Maximiani fa-

voluit. Quamquam nos non sola similitudine freti constitutum fidei dogma ac trinitatis cultum honoremque suscipientes illud unum profitemur. Nam et argentum stanno simile est, et aurum aeri, et plumbum ferro, et pretiosi lapides vitro, nec similitudo ipsa naturam, sed expressionem atque effigiem demonstrat.

Quod autem ad scripturam attinet, quae filium dei invisibilis Cap. III. imaginem appellat, nos sacrarum literarum vim divino beneficio penitus assecuti, quae sic Pharisaeos compellat: *Nescitis scripturas, neque virtutem dei,* duplicem hanc habitudinem esse novimus. Verumtamen explicandi gratia et abusione quadam ex humano illud more transferimus. Quippe et hominis imago quoque dicitur; neque tamen similis est. Nam altera coloribus duntaxat effigiata, altera eandem ex generatione substantiam obtinet, cum genitus filius quandam generis sui notam ac formam comparatione patris accipiat. Tum in eo vero non effigies modo cernitur, sed et natura eadem et substantia, adeoque vera illius expressio. Igitur unigenitus dei filius idem cum divinitate ac maiestate patris est et aequalis, germana quadam imagine ac similitudine, quae nulla ratione discrepet, tanquam filius a patre reipsa, et cum eadem substantia genitus. Idem porro de spiritu sancto statuere nos oportet, quod a patre procedat, tametsi non generetur; id quod unigeniti filii ratio minime patitur. Sed Aëtius veritatis professioni vehementius repugnare studens ne filii quidem cum patre similitudinem fateri voluit. In quo ab Arianis ceteris dissentit; qui a Luciano et Origene erroris occasionem nacti sunt, et cum Asterio quodam sophista versati sunt, qui in persecutione Maximiani Christianam fidem eiuravit. Nam cum illorum nonnulli, ut in superioribus haeresibus ostendimus, filium dei creaturam, spiritum vero sanctum creaturae creaturam esse docuerint, alii qui commune illud de creatura tenerent, filium patri similem esse confessi sunt. At Aëtius iste omnem illorum cavillationem cum impietate sua propalam prae se ferens, immane contra dominum et impudentissimum dogma proposuit. Atque, ut ingenue fatear, Aëtii huius, sive Anomoei, subtilis illa ratio illos recta ac merito petit, qui filium dei creaturam esse defendunt. Etenim quicquid creatum est, creatori suo dissimile est; tametsi per gratiam nonnihil assimiletur. Et creator ipse rei a se creatae dissimilis est, quamvis variis eam coloribus perpolire contendat; nisi effigiem quandam et adumbrationem in eo quod expressum est inesse

cta, partim quidem velut in superioribus a me declaratum est, creaturam filium dei unusquisque praedictorum decrevit, et spiritum sanctum creaturam creaturae docuerunt, partim vero dixerunt similem esse filium patri, etiamsi creaturam ipsam esse dicerent.

3. ἀστερίω (*ut etiam in cod. Ien. a m. pr. fuisse videtur*) cod. Rhedig.

4. ὑπάρχῃ *codd. mss. et edit. princ.*

σιν μόνον θεωρίας ἐστὶ τὸ ἐκτυπούμενον. Καὶ ὡς μὲν πρὸς Ἀρειανοὺς τοὺς κτιστὸν νομίζοντας τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα pag. 916. ἴσχυσεν ἂν ὁ τούτου λόγος, ὡς καὶ ὕστερον ὑπ' αὐτῶν τῶν Ἀρειανῶν, φημὶ δὲ τῶν περὶ Εὐδόξιον, καὶ Μηνόφιλον, καὶ ἄλλους, καὶ ἀποσύνακτος γενόμενος διήλεγχεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως τότε, ὅτι, Ὁποίως αὐτοὶ ἔχουσιν, ἐγὼ ἔχω, ὡς καὶ αὐτοὶ πάντες, ἀλλ' ὃ ἐν ἐμοὶ ἀληθές, αὐτοὶ κρυπτάζουσι, καὶ ὃ ἐγὼ τηλαυγῶς ὑποφαίνω, [5] καὶ ὁμολογῶ, οὗτοι πάντες τὰ αὐτὰ λέγουσι, κρυπτάζονται δέ· [6] τοῦ τότε βασιλέως οὐκ ἐναντίως ἔχοντος πρὸς τὴν Ἀρειανὴν δραματουργίαν, ἀλλὰ δῆθεν εὐσεβεῖν νομίζοντος. Τὸ μὲν γὰρ κτίσμα ὁμολογεῖν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ παραιτούμενος ἠγανάκτει, καὶ εἰς ὑπερορισμὸν κατέταξεν, ὡς ἄνω προδεδήλωται.

Κεφ. δ'. Ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῆς αἱρέσεως γεγένηται, καὶ ἀπὸ τῆς μιᾶς ὑποθέσεως εἰς πολλὴν κακῶν φορὰν ἀρθεὶς ὁ ἀνὴρ τὴν διάνοιαν [1] δεινῶς κατέτρωσεν ἑαυτοῦ τὴν ψυχήν, καὶ [2] τῶν αὐτῷ πεισθέντων. Ἐφαντασιάσθη γὰρ οὗτος ὕστερον εἰπεῖν αὐτός τε καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ μεμαθητευμένοι ὅτι, Οὕτως, φησὶ, τὸν θεὸν ἐπίσταμαι τηλαυγέστατα, καὶ τοσοῦτον αὐτὸν ἐπίσταμαι καὶ οἶδα, ὥστε μὴ εἰδέναι ἐμαυτὸν ὡς θεὸν [3] μᾶλλον ἐπίσταμαι. Ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τούτου ἀκηκόαμεν, [4] καθὼς δεινῶς ὁ διάβολος κατ' αὐτοῦ ἐμηχανήσατο, ψυχὰς ἀνθρώπων δελεασθέντων ἀπολέσαι. Καὶ γὰρ οὐκ ἄγεται αὐτοῖς περὶ βίου σεμνότητος, οὐ περὶ νηστειῶν, οὐ περὶ ἐνταλμάτων θεοῦ, οὐ περί τινος ἑτέρου τῶν εἰς ζωὴν ἀνθρώποις ἐκ θεοῦ προστεταγμένων, ἢ μόνον πρόχειρος αὐτοῖς ὁ λόγος δι' ἑνὸς ῥήματος τὸ πᾶν. Ὡς εἴ τις ἀπὸ νηὸς ῥίψας, καὶ τὴν πᾶσαν ἐκβολὴν τοῦ παντὸς [5] φόρτου ποιήσας, κατάσχῃ δὲ ἕν τι τῶν ἐν τῷ πλοίῳ ἐμβεβλημένων, κεράμου τέ φημι, ἤ τινος ἑτέρου, ὡς δύνασθαι δι' ἑνὸς σκεύους τὸν πάντα πόντον [6] διανήξασθαι, καὶ σωτηρίαν ἑαυτῷ προςπορίσασθαι, σφαλέντος δὲ τοῦ τοιούτου, καὶ οὐχ ὡς ὑπελάμβανε περὶ τοῦ μετὰ [7] χεῖρα σκεύους τὸ πέρας εὑρόντος, ὕστερον ὑποβρυχίου γεγονότος, ἐκπεσεῖν τῆς πάσης πραγματείας τε καὶ σωτηρίας· οὕτω καὶ οὗτος ὁ Ἀέτιος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ Ἀνόμοιοι, εἰς μέσον φέροντες τὸ ῥητὸν τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρημένον τὴν μὲν λέξιν ὑφηγοῦνται, τὴν δὲ αὐτῆς δύναμιν οὐκ ὀρθῶς κατέχοντες σφάλλεται καὶ σφάλλονται. Ὅταν γὰρ pag. 917. αὐτοῖς περιτύχοιέ τις, καὶ περὶ ἐντολῶν ὑπομνήσειε, τοῦτο φάσκουσιν ὡς [8] ἔφη τὸ ῥητὸν, ὅτι, Οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ὃ ζητεῖ θεὸς παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα γινώσκωμεν αὐτὸν μόνον, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ἔφη, φησὶ, ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, Δὸς αὐτοῖς, πάτερ, ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς ζωήν· αὕτη δέ ἐστιν ἡ ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέ-

5. καὶ particulam non agnoscunt codd. mss. Ien. Rhedig. Scribendum suspicor ὃ ὁμολογῶ.

6. Petavius putabat Ἀλλὰ τοῦ τότε κτλ.

Cap. IV. — 1. δεινὸς cod. Rhedig.

2. Libri vulgo τῶν αὐτῶν αὐτῷ πεισθέντων. Scribendum fortasse αὐτῶν τῶν αὐτῷ πεισθέντων.

dicamus, quae ad contemplationis imitationem pertinet. Quare adversus Arianos, qui dei filium creatum esse putant, illius procedebat ratio. Unde postea, cum ab Arianis ipsis hoc est Eudoxio et Menophilo, ac reliquis, communione privatus esset, eosdem coram imperatore redarguit, asserens idem se profiteri ac sentire cum illis omnibus. Verum, inquiebat, quod penes me verum est, isti dissimulant, et quod ego prae me fero, ac palam confiteor, illi omnes non diffitentur, sed fraudulenter obtegunt. Etenim qui tum imperabat, ab Ariana illa tragoedia nequaquam abhorrebat, sed in ea tuenda pietatem ac religionem inesse sibi persuaserat. Idemque filium creaturam esse dici molestius ferebat, proindeque Aëtium in exilium relegari iussit, ut antea narravimus.

Hinc novae haeresis primordia conflata sunt, atque ex hoc uno Cap. IV.
argumento multiplicem ad malorum segetem haeretici hominis sublatus animus tam sibi quam suis gravissimam plagam inflixit. Qui quidem omnes tantam ad caecitatem insolentiamque provecti sunt ut illud vulgo iactarent, Tam perspicue deum novi, ac tantam illius notitiam sum consecutus, ut ne meipsum quidem melius quam deum noverim. Sunt et alia quamplurima quae de eodem accepimus, quemadmodum per illum diabolus maiorem in modum id egerit ut captatas hominum animas in exitium traheret. Etenim nulla apud illos cura sanctitatis est, aut ieiuniorum, aut mandatorum dei, ceterarumve rerum quae hominibus divino mandato praescriptae sunt. Atque ad omnia unum in promptu verbum illis est. In quo perinde illis accedit ac naviganti alicui, qui eiectione mercium omnium facta quidpiam eorum quae in navem imposita sunt retinuerit, puta fictile aliquod vas, aut alterius generis, cuius praesidio totum mare nando traiicere, ac salutem comparare sibi possit: qui si aliquo fortasse casu exciderit, neque ex illo vase quem sperabat exitum consequi potuerit, tum vero fluctibus haustus totum hoc negotium cum salute pessumdabit. Sic Aëtius eiusque sectatores Anomoei quod in evangelio dictum a domino legitur afferentes in medium, verbis quidem ipsis utuntur, sed eorum vim cum recte non intelligant, utrique vehementer aberrant. Cum enim occurrens iis aliquis divinorum praeceptorum mentionem iniicit, ex illius auctoritate dicti subiiciunt, nihil aliud a nobis flagitare deum quam ut cognoscamus ipsum, quemadmodum Christus declaravit his verbis: *Da ipsis, pater! ha-* Ioann. 17,3.
bere in seipsis vitam: haec est autem vita, ut cognoscant te solum ve-

3. μᾶλλον *uncinis inclusit Petavius.*
4. *Fortasse* καὶ ὡς δεινῶς.
5. φόρου τοῦ ποιήσας *codd. mss.*
6. νήξασθαι *cod. Rhedig.*
7. *Fortasse* χεῖρας. *Quemadmodum* μετὰ χεῖρας λαμβάνειν *dixit in haer.* υϛ.
8. *Suspicor* ἔφην.

στειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἀκηκόαμεν γάρ καί τινων λεγόντων, ὡς παρ' αὐτοῦ ἐναργῶς ἀκηκόασιν, ὥς τινες κατηγοροῦντο ἐπὶ ἀτοπήματι γυναικὸς [9] ἁλόντες καὶ κατεγινώσκοντο ὑπ' αὐτῶν. Ὁ δὲ οὐδὲ περὶ τούτων χαλεπῶς ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ μάτην ἐχλεύαζε, φάσκων μηδὲν εἶναι τὸ τοιοῦτον. Σωματικὴ γάρ ἐστιν ἡ χρεία καὶ ἡ ὑπηρεσία, ὥςπερ γὰρ, φησὶ, περὶ τὸ οὖς κνηθόμεθα (καὶ αὐτὸς μὲν αἰδοῦμαι λέγειν ὅσαπερ ἐκεῖνος ἀκάθαρτος διηγήσατο), λαβόντες [10] δὲ, φησὶ, πτερὸν, ἢ κάρφος, τὸ οὖς κνηθόμεθα, καὶ οὕτω παυόμεθα τῆς περὶ τὴν ἀκοὴν κνησμονῆς, οὕτω καὶ τοῦτο, φησὶ, συμβαίνει κατὰ φύσιν, καὶ εἴ τις ἐπιτελέσειεν, οὐχ ἁμαρτάνει.

Κεφ. ε'. Καὶ ὅσα τοιαῦτα ὁ ἀνὴρ διηγούμενος, ὑδαρῶς τὰ πάντα καὶ κακῶς, ἐδίδασκεν, ἵνα ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ὀφθῇ τί μὲν οὗτός ἐστιν, οἱ δὲ τοῦ κυρίου λόγοι σαφῶς ἡμῖν καταυγάσωσιν, ὡς ἔλεγε, Προςέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς· μή τι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλάς; ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα; Οὕτω καὶ ἡ τούτου κατὰ πάντα τῆς ἀνοησίας τόλμα ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν διελέγχεται, ὡς μὲν κατὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ἀνέτεινε τὸ στόμα ἀθυρογλωττῶν, εἰς τὸν ἑαυτοῦ κύριον βλασφημεῖν μὴ αἰσχυνόμενος, ἵνα καὶ ἐκ τῶν καρπῶν τῆς αὐτοῦ ἀκολασίας καὶ ὑδαρότητος οἱ συνετοὶ δοκιμάσαντες μὴ δρέψωνται τῶν [1] αὐτοῦ καρπῶν. Οὐ γὰρ δύναται ἐξ ἀκανθῶν σταφυλὴ τρυγᾶσθαι, ἵνα καὶ ἀπὸ τῆς κακοδιδασκαλίας ἡ σεμνότης ὀφθείη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τὸν ἄνδρα γεγονότα ἀκηκόαμεν, καὶ συμβεβηκότα. [2] Διὰ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀκόλουθα εἰς μανίαν ἄρσεως κατὰ τοῦ κυρίου τολμηθείσης, ὡς ἔφην, πολλὰ μέν ἐστιν, ὀλίγα δὲ ἀπὸ τῶν πλειόνων παραθήσομαι. Πρὸς αὐτὰ δὲ ἃ ὁ κύριος δίδωσι πρὸς ἀνατροπὴν καὶ αὐτοὶ λέξομεν. Καὶ ἔστιν ἡ τούτου τοῦ Ἀνομοίου τῆς πίστεως ἐρεσχελία
pag. 918. καὶ τῶν λόγων ἀπεικασμοὶ οὗτοι, ἐκ γραφῶν μὲν λεγόμενοι, οὐχ οὕτως δὲ κατὰ τὸν νοῦν ἔχοντες, ἀλλὰ ἄλλως τὴν δύναμιν ἔχοντες, ἀπ' αὐτοῦ δὲ οὕτως λαμβανόμενοι.

Κεφ. ς'. Φάσκει δὲ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ὅτι, Οὐ δύναται τὸ ἀγέννητον ὅμοιον εἶναι τῷ γεννητῷ· καὶ γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα διαλλάττει· τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητόν. Τὸ δὲ πᾶν ἐστιν ἠλίθιον, καὶ εἰς μανίαν τρέψαν τὸν ἄνδρα. Εἰ γὰρ ζητήσομεν τῷ ἀγεννήτῳ γεννήτορα, ἵνα μὴ τὴν περὶ Χριστοῦ δόξαν ἀληθῆ ἀπολέσωμεν, εὑρεθήσεται οὐκέτι εἷς ὁ πατὴρ, οὐδὲ πατὴρ πατρὸς, ἀλλὰ ἄπειροι οἱ πατέρες πατέρων

9. ἁλόντες *scripsi ex coniectura Petavii pro* ᾄδοντες *quod vulgo extat.*
10. γὰρ *cod. Rhedig.*

Cap. V. — 1. αὐτοῦ *restitui ex codd. mss. uterque. Vulgo legitur* αὐτῶν.
2. *Cornarius vertit* At per doctrinam

rum deum, et quem misisti Iesum Christum. Nam et nonnullos referentes audivimus quod de illo se palam audisse testificarentur. Cum quidam ob stuprum feminae illatum accusarentur, et ab aliis damnarentur, nihil illum commotum, sed factum illud risu ac ludibrio prosequentem dixisse, nullius hoc esse momenti; corporis enim hanc esse necessitatem ac functionem, quemadmodum aurem nonnunquam scalpimus (quamquam ea recensere non sine rubore possumus quae impurus ille iactabat). Sed ut, inquiebat, pinnula, vel festuca aurem scalpimus, atque hoc modo pruritus desinit, sic et id naturaliter nobis evenit, neque quisquam ea re facienda peccat.

Haec et alia tum eiusmodi narrabat, ac dissolute et nequiter docebat; ut vel ex ipsis factis cuiusmodi fuerit ille constet, nosque ipsi domini verbis, velut luce quadam, collustremur, qui sic admonet: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos: numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?* Sic igitur stolidissima illius in omnibus audacia hinc et illinc redarguitur, utpote qui contra dominum ipsum effrenatum os attollere non dubitavit, in eumque sine ullo pudore maledicta coniecit, ut ex ipsis petulantiae ac dissolutae libidinis fructibus prudentiores quique periculum illius facientes ab iisdem illis colligendis abstineant. Neque enim e spinis uva demeti potest, ut ex depravata doctrina sanctitas oriatur. Verum haec de homine illo ab aliis accepta didicimus. In illius porro dogmatibus cum multa sint furiosae adversus dominum eius insolentiae consentanea, pauca hoc loco de multis proferam, unaque ad eo refutanda dicam quae dominus dicenda concesserit. Sane quidem eiusmodi est Anomoei illius in stabiliendo dogmate calumnia, nihil ut aliud praeter sententiarum umbras ac similitudines consectetur; quae tametsi ex scripturis ipsis afferantur, longe tamen alium sensum continent; ut cum aliam omnino vim et potestatem habeant, ab illo tamen contrariam ad mentem detorqueantur.

(Margin: Cap. V. — Matth. 7, 25.)

Ergo ita statim initio disputat: Non posse geniti simile esse quod non est genitum, cum vel appellatione ipsa dissideant, eo quod unum ingenitum est, alterum genitum. Verum totum illud sane quam ineptum est; idque ipsum hominem ad insaniam compulit. Nam si ei quod ingenitum est genitorem quaeramus, ut ne veram de Christo opinionem amittamus, non unum amplius patrem esse reperiemus, neque patris patrem, sed infiniti numero patrum patres

(Margin: Cap. VI.)

ipsius commissa multa sunt, quum elatio animi eius contra dominum ausa usque ad insaniam processerit *cett.*

ζητούμενοι, καὶ οὐκέτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ ὢν ἀεὶ, καὶ πρὸ αὐτοῦ μηδὲν ἐσχηκὼς, καὶ ἀεὶ διατελῶν καὶ μένων, ἐξ οὗ ὁ μονογενὴς ἀληθινὸς υἱὸς γεγέννηται καὶ ἔστι, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἔσονται οἱ ζητούμενοι πολλοὶ θεοὶ, καὶ λοιπὸν τὰ πάντα ἀπάτη ἔσται, καὶ οὐκ ἀλήθεια. Δεῖ δὲ καὶ, ὡς ἔστιν, ἕνα εἰδέναι Θεὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μία θεότης, εἷς Θεὸς, εἷς κύριος, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐ [1] συναλιφή τις ὢν ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, οὐδὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα, [2] ἀλλὰ ὁ πατὴρ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα, τρία τέλεια, μία θεότης, εἷς Θεὸς, εἷς κύριος, ὡς καὶ πολλάκις ἐν πάσαις αἱρέσεσιν οὕτω τὴν περὶ Θεοῦ ἀπεδώκαμεν δοξολογίαν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ οὐκ ἔνι ὑπολαβεῖν ἕτερον παρὰ τὸν ὄντα, θαυμαστῶς καὶ ἀγέννητός ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ἄκτιστος, καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς οὐκ ἀνόμοιος αὐτῷ κατὰ πάντα τρόπον τυγχάνει, ἀλλὰ ταὐτὸν τῷ πατρὶ καὶ ἴσος κατὰ πᾶσαν ἀξίαν, κἄν τε ὁ μὲν γεγέννηται, ὁ δὲ ἀγέννητός ἐστιν. Εἰ μὲν γὰρ ὅλως γεγέννηκεν ἐξ αὐτοῦ τὸν υἱὸν, ἀδύνατον μὴ εἶναι ἴσον τῷ πατρὶ καὶ ὅμοιον. Πᾶν γὰρ τὸ γεννῶν ὅμοιον ἑαυτῷ γεννᾷ, καὶ οὐ μόνον ὅμοιον, ἀλλ' ἴσον τῇ ταυτότητι. Ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ, καὶ θεὸς θεόν. Καὶ ὁ [3] μὲν ἄνθρωπος ἐκ σωμάτων συμπλοκῆς, ὁ δὲ Θεὸς ἀνεκδιηγήτως μόνος μονογενῆ γεγέννηκε, καὶ οὐ κατά τινα [4] ῥύσιν, [5] οὐδὲ συστολὴν, οὐδὲ πλατυσμόν. pag. 919. Ἀλλὰ πνεῦμα ὢν ὁ πατὴρ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως τὸν υἱὸν ἐγέννησεν ὅμοιον αὐτῷ κατὰ πάντα καὶ ἴσον, ὡς λέγει τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, ὅτι, Ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλ' ὅτι καὶ υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ. Πῶς γὰρ οὐχ ὅμοιος τῷ πατρὶ καὶ ἴσος κατὰ πάντα, ὁ ἐν αὐτῷ ἔχων τὸ ζῆν, καὶ λέγων, Ὥςπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἐγείρει τοὺς νεκρούς; καὶ λέγων, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα. Οὐ δύναται [6] διηλλαγμένος εἶναι ὁ δι' ἑαυτοῦ τὸν πατέρα σημαίνων, καὶ ὁ λέγων ὅτι, Ὁ γινώσκων ἐμὲ γινώσκει τὸν πατέρα, καὶ, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, ὡς αὐτοῦ οὐκ ἄλλου ὄντος παρὰ τὸν πατέρα, ὡς καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς σημαίνει, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἦν ὁ υἱὸς ὅμοιος τῷ πατρὶ, πῶς λοιπὸν ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐγένετο; οὐ γὰρ εἶπεν ὁ πατὴρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμὴν, ἢ Κατ' εἰκόνα σὴν, ἀλλὰ Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κατὰ

Cap. VI. — 1. *Ita libri scripti et ed. princ.* συναλοιφὴ *edit. Petav.*
2. ἀλλὰ *scripti*, ἀλλ' *editi libri.*
3. μὲν γὰρ ἄνθρωπος *ed. Petav. Colon. repet.*
4. *Scripsi* ῥύσιν, *quod voluisse post Cornarium (qui vertit* defluxionem) *etiam*

existent, ac non iam unus deus erit, qui semper fuit, quique prius se nihil habuit, ac perpetuo manet, a quo unicus verusque filius genitus est et existit, ab eodemque productus est sanctus ipsius spiritus: sed qui quaerentur complures erunt dii, itaque ad fallaciam relabentur omnia, et a veritate penitus aberrabunt. Quamobrem unus nobis, ut revera est, intelligendus est deus, *pater domini no-* 2. Cor. 1, 3.
stri Iesu Christi, ex quo spiritus sanctus est, *qui a patre procedit* Ioann. 15, 26.
et a filio accipit. Haec est una divinitas, unus deus, unus dominus, pater, et filius, et spiritus sanctus. In quo nulla est filii cum patre spiritusve sancti confusio, sed et pater pater est, et filius filius, et spiritus sanctus spiritus sanctus, perfecta tria, una divinitas, unus deus, unus dominus, quemadmodum saepe in haeresibus refutandis divinum numen praedicandum celebrandumque docuimus. Qua re cum et unus deus sit, nec alium praeter hunc animo concipere possimus, admirabili tamen ratione et ingenitus atque increatus pater est, et unicus dei filius ab ipso genitus nulla ratione dissimilis illius est, sed idem cum patre, et aequali in omnibus dignitate gaudens, tametsi genitus iste, ille vero sit ingenitus. Etenim si filium omnino genuit, fieri non potest ut non patri aequalis sit ac similis. Quicquid enim gignit, simile sibi gignit: neque simile tantum, sed idem atque aequale prorsus. Exempli gratia hominem homo gignit, et deus deum; ille copulatione corporum, hic inexplicabili quodam modo unus unicum filium genuit, sine ullo profluvio, vel contractione vel dilatatione. Pater enim cum sit spiritus, ex seipso nullo vel initio, vel tempore filium genuit, sibi in omnibus similem et aequalem ut ex evangelii auctoritate constat.
Quaerebant, inquit, *illum interficere Iudaei, quia non modo solvebat* Ioann. 5, 18.
sabbatum, sed etiam filium dei seipsum dicebat, aequalem se faciens deo. Et vero quomodo non in omnibus patri similis est et aequalis,
qui in seipso vitam habet, atque ita loquitur: *Quemadmodum pater* Ioann. 5, 21.
suscitat mortuos, ita et filius suscitat mortuos? deinde: *Qui videt me,* Ioann. 14, 9.
videt et patrem. Non potest is esse diversus qui per sese patrem significat. Tum qui ista dicit: *Qui cognoscit me cognoscit et patrem:* et: *qui videt me videt et patrem.* Tanquam non alius ipsemet a pa-
tre sit, id quod tam pater quam filius indicat his verbis: *Faciamus* Gen. 1, 26.
hominem ad imaginem nostram, et ad similitudinem. Atqui nisi filius patri similis esset, quinam ad imaginem et similitudinem esset homo factus? Non enim dixit pater, Faciamus hominem ad imaginem meam, aut Ad imaginem tuam, sed *Ad imaginem nostram.*

Petavius videtur, quamquam vulgatam retinuit scripturam ῥῆσιν.
5. καὶ *cod. Rhedig.*
6. διηλλαγμένως *codd. scripti et edit. princ.*

ἡμετέραν λέγειν τὸ ἴσον τοῦ πατρὸς ἐν τῷ υἱῷ ἀπέδειξε, καὶ τὸ ὅμοιον, οὐ μόνον, ἀλλὰ [7] καὶ ταὐτὸν ἐν ἅπασι, καὶ μὴ παρηλλαγμένον.

Κεφ. ζ. Πῶς δὲ δύναται μὴ εἶναι ἴσος, καὶ μὴ ὅμοιος, ὡς καὶ ἤδη εἰπὼν, Ὁ λέγων ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί; Οὐ μόνον γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πνεύματι ἁγίῳ προφητεύων Ἡσαΐας ἔγνω τὸν υἱὸν ἐν τῷ πατρὶ καὶ μὴ ἀλλότριον τοῦ πατρὸς, μηδὲ παρηλλαγμένον, ὡς ἔχει τὸ ῥητὸν ὃ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν, ἀπὸ μὲν τοῦ Ἑβραΐκοῦ οὕτως, [1] Φθόου σααρεὶμ, οὐΐαβωτῶν σαδὶκ, σωμὴρ ἐμμουνείω, [2] ἰεσροσμοὼχ, θεσὰρ [3] σαλὼμ σαλὼμ, χιβὰκ βατόου, βετοὺβ βαλδωναΐ ἀδδὼθ, [4] χιβαΐὰ ἀδωναΐ σωδωλεμείμ. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑρμηνείας Ἀκύλα οὕτως· Ἀνοίξατε πύλας, εἰςελθέτω ἔθνος δίκαιον, φυλάττον πίστιν, πλάσμα ἐστηριγμένον, φύλαξις εἰρήνης, ὅτι ἐπ' αὐτῷ πεποίθασι, πεποίθατε ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἕως αἰῶνος, ὅτι ἐν τῷ κυρίῳ κύριος ὁ στερεώσας τοὺς αἰῶνας. Παρὰ δὲ τοῖς ο' οὕτως· Ἀνοίξατε πύλας, εἰςελθέτω φυλάσσων ἀλήθειαν, καὶ ἀντιλαμβανόμενος
pag. 920. ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, κύριε, ἕως τοῦ αἰῶνος, ὁ θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος. Παρατηρείσθω δὲ ὁ ἀναγινώσκων ὡς [5] ἀντὶ τοῦ Κύριος, καὶ τὸ, Ὁ μέγας, ἀντὶ τοῦ, Ἐν κυρίῳ κεῖται, παρὰ τοῖς ο'. Καὶ πόσα [6] ἔστι περὶ τούτου λέγειν; Δέδια δὲ μή πως εἰς ὄγκον πολὺν ἐλάσω [7] τὴν περὶ τούτων τῶν λόγων πραγματείαν. Πάντα γὰρ σαφῆ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τοῖς βουλομένοις εὐσεβεῖ λογισμῷ προσέρχεσθαι τῷ θείῳ λόγῳ, καὶ μὴ [8] διαβολικὴν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτοῖς ἐγκισσήσαντας ἑαυτοὺς καταστρέφειν εἰς τὰ βάραθρα τοῦ θανάτου, ὡς οὗτος ὁ ἐλεεινὸς καὶ οἱ αὐτῷ πεισθέντες ἄνθρωποι κατὰ τῆς ἀληθείας ἐστρατεύσαντο ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτῶν γεγονότας βλασφήμους εἰς θεὸν καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν. Καὶ ὅτι μὲν οὐ δύναται ἀνόμοιος εἶναι ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, ἀλλ' οὐδὲ [9] τούτῳ ἐπερειδόμενοι ταῦτα ἔφημεν. Ἔστι γὰρ οὐ μόνον ὅμοιος, ἀλλὰ καὶ ἴσος, ταὐτὸν τῇ θεότητι, ταὐτὸν τῇ ἀϊδιότητι καὶ δυνάμει. Καὶ οὐ λέγομεν ταὐτοούσιον, ἵνα μὴ ἡ λέξις παρά τισι [10] λεγομένη Σαβελλίῳ ἀπεικασθῇ. Ταὐτὸν δὲ λέγομεν τῇ θεότητι καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ δυνάμει, κατὰ πάντα ἴσον τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι. Ὁμοούσιον δέ φαμεν, ὡς ἔχει ἡ ἁγία πίστις, ἵνα ἀπὸ τοῦ [11] ὁμο- σαφῶς σημανθῇ

7. κἀὐτὸν cod. *Rhedig.*
Cap. VII. — 1. *De horum verborum emendatione et interpretatione vide Petavii Animadvv. ad h. l.*
2. ἱεροσμοὼχ *cod. Rhedig.*
3. σαλὼς *cod. Rhedig.*
4. χιβαΐα *editi.*
5. *Verba* ἀντὶ τοῦ *uncinis notasse Petavius sat habuit. Ego cum Cornario, qui vertit* Observet autem lector, quod pro Dominus, Deus, et Magnus pro In domino apud Septuaginta habetur, *restituendum puto* ὡς ἀντὶ τοῦ Κύριος, Θεὸς, καὶ *cett.*
6. περὶ *omissum est in ed. Petav. Colon. repet.*
7. τὴν, *quod ab editis abest, reposui ex auctoritate codd. mss. utriusque.*

Porro, *Nostram*, cum dixit, aequalitatem cum patre filii, similitudinemque declarat, nec eam solum, sed idem ipsum in omnibus, nec discrepantem esse significat.

Quomodo vero non aequalis aut similis esse potest, qui, ut Cap. VII. iam dixi, sic loquitur: *Ego in patre et pater in me est?* Quod non Ioann. 14, 9. modo in evangelio ipse dixit, sed et Esaias ex sancti spiritus afflatu Esai. 26, 2. vaticinans filium in patre esse cognovit, nec ab eodem alienum aut diversum, idque illius verba demonstrant. Quae sic in Hebraeo concepta sunt: Pthoou sarin, viaboton sadich, somer emmunio, iesrosmooch, thesar salom salom, chibac batoïi, betub baldonai addoth, chibaïa Adonai sodolemim. Quae sic Aquila reddit: *Aperite portas, ingrediatur gens iusta, custodiens fidem, opificium firmatum, custodia pacis, quoniam in ipso confidunt: confidite domino in saeculum, quoniam in domino dominus, qui firmavit saecula.* Septuaginta vero: *Aperite portas, ingrediatur custodiens veritatem, et apprehendens veritatem, et custodiens pacem; quoniam in te speraverunt, domine, usque in saeculum, deus magnus, aeternus.* Quo in loco animadvertat lector apud Septuaginta *Dominus et Magnus* scriptum esse pro eo quod est *In domino.* Quam multa eadem de re praeterea dici possunt? Sed vereor ne longius disputando progrediar. Quippe omnia sacris in literis perspicua sunt, si quis pia mente ad divini verbi cognitionem accesserit, neque diaboli impulsu in seipso concepto in altissimam mortis voraginem praecipitem sese commiserit. Quemadmodum infelix iste cum sectatoribus suis facere instituit, qui supra omnes, quotquot ante ipsos contumeliosi in deum eiusque fidem extiterunt, ad oppugnandam veritatem aggressi sunt. Maneat igitur dissimilem patris esse non posse filium; neque tamen in eo admodum acquiescimus. Nam non solum similis, sed et aequalis est, idemque divinitate, aeternitate, virtute. Nam illum ταὐτοούσιον non appellamus, hoc est eandem cum patre substantiam, ne vox ista a nonnullis usurpata Sabellianum ad dogma trahatur. Sed eundem divinitate et substantia et virtute praedicamus patri ac spiritui sancto in omnibus aequalem. Quare ὁμοούσιον, id est consubstantialem vocamus ex sacrosanctae fidei praescripto, ut particula ὁμοῦ perfectas esse personas significet, quandoquidem filius

8. διαβολικὴν *scripsi praeeunte Cornario (qui vertit* diabolicam operationem) *et Petavio.* διαβολὴν *habent editi. In cod. Ien. reperitur breviatura* διαβολλῆ, *in cod. Rhedig.* διαβο^λ γ^τι *In cod. Parisino extat* διαβολὴν καὶ ἐνέργ., *teste Petavio.*

9. τούτῳ *emendavit Petavius. Libri vulgo* τοῦτο.

10. λέγομεν *vitium est edit. Pelav. Colon. repet.*

11. ὁμοῦ *edidit Petavius, libris mss. una cum ed. princ. repugnantibus. Voc.* σαφῶς *abest a cod. Rhedig.*

τὰ τέλεια, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς, τέλειος ἐκ τελείου, τέλειον δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Κεφ. η'. Ἀπὸ μιᾶς καὶ δευτέρας καὶ τρίτης μαρτυρίας οὗτοι φωραθήσονται. Εἰ γὰρ ὅλως ὁμολογεῖται ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένος, ὁμολογηθήσεται εἶναι ἐπάναγκες ὅμοιος τῷ γεγεννηκότι. Δῆλον δὲ ὅτι ἐν λόγῳ μὲν λέγει τὸ γέννημα, κτίσμα δὲ σαφῶς ἔχει τε καὶ πεπίστευκε. Κατὰ χάριν δὲ καλεῖσθαι αὐτὸν υἱὸν, ὡς ἐδοκίμασεν ὁ [1] ὀριγνώμων τῶν ἐπουρανίων, καὶ μεριστὴς τῶν ἀδιαιρέτων, καὶ γεωμέτρης τῆς ἡμετέρας εἰς Χριστὸν σωτηρίας. Διαπίπτει δὲ ὁ πάντων τούτων λόγος τῶν κτισμάτων αὐτὸν παρεισφερόντων, ὡς καὶ ὁ τούτου πεσεῖται. Λέξω γὰρ πρὸς αὐτὸν δικαιότατα, Λέγε μοι, ὦ οὗτος, τί ἂν λέγοις περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ; κτίσμα αὐτὸν φάσκεις, ἢ γέννημα; εἰ μὲν γὰρ κτίσμα αὐτὸν λέγεις εἶναι, μηκέτι πιθανῶς παράκρυπτε τὴν λύμην, ὀνόματι pag. 921. γέννημα αὐτὸν καλῶν τοῦ πατρός. Πᾶν γὰρ τὸ κτιστὸν οὐ γεννητόν· καὶ εἰ γεννητὸν, οὐ κτιστόν. Ἔασον τοίνυν τὸ μήτε λόγῳ λέγειν γεννητόν· οὐ γὰρ πρέπει σοι ὅλως κἂν ἑνὶ λόγῳ φέρειν τῆς ἀληθείας τὰ ῥήματα ἐπὶ χειλέων. Ἀλλὰ λέγε σου τὸ πᾶν τῆς ἐπιβουλῆς, ἵνα μάθωμεν τίς εἶ, καὶ οὕτως ἀποφύγωμεν ἀπὸ τῆς ἐπιβουλῆς σου, ἀγρευτὰ τῶν ψυχῶν, καὶ ἐπίβουλε τῶν σοι πεποθημένων. Προσκυνεῖς τοίνυν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἢ οὐ προσκυνεῖς; Ναὶ, φησὶ, προσκυνῶ αὐτόν. Θεὸν προσκυνεῖς, ἢ οὐχί; Ναὶ, φησὶ, θεὸν προσκυνῶ. Ποῖος οὖν θεὸς ἔσται κτιστὸς παρά σοι λεγόμενος καὶ προσκυνούμενος; εἰ μὲν γὰρ τὸν ἕνα ἔκτισεν ὁ προσκυνητὸς θεὸς, καὶ τοῦτον εὐδόκησε προσκυνεῖσθαι, τὰ δ' ἄλλα πάντα αὐτὸς ὁ κτίσας οὐ βούλεται προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ αἰτιᾶται τοὺς προσκυνοῦντας τὴν κτίσιν, διὰ νόμου διδάσκων, Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ πᾶν ὁμοίωμα, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐν τοῖς ὕδασι. Καὶ ὁ ἀπόστολός φησι, Ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Πῶς τοίνυν περὶ πάντων κελεύει μὴ προσκυνεῖσθαι; [2] Ἆρα οὖν προσωποληψία ἐστὶ παρὰ θεῷ; Μὴ γένοιτο. Ἐν τῷ γὰρ τὸν ἕνα προσκυνεῖσθαι ἔδειξε παντάπασιν ἄλλον ὄντα παρὰ τὴν κτίσιν τὸν προσκυνούμενον, καὶ ἄλλην τὴν προσκυνουμένην κτίσιν παρὰ τὸν προσκυνητὸν κύριον, υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐκ πατρὸς γεγεννημένον. Διὰ γὰρ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεγεννῆσθαι ὅμοιον αὐτῷ καὶ κατ' αὐτὸν υἱὸν, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προσκυνητὸν παρὰ πᾶσι. Δι' αὐτοῦ ἐποίησε τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Ἐν αὐτῷ γὰρ, τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι τῷ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευθέντι, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνοντι, ἐποίησε τὰ πάντα καὶ ἐστερέωσε. Τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις [3] αὐτῶν.

Cap. VIII. — 1. ὀριγνώμων *habent libri. Cornarius* cognitor *vertit.*

2. ἄρα *scripti libri.* ἆρα *editi.*

3. αὐτῶν *codd. mss. uterque. Etiam*

ex patre, perfectus ex perfecto, perfectus itidem spiritus sanctus est.

Quae cum ita sint, duobus tribusve testimoniis illorum detegendus error est. Nam si genitum ab illo filium omnino fateamur, eundem et genitori similem necessario fatebimur. Perspicuum autem est, cum verbo tenus genitum esse dicat filium, reipsa creaturam existimare ac credere, ita ut sola dei gratia filius appelletur; quae est coelestium finitoris illius, et eorum quae dividi non possunt divisoris, et nostrae per Christum salutis mensoris opinio. Verum omnium istorum oratio facile concidet, qui pro creatura illum nobis obtrudunt, atque in primis haeretici huius, quem his verbis merito affari posse mihi videor. Dic mihi, quaeso, quid de filio dei sentias, et utrumnam creaturam an foetum ab eodem genitum arbitrere? Nam si creaturam esse statuas, desine virus illud tuum callida dissimulatione tegere, et a patre genitum illum voce tenus pronuntiare. Etenim quicquid creatum est, genitum esse non potest, et si genitum est, creatum non est. Quamobrem genitum illum verbo nominare desine. Non enim decet te vel ipso sermone veritatis voces exprimere. Quin potius fraudem tuam omnem edissere, ut qui sis cognoscere possimus, ac malitiosum tuum artificium effugere, o captator animarum, eorumque quos diligis insidiose corruptor! Sed illud abs te quaero filium dei adores necne? Adoro, inquit. Age deum adoras, an non? Ego vero, inquit, adoro. Ubi igitur ille deus est, quem tu creatum adorandumque praedicas? Nam si unum duntaxat colendus adoratione deus a se creatum adorari voluit, cetera vero omnia ille ipse qui condidit adorari vetat, et eos damnat qui creatas res adoratione venerantur, cum ita praescribit: *Non facies tibi ullam similitudinem, et adorabis eam, neque in coelo, neque in terra, neque in aquis.* Sed et apostolus, *Servierunt,* inquit, *creaturae potius quam creatori, et stulti facti sunt.* Quaero igitur cur adorari omnia illa prohibeat? Num deus personarum rationem habet? Minime vero. Quare hoc ipso quod unus adorandus est, alium hunc a creatarum rerum conditione esse significat, et creaturam vicissim, quae adorari prohibetur, ab adorando domino deique filio et a patre genito diversam. Quod enim ab ipso genitus est eius similis aequalisque filius, ideo ab omnibus adorandus est. *Per hunc omnia fecit, et sine ipso factum est nihil.* In ipso, inquam, nec non et sancto suo spiritu, qui a se procedit, et de filio accipit, condidit ac firmavit universa. *Verbo enim domini coeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Nam cum

Cap. VIII. — Exod. 20, 4. — Rom. 1, 25. — Ioann. 1, 6. — Psalm. 32, 6.

Cornarius ipsorum *vertit. In editis vulgo est* αὐτοῦ.

῞Οταν γὰρ εἴπῃ ὁ μονογενὴς, ὡς ἄνω μοι εἴρηται, ῞Ινα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, ἀφώρισεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς κτίσεως. Ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος φάσκει, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτοῦ. Καὶ ὁρᾷς μὲν πῶς ἔδειξεν ἕνα θεὸν τὸν πατέρα, ἕνα δὲ κύριον τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημέ-
pag. 922. νον; καὶ οὐκ εἶπεν, Εἷς θεὸς, καὶ εἷς κύριος, σὺν πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγονόσιν, ἀλλ᾽, Εἷς κύριος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Εἰ δὲ εἷς κύριος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐστὶν, οὐκ ἔστιν εἷς ἐκ πάντων, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν ἁπάντων, [4] τῶν κεκτισμένων πάντων κτιστὴς ὑπάρχων.

Κεφ. Θ΄. Τοῦ δὲ υἱοῦ ἐκ πατρὸς γεγεννημένου, καὶ ἐκ πατρὸς τυγχάνοντος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα γεγένηται, ἀνόμοιος τοῖς πᾶσίν ἐστιν, οἷα δὴ κτιστὴς ὢν τῶν ἁπάντων, ἐπειδὴ εἷς καὶ εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ κύριος Ἰησοῦς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, συνενουμένης τῆς ἄνω λέξεως, διὰ τοῦ Εἷς καὶ Εἷς, καὶ διὰ τοῦ Ἐξ οὗ καὶ Δι᾽ οὗ, τὸ μὲν σαφῶς ἐκ πατρὸς τὸν υἱὸν δεδήλωκεν, τὸ δὲ οὐκέτι τὸν υἱὸν ἐκ τῶν λοιπῶν εἶναι θαυμαστῶς ἀπεφήνατο, Δι᾽ οὗ τὰ πάντα φάσκων, ἵνα δείξῃ πατέρα ὄντα, καὶ υἱὸν ὄντα ὑπὸ πατρὸς ὄντος τὸν μονογενῆ κύριον. ῎Ελεγε δὲ ταῦτα ὁ ἀπόστολος πνεύματι ἁγίῳ φερόμενος, διὸ οὐκ ἔσχε χρείαν περὶ πνεύματός τι δηλῶσαι, οὐχ ὡς μὴ συνδοξαζομένου τοῦ πνεύματος πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐδ᾽ ἵνα αὐτὸ ἀπὸ τῶν πάντων σημάνῃ τῶν δι᾽ υἱοῦ κεκτισμένων. ῎Ηρκει γὰρ τὸ συναριθμηθῆναι διὰ τῆς βεβαίας ὁμολογίας τοῦ υἱοῦ πατρὶ καὶ υἱῷ, ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. Φθεγγόμενος γοῦν ὁ ἀπόστολος, μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον φθεγγόμενον ἐν αὐτῷ, οὐκ ἐδήλου περὶ [1] αὐτοῦ. Σαφὴς γὰρ ἦν ἡ περὶ αὐτοῦ γνῶσις, οὐδὲ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀμφιβαλλομένη· ἐταμιεύετο δὲ ἵνα μὴ αὐτοσύστατον εἴη τὸ ἅγιον πνεῦμα, [2] ὃ ὁ ἀπόστολος σὺν πνεύματι ἁγίῳ ἐφέρετο. Καὶ περὶ πατρὸς ἔλεγε καὶ υἱοῦ, ἵνα δειχθῇ ἡ τριὰς ἀεὶ οὖσα, καὶ μηδέποτε διαλείπουσα τοῦ εἶναι. Μὴ θαύμαζε δὲ ἐὰν ἀκούσῃς, Εἷς θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ Εἷς κύριος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. Τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν υἱὸν κύριον οὐ πάντως ἠρνήσατο ὁ ἀπόστολος τὸ εἶναι τὸν κύριον καὶ θεόν· καὶ τῷ εἰπεῖν, Εἷς θεὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, οὐκ ἠρνήσατο τὸ εἶναι τὸν θεὸν καὶ κύριον. Ὁμοῦ γὰρ καὶ κύριος καὶ θεὸς, καὶ θεὸς καὶ κύριος, καὶ οὐδὲν διοίσει περὶ

4. καὶ *pro* τῶν *habet edit. Petav., invitis libris manu exoratis.*

Cap. IX. — 1. ἑαυτοῦ *habent codd. mss. uterque. Quod verum esse puto. Etiam Cornarius vertit* de seipso non indicavit.

2. *Ita libri. Petavius suspicatus est* ὁ δ᾽ ἀπόστολος. *Nec improbo. Cornarius vertit* Manifesta enim erat cognitio de ipso, ut de qua neque Iudaei ambigerent; reservabatur autem, ut ne spiritus sanctus seipsum constitueret. Apo-

unicus dei filius, ut ante dictum est, ita loquitur: *Ut cognoscant te* Ioann. 17, 3.
solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum, a creatarum sese rerum numero segregavit. Quo illud etiam apostoli pertinet: *Unus* 1. Cor. 8, 6.
deus, ex quo omnia, et nos per ipsum, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Videsne quam diserte unum deum ac patrem, et unum dominum ab eodem genitum expresserit? Neque vero ita dixit, unus deus, et unus dominus, cum omnibus quae ab ipso facta sunt, sed unus dominus per quem omnia. Quod si unus dominus est per quem facta sunt omnia. Ille unus ex omnibus esse non potest, sed omnium conditor, creatarum, inquam, rerum omnium effector est.

Iam vero qui a patre genitus et ab eo productus est filius, *per* Cap. IX.
quem omnia facta sunt, dissimilis omnium est, ut qui creator sit omnium; quandoquidem unus et unus est deus pater, *ex quo omnia*, et dominus Iesus, *per quem omnia;* adeo ut superior dictio vocabulis hisce copuletur, *Unus* et *Unus*. Hoc autem, *Ex quo* et *Per quem* cum illud aperte declaravit, a patre procedere filium: tum ceterarum rerum disparem eundem esse admirabili quadam ratione monstravit, cum ita scripsit: *Per quem omnia;* ut et patrem esse et ab eo filium unigenitum dominum productum intelligas. Quae cum apostolus ex sancti spiritus afflatu pronuntiaret, necesse non habuit sancti spiritus mentionem facere. Quod non sic accipiendum est, quasi eiusdem ille cum patre filioque gloriae non sit particeps, aut quod in eorum ordinem redigendus sit quae a filio procreata dicuntur. Verum satis illud erat quod in firmissima illa fidei professione cum patre filioque numeratus fuerit, his verbis: *Euntes baptizate* Matth. 28, 19.
in nomine patris et filii et spiritus sancti. Cum igitur apostolus, vel potius spiritus sanctus per apostolum loqueretur, nihil est de ipso perspicue declaratum. Siquidem haud obscura illius erat cognitio, nec de ea Iudaei dubitabant. Quare in aliud tempus reservabatur, ne spiritus sanctus sua se praedicatione commendaret. Quippe apostolus sancto spiritu impulsus, uti diximus, de patre filioque locutus est, ut ex eo sacrosancta trinitas indicaretur, quae et semper existit, nec unquam existere desinit. Neque vero mirari debes, cum illud audis: *Unus deus, ex quo omnia, et unus dominus, per quem omnia.* Cum enim filium dominum appellat, non eundem una deum esse negavit apostolus. Similiter quod dixit, *Unus deus per quem omnia*, eundem deum ac dominum esse nequaquam inficiatus est. Itaque simul dominus et deus, et deus ac dominus esse credendus

stolus enim spiritu sancto ferebatur, et de patre ac filio dicebat, ut *cett.*

τῶν εἰς ἡμᾶς ἐν ἀληθείᾳ σωτηριωδῶς ἐκ θεοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων κε-
pag. 923. κηρυγμένων. Καταλείψας δὲ ὁ αὐτὸς Ἀνόμοιος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγονότες, τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ἐτράπησαν, κακῶς τὰς θεοῦ ῥήσεις ἐπινενοηκότες, καὶ λοιπὸν εἰς διαλογισμοὺς καὶ εἰς διαλογὰς λέξεων παρεκτρέψαντες τὸν νοῦν ἀπεπήδησαν τῆς ἀληθείας, καὶ ἐξέπεσον τῶν ἐπουρανίων. Πᾶσα γὰρ λέξις ἐλέγξει αὐτοὺς, [3] ἐὰν θέλωσι τὸν ἑαυτῶν νοῦν δοῦναι εἰς φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου. Οὐδαμοῦ γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, καί τοί γε ἐν σαρκὶ παραγενόμενος, ὅτι, Ὁ κτίσας με πατὴρ ἀπέσταλκέ με, οὐδὲ ὁ [4] πατήρ που ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διελέχθη, οὐδὲ ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ, ὅτι, Ἔκτισα ὑμῖν τὸν υἱὸν, ἀλλ', Ὁ πατήρ με ἀπέστειλε, καὶ, Ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω, καὶ, Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. Καὶ, Ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Καὶ πολλά ἐστι περὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας κατανοῆσαι, καὶ μὴ συναρπάζεσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου τούτου κυβευτικῆς διδασκαλίας. Ὁ γὰρ διάβολος βουλόμενος ἀπολέσαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, φθόνῳ κατεχόμενος πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου δόξαν, μηχανὰς ἐπενόησε διαφόρους, τὸ πρῶτον μὲν διὰ τῆς ἀγνοίας, τὸ δεύτερον δὲ διὰ τῆς εἰδωλολατρείας, ἄλλοτε δὲ διὰ κακοτροπίας, νυνὶ δὲ εἰςύστερον διὰ τῆς πλάνης καὶ ἀπάτης τῶν αἱρέσεων· ἵνα πανταχόθεν καταστρέψῃ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων.

Κεφ. ί. Πόσα οὖν ἰσχύσει ὁ νοῦς τῆς ἡμῶν μετριότητος εἰπεῖν πρὸς σὲ, ὦ Ἀνόμοιε; Καλῶς γὰρ Ἀνόμοιος τυγχάνεις, ὁ καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τοὺς τρόπους, καὶ τὴν διάνοιαν παρεκτρέψας τῶν τὴν σύνεσιν τοῦ θεοῦ κεκτημένων, καὶ τὴν πίστιν ἐχόντων τῆς ἀληθείας. Οὐ γὰρ εἰς ἀγαθὸν προκόψας ἀνόμοιος γέγονας ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας παρεκκλίνας, ἀνόμοιος ἐγένου τῶν υἱῶν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, πρόφασιν λαβὼν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν κατὰ τὸν αὐτοῦ πατέρα ὄντα, καὶ ἀνόμοιον πατρὶ λέγων, σὺ ἀνόμοιος γέγονας, κληρωθεὶς τοῦτο τὸ ὄνομα, μηκέτι ὅμοιος ὑπάρχων τῶν ἐν θεῷ σωζομένων.

Ἵνα δὲ μὴ περὶ τὰς αὐτοῦ ζητήσεις κατατριβόμενος ἀναλίσκω [1] χρόνον, ἀφ' ὧν λέξεων αὐτὸς ὑφηγήσατο, διαλεκτικῶς γράφων τισὶ, φέρε τὰ κατ' αὐτὸν διελέγξωμεν. Ἔδοξε γὰρ διαλεκτικήν τινα ὑποφαίνειν πλάνην ἐν αὐτῷ τῷ αὐτοῦ συντάγματι, τῷ οὐδ' ἕνα λόγον
pag. 924. ἔχοντι πίστεως τῆς [2] ἀφελωτάτης καὶ ἀκεραιοτάτης, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πράῳ κεκοσμημένης. Ὅλον δὲ διόλου τὸ δοκοῦν αὐτοῦ πονημάτιον τὸ εἰς ἡμᾶς ἐλθὸν ἐν πρώτοις κατέταξα, ἵνα ἀπ' αὐτοῦ ποιησώμεθα πρὸς αὐτὸν τὴν λοιπὴν ἀνατροπὴν τῆς διαλέξεως.

3. καὶ ἐάν cod. Rhedig.
4. πατὴρ cod. Rhedig. σωτὴρ cod. Ien. et editi. At Cornarius pater vertit.

Cap. X. — 1. χρόνων editorum est vitium.
2. Reponendum ἀφελεστάτης.

est, neque quicquam est in his quae nobis a deo per apostolos salubriter nuntiata sunt discrepans ac diversum. Sed nimirum Anomoeus ille cum suis relicta veritatis via, ad errorum diverticula traductus est, perperamque divinas sententias intellexit. Ita deinceps ad disputationes vocularumque disceptationes animo ac mente isti conversi a veritate resilientes coelestibus exciderunt. Qui si evangelicam lucem mentibus suis admittere voluerint, ab unaquaque propemodum dictione refellentur. Nusquam enim unicus dei filius, etiam post assumptam hominis carnem, ita locutus est: Qui creavit me pater misit me; neque aut in evangelio aut in vetere testamento pater unquam ad eum modum disseruit: Creavi vobis filium; sed, *Misit me pater*, et, *Exivi a patre, et vado*. Item: *Qui est in sinu patris*, et, *verbum erat apud deum, et deus erat verbum*. Infinita sunt quae de salutis nostrae mysteriis animo concipi possunt, ne nos diaboli istius praestigiarum artificiique plena doctrina circumveniat. Quippe diabolus perdendi generis humani cupidus, eiusdemque gloriae invidens, varias admovit machinas, primum ignorantiae, tum idololatriae, post haec improbitatis, hoc vero deinceps tempore haereticae calliditatis et erroris, ut quacumque ratione posset hominem e coelo deiiceret.

Ioann. 12, 49. Ioann. 16, 28. Ioann. 1, 18. Ioann. 1, 1.

Cap. X.

Quam multa vero sunt, o Anomoee, quae adversus tuum illud dogma ingenii nostri mediocritati suppetunt! Praeclare vero Anomoeus, hoc est Dissimilis, appellaris; quippe qui ab hominibus dei sapientia veraque fide praeditis moribus ac mente dissideas. Non enim ex eo quod progressus in virtute feceris ceterorum hominum dissimilis evasisti, sed cum ab veritatis via deflexeris, ab ecclesiae dei filiis diversus es factus; cumque dei filium, qui patri suo aequalis est, patris nihilominus dissimilem esse voluisti, tute ipse dissimilis fuisti, et hoc nomen merito es consecutus, eo quod ceterorum qui divina ope salutem obtinent similis esse desiisti.

Verum ne in persequendis illius quaestionibus tempus conteram, age ex ipsiusmet verbis, quae in nonnullis ad quosdam disputationibus scripsit, ad illum confutandum aggrediamur. Etenim illo in opere, unde haec excerpta sunt, disputationem quandam erroris plenam instituit; nec in eo libro vel minima vox est quae cum integra simplicique fide, quam sanctus ac mansuetus ille spiritus ordinavit, cohaerere videatur. Sed primo loco lucubratiunculam illius, quae ad manus nostras pervenit, adscribendum putavimus, ut ex ipsiusmet scriptis adversus illum disputare et eum refellere possimus.

ΚΑΙ ΕΣΤΙ ΤΟΔΕ ΤΟ ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙΟΝ ΤΟΥ ΑΝΟΜΟΙΟΥ ΑΕΤΙΟΥ.

Κεφ. ια'. Ἐπειδὴ [1] ἐν καιρῷ τοῦ ἐπενεχθέντος ἡμῖν διωγμοῦ ὑπὸ τῶν χρονιτῶν τινες τῶν προειρημένων σφετερισάμενοι μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν πονημάτιον σπουδασθὲν ἡμῖν ἰδιαζόντως περὶ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ παρενθήκαις τε καὶ ἀφαιρέσεσι διαφθείραντες ἐξέδωκαν, τὴν ἀκόλουθον ἀμείψαντες ἀγωγὴν, ἦλθε δὲ μετὰ ταῦτα [2] αὐτὸ εἰς ἡμᾶς, τινὸς τῶν σπουδαίων ἡμῖν αὐτὸ προςκεκομικότος, ἠναγκάσθην οἷα πατὴρ αὖθις διακαθάρας ἐκπέμψαι [3] ὑμῖν τὸ σύγγραμμα, ὦ πάντες [4] εὐσεβεῖς ἀθληταί τε καὶ ἀθλήτριαι, ὅπως ἂν εἰδέναι ἔχοιτε κατ' ἔννοιαν τῶν ἁγίων γραφῶν εἰρῆσθαι ἡμῶν τὸ [5] λόγιον, δι' οὗ πάντα ἄνθρωπον ἀντιλέγειν ὑμῖν ἐπιχειροῦντα περὶ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ παύειν ἀναισχυντεῖν συντομοῖς [6] ἐπιφοραῖς δυνήσεσθε, πάντων δὲ [7] μάλιστα τοὺς προειρημένους· ἐν εἴδει τῶν στιχηρῶν [8] ἐπ' ἀπόρησιν ἀπορήσεως καὶ λύσιν λύσεως, διὰ τὸ εὐπερίδρακτον καὶ σαφὲς τῶν ἐπιχειρημάτων, ποιησάμενος τὴν ἀρχὴν περὶ ἀγεννήτου θεοῦ.

α'. Εἰ δυνατόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ τὸ γεννητὸν ἀγέννητον ποιῆσαι, εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, οὐδοποτέρα διοίσει τῆς ἄλλης κατὰ τὸ ἀδέσποτον. Πῶς οὖν ἄν τις φαίη τὴν μὲν μεταβάλλεσθαι, τὴν δὲ μεταβάλλειν, οὐκ ἐπιτρεπόντων τῷ θεῷ ὑφιστᾶν ἐκ μὴ ὑποκειμένης ὕλης;

β'. Εἰ πάσης αἰτίας κρείττων ὑπάρχει ὁ ἀγέννητος θεὸς, διὰ τοῦτο καὶ γενέσεως κρείττων ἂν εἴη. Εἰ δὲ κρείττων ἐστὶ πάσης αἰτίας, δηλονότι καὶ γενέσεως. Οὔτε γὰρ παρ' ἑτέρας φύσεως εἴληφε τὸ εἶναι, οὔτε αὐτὸς ἑαυτῷ τὸ εἶναι παρέσχεν.

pag. 925. γ'. Εἰ δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ τὸ εἶναι μὴ παρέσχεν, οὐ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑπερβεβηκέναι πᾶσαν αἰτίαν, πόθεν ἄν τις τὴν ὑποστᾶσαν πρὸς τὴν ὑποστήσασαν φύσιν τὸ ἀπαράλλακτον εἰς οὐσίαν ἔχειν συγχωρήσειε, οὐ [9] προςιεμένης τῆς τοιαύτης ὑποστάσεως γένεσιν.

δ'. Εἰ ἀτελευτήτως ὁ θεὸς διαμένει ἐν ἀγεννήτῳ φύσει, καὶ ἀτελευ-

Cap. XI. — 1. *Infra in Refut.* τοῦ ἐπενεχθέντος ἐν καιρῷ.
2. *Infra* τοῦτο, *quod verum esse puto.*
3. *Restitui* ὑμῖν *ex libris mss. Vulgo* ἡμῖν.
4. *Repono* εὐσεβείας *ex Refut.*
5. λογίδιον *infra.*
6. περιτροπαῖς *infra.*
7. μᾶλλον *infra. Itidem post* προειρημένους *additum legitur* χρονίτας.
8. *Infra legitur diverse ac plenius* ἐπαπόρησιν ἀπορήσεως διαστήσας καὶ λύ-

SEQUITUR AETII ANOMOEI OPUSCULUM.

Quoniam persecutionis illius tempore, quam contra nos temporarii quidam homines excitarunt, nonnulli ex iis quos diximus inter alia multa opusculum quoddam privatim a nobis elucubratum de ingenito deo ac genito surripientes, plerisque additis aut detractis, interpolatum ac depravatum ediderunt, perturbata insuper ordinis serie, atque illud idem postea literarum quidam ad nos studiosus attulit, necesse habui, utpote illius auctor, recensitum ac repurgatum opus istud ad vos mittere, quicumque pietatis athletae utriusque sexus estis, ut intelligatis nihil non in eo ex sacrarum literarum germano esse sensu prolatum. Cuius quidem praesidio eos omnes qui contradicere voluerint, paucis quibusdam breviter obiectis, prohibere poteritis, ne de ingenito deo ac genito sermonem impudenter instituant, ac temporarios illos inprimis quos attigi. Porro hanc disputationem in capita versuum in modum ita digessimus ut et obiectiones alias ex aliis, et quaestionum dissolutiones necteremus, quo et ad comprehendendum faciliora et planiora, quibus utimur, argumenta vobis essent. Ab ingenito vero deo disputandi initium fecimus. Cap. XI.

I. Si ingenitus deus quod genitum est facere ingenitum potest, siquidem substantia omnis ingenita est, neutra, quod ad eam conditionem attinet, nullius ut dominatui subsit, ab altera discrepabit. Quinam igitur dici potest mutari quidem alteram, alteram mutare, cum ex nulla subiecta materia quicquam deo producere minime permittant?

II. Si ingenitus deus caussa est omni praestantior, erit etiam generatione ipsa praestantior. Si, inquam, caussis omnibus antecellit, generationi itidem antecellet. Neque enim aut ab altera natura ut esset accepit, aut illud ipse sibi contulit.

III. Iam vero, si ipse sibi ut esset minime contulit, non propter ullam naturae imbecillitatem, sed quod caussa sit omni superior, quis subsistentem naturam ab ea, quae subsistentem produxerit, nihil in substantia discriminis habere fatebitur, cum eiusmodi subsistentia generationem omnem excludat?

IV. Si perpetuo ac sine ullo fine deus in ingenita natura persistit,

σιν *cett., quod verum esse puto. Cornarius vertit* in versuum specie pronuntiati pronuntiationem, et solutionis solutionem, quo facilius retineantur, et aggressiones et epicheremata clara sint, facturus, initio de deo ingenito sumpto.

9. προςιεμένης *restitui ex Refut. Genuinae scripturae corruptela est* πρωιεμένης, *quod legitur in codd. mss. utroque, unde editores effinxerunt* προϊεμένης.

τήτως τὸ γέννημα γέννημά ἐστιν, ἡ τοῦ ὁμοουσίου καὶ τοῦ [10] ὁμοιουσίου κακοδοξία [11] παρεισφθαρήσεται, ἵσταται δὲ τὸ ἐν οὐσίᾳ [12] ἀσύγκριτον, ἑκατέρας φύσεως [13] ἀπαύστως διαμενούσης ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς φύσεως ἀξιώματι.

ε'. Εἰ ἀγέννητός ἐστιν ὁ θεὸς τὴν οὐσίαν, οὐκ οὐσίας διαστάσει τὸ [14] γεννητὸν ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐξ οὐσίας ὑποστησάσης αὐτό. Τὴν γὰρ αὐτὴν οὐσίαν καὶ γεννητὴν εἶναι καὶ ἀγέννητον οὐδεὶς λόγος εὐσεβὴς ἐπιτρέπει.

ϛ'. Εἰ τὸ ἀγέννητον ἐγεννήθη, [15] τί κωλύει τὸ γεννητὸν ἀγέννητον γεγονέναι; μᾶλλον γὰρ τοῦ ἀνοικείου ἐπὶ τὸ αὐτῆς οἰκεῖον ἐπείγεται πᾶσα φύσις.

ζ'. Εἰ μὴ [16] ὅλος ὁ θεὸς ἀγέννητός ἐστιν, οὐδὲν κωλύει [17] τὸ γεγεννηκέναι οὐσιωδῶς. Εἰ δὲ [18] ὅλος ἐστὶν ἀγέννητος, οὐκ οὐσιωδῶς εἰς γένεσιν διέστη, ἐξουσίᾳ δὲ ὑπέστησε [19] τὸ γέννημα.

η'. Εἰ [20] ὅλος ἐστὶ γεννητικὸς ὁ ἀγέννητος θεὸς, οὐκ οὐσιωδῶς τὸ γεννηθὲν ἐγεννήθη, ὅλης ἐχούσης τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ γεννᾶν, [21] ἀλλ' οὐ τὸ γεννᾶσθαι.

θ'. Εἰ δὲ μετασχηματισθεῖσα ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ γέννημα λέγεται, οὐκ ἀμετάβλητος ἡ οὐσία αὐτοῦ, τῆς μεταβολῆς [22] ἐργασαμένης τὴν υἱοῦ ἰδιοποίησιν.

ι'. Εἰ δὲ εἴη καὶ ἀμετάβλητος καὶ [23] γενέσεως κρείττων ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, τὸ κατὰ τὸν υἱὸν ἕως ψιλῆς προσηγορίας ὁμολογηθήσεται.

ια'. Εἰ σπερματικῶς ἦν ἐν τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ τὸ γέννημα, μετὰ τὴν γέννησιν ἔξωθεν [24] προσλαβὸν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἠνδρώθη. Τέλειος
pag. 926. οὖν ἐστιν ὁ υἱὸς, οὐκ ἐξ ὧν ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐξ ὧν προσέλαβε. Τὰ γὰρ συγγενικῶς προσλαμβάνοντα, ὡς ἐξ ἐκείνων συνεστῶτα, τὸ [25] τοῦ τελείου ὄνομα διαφόρως [26] προσίεσθαι πέφυκε.

ιβ'. Εἰ τέλειον ἦν [27] γέννημα, ἐν ἀγεννήτῳ γέννημά ἐστι, καὶ οὐκ ἐξ ὧν ὁ ἀγέννητος αὐτὸ ἐγέννησεν. Γεννητὴν γὰρ φύσιν ἐν ἀγεννήτῳ οὐσίᾳ οὐκ ἐνδέχεται εἶναι· τὸ γὰρ αὐτὸ εἶναί τέ ἐστι καὶ μὴ εἶναι. Γέννημα γὰρ ἀγέννητον οὐκ ἔστι, καὶ ἀγέννητον ὂν γέννημα οὐκ ἦν, τοῦ ἀνομοίου μέρους ἐπὶ θεοῦ βλασφημίας τύπον καὶ ὕβριν ἐπέχοντος.

10. ἀνομοιουσίου *infra.*
11. παραφανισθήσεται *infra.*
12. ἀσυγκρίτη *infra.*
13. *Verba* ἀπαύστως -- ἰδίῳ τῆς φύσεως *vulgo absunt. Restitui ea ex Refut.*
14. γεννηθὲν *cod. Rhedig.*
15. τί τὸ κωλύον *infra.*
16. ὅλως *infra.* ὁ λόγος *cod. Rhedig.*
17. τὸ *abest infra.*
18. ὅλως *infra.* ὁ λόγος *cod. Rhedig.*
19. τὸ *abest infra.*
20. ὁ λόγος *cod. Rhedig.*
21. ἀλλ' *abest infra.*
22. ἐργαζομένης *infra.*
23. γεννέσεως *cod. Rhedig.*
24. *Ita restitui ex Refut. Vulgo* προσλαβὼν.
25. τοῦ *abest infra.*

ac si genita soboles sine ullo fine genita est, prava illa de homoousio et homoeousio sententia profligabitur: cum illud interim in utriusque naturae dignitate remaneat ut, quod ad substantiam attinet, comparari inter se nequeant.

V. Si ingenitus substantia deus est, quod genitum est non distractione quadam substantiae genitum est, sed ab substantia, a qua productum est, manavit. Quippe eandem substantiam genitam simul et ingenitam esse nulla cum pietate coniuncta ratio patitur.

VI. Si genitum est illud ipsum, quod est ingenitum, quid etiam prohibet quod genitum est ingenitum fuisse? Si quidem natura omnis ad id quod cognatum sibi est magis quam ad alienum peregrinumque festinat.

VII. Si totus non est ingenitus deus, nihil est quod obstet quominus secundum substantiam genuerit. Sin totus ingenitus est, non est secundum substantiam generatione distractus, sed ex substantia sua genitam illam a se sobolem produxit.

VIII. Si ingenitus deus totus est genitali vi praeditus, quod genitum est secundum substantiam non est genitum, cum toti illius substantiae non ut generetur, sed ut generet, insitum sit.

IX. Quod si in aliam formam commutata dei substantia soboles dicitur, non erit illa ipsa dei substantia mutationis expers, cum propria filii conditio mutatione constituta sit.

X. Quod si divina substantia mutationis est omnis expers, et generatione superior, quicquid ad filium pertinet, sola duntaxat appellatione profitebimur.

XI. Si in ingenito deo genita soboles, velut semine quodam, continebatur, post generationem aliqua re extrinsecus assumpta confirmata corroborataque fuerit. Quamobrem non ex iis quae generatione sortitus est, sed ex adscititiis illis habet filius, ut perfectus absolutusque sit. Nam quaecumque naturaliter accessionem aliquam capiunt, utpote ex illis ipsis constituta, perfecti nomen diversa quadam ratione solent admittere.

XII. Si perfecta in ingenito genita soboles erat, genita soboles est non ex iis quae cum ab ingenito gigneretur obtinuit. Nam genita natura in ingenita substantia esse non potest; esset enim simul idem et non esset. Nam quod genitum est, ingenitum non est, et quod ingenitum est, genitum non fuit. Quippe dissimilem aliquam deo partem affingere, maledicti in divinum numen ac contumeliae speciem praefert.

26. *Infra* προΐεσθαι πέφυκεν.
27. *Infra* τὸ γέννημα. *Interpunctionem vulgatam* γέννημα ἐν ἀγεννήτῳ, γέννημά ἐστι *correxi ex Refut.*

ιγ'. Εἰ ἀγεννήτου φύσεως ὑπάρχων ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ [28]γεννητῆς φύσεως οὐκ οἶδεν ἑαυτὸν, ὁ δὲ υἱὸς γεννητῆς φύσεως ὑπάρχων τοῦτο γινώσκει ἑαυτὸν ὅπερ ἐστὶ, πῶς οὐκ ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον ψεῦδος, τοῦ μὲν γινώσκοντος ἑαυτὸν ἀγέννητον, τοῦ δὲ γεννητόν;

ιδ'. Εἰ μὴ τὸ ἀγέννητον τὴν ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ παρίστησιν, ἀλλ' ἐπινοίας ἐστὶν ἀνθρωπίνης τὸ ἀσύγκριτον ὄνομα, χάριν τοῖς ἐπινοήσασι γινώσκει ὁ θεὸς, διὰ τὴν ἀγέννητον ἐπίνοιαν, τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ὀνόματος οὐ φέρων ἐν οὐσίᾳ.

ιε'. Εἰ ἔξωθεν ἐπιθεωρεῖται τῷ θεῷ [29]ἀγέννητον, οἱ ἐπιθεωρήσαντες τοῦ ἐπιθεωρηθέντος εἰσὶν ἀμείνους, κρεῖττον ὄνομα τῆς φύσεως αὐτῷ πορισάμενοι.

ιϛ'. Εἰ μὴ [30]εἴκῃ ἡ ἀγέννητος φύσις γενέσει, τοῦτ' ἔστιν ὃ λέγεται· εἰ δὲ [31] εἴκῃ γενέσει, τὰ τῆς γενέσεως πάθη τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ εἴη [32]ἄμεινον.

ιζ'. Εἰ τὸ γέννημα ἄτρεπτον [33]τὴν φύσιν ἐστὶ διὰ τὸν γεννήσαντα, [34]τὸ ἀγέννητον οὐσία ἐστὶν ἄτρεπτος, οὐ διὰ γνώμην, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν οὐσίᾳ ἀξίωμα.

ιη'. Εἰ τὸ ἀγέννητον οὐσίας ἐστὶ δηλωτικὸν, εἰκότως πρὸς τὴν τοῦ γεννήματος οὐσίαν ἀντιδιαστέλλεται. Εἰ δὲ μηδὲν σημαίνει τὸ ἀγέννητον, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲν δηλοῖ τὸ γέννημα. [35]Εἰ δὲ μηδὲν, πῶς ἀντιδιασταλείη;

pag. 927. ιθ'. Εἰ δὲ ἡ ἀγέννητος προφορὰ πρὸς τὴν [36]γεννητὴν προφορὰν ἀντιδιαστέλλεται, σιωπῆς τὴν [37]προφορὰν διαδεχομένης, γίνεσθαι συμβαίνει καὶ ἀπογίνεσθαι τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδα, ἐν [38]διαφόρῳ προφορᾷ κειμένην, ἀλλ' οὐκ ἐν φύσεσιν οὕτως ἐχούσαις ὡς [39]ἡ τῶν ὀνομάτων βούλεται σημασία.

κ'. Εἰ μηδὲν πλέον νέμει εἰς ὑπεροχὴν οὐσίας τὸ ἀγέννητον πρὸς τὸ [40]γέννημα, προφορᾷ μόνον ὑπερεχόμενος ὁ υἱὸς, βελτίους ἑαυτοῦ γνώσεται τοὺς προσαγορεύσαντας, οὐ τὸν προσαγορευθέντα θεὸν αὐτοῦ καὶ πατέρα.

κα'. Εἰ [41]ἡ ἀγέννητος οὐσία κρείττων ἐστὶ γενέσεως, οἴκοθεν ἔχουσα τὸ κρεῖττον, [42]αὐτοουσία ἐστὶν ἀγέννητος. Οὐ γὰρ βουλόμενος ὅτι βούλεται γενέσεώς ἐστι κρείττων, ἀλλ' ὅτι πέφυκεν. Αὐτὸ οὖν

28. γέννημα *cod. Rhedig.*
29. *Infra* τὸ ἀγέννητον.
30. *Infra* εἴκει.
31. *Infra* εἴκει.
32. ἀμείνω *coniecit infra Petav. V. quae annotavero.*
33. ἐστι τὴν φύσιν *infra.*
34. *Infra* τὸν.
35. εἰ δὲ *reposui ex Refut. Vulgo extat* μηδένι. *Petav. suspicatus est* μηδένι δὲ.
36. γεννητικὴν *cod. Rhedig. Cod. Ien habet breviaturam* γεννητ͞ς.

XIII. Si ingenita natura praeditus deus omnipotens genitae naturae conditionem in sese non agnoscit, filius vero genitam naturam habens eiusmodi se qualis est agnoscit, nonne tota illa consubstantialis ratio mendax est ac falsa, cum alter ingenitum sese, genitum alter agnoscat?

XIV. Si ingeniti vox dei substantiam minime significat, sed incomparabile illud nomen ab humanis ingeniis excogitatum est, deus ob istud ipsum ingeniti commentum iis qui repererint gratiae debitor est, cum tanto nomini respondentem excellentiam in essentia sua non habeat.

XV. Si ingeniti conditio deo extrinsecus affingitur, qui affingunt ei ipsi cui affingitur antecellunt, cum praestantius quam natura patiatur ei nomen attribuant.

XVI. Si ingenita natura generationi minime cedit, habemus quod volumus. Sin generationi cedat, generationis affectiones divinae substantiae praestabunt.

XVII. Si genita soboles natura ob generantem immutabilis est, quod ingenitum est substantia quaedam immutabilis est, non arbitrio aut voluntate cuiusquam, sed insita quadam substantiae dignitate.

XVIII. Si ingeniti vox substantiam exprimit, merito ab geniti substantia velut membrum divisionis oppositum discernitur. Sin autem nihil omnino vocabulum illud ingeniti significat, multo minus geniti vox aliquid exprimit. Nihil autem quomodo nihilo in divisione respondebit?

XIX. Quod si ipsa ingeniti pronuntiatio pronuntiationi geniti opponitur, cum secundum pronuntiationem silentium subsequatur, Christianorum spes modo existet, modo esse desinet, in diversa pronuntiatione posita, non in naturis, quae ita sese habeant quemadmodum nominum ipsa significatio declarat.

XX. Si ingenitum nihil ad substantiae dignitatem amplius confert quam genitum, filius sola vocabuli pronuntiatione superatus praestantiores sese appellantes ipsos agnoscet, non eum qui ipsius deus appellatur et pater.

XXI. Si ingenita substantia generationi praestat, insitam in sese habens excellentiam, suapte natura ingenita est substantia. Neque enim cui libitum est pro eo quod libitum est generationi antecellit, sed quod ita natura comparatus est. Quare cum deus per sese in-

37. ὑποφορὰν *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*
38. διαφόρῳ *abest infra.*
39. ὃ *vitiose est in ed. Petav. Colon. repet.*
40. γεννητὸν *infra.*
41. ἣ *om. cod. Rhedig.*
42. *Ita infra. Vulgo extat* αὐτὸ, οὐσία.

ὑπάρχουσα οὐσία ἀγέννητος ὁ θεὸς οὐδενὶ λόγῳ [43]ἐπιτρέπει καθ' ἑαυτῆς γένεσιν ἐπινοῆσαι, ὠθοῦσα φέρεσθαι κατὰ τῶν γεννητῶν [44]πᾶσαν ἐξέτασιν καὶ πάντα λογισμόν.

κβ'. Εἰ στερήσεώς ἐστι δηλωτικὸν ἐπὶ θεοῦ τὸ ἀγέννητον, μηδὲν δὲ εἴη τὸ ἀγέννητον, ποῖος λόγος ἂν ἀφαιρήσειε τοῦ μὴ ὄντος [45]μηδέν; εἰ δὲ ὂν σημαίνει, τίς ἂν [46]χωρήσειεν ὄντος ὅπερ ἐστὶν, [47]αὐτό γε αὐτοῦ;

κγ'. Εἰ αἱ στερήσεις [48]ἕξεών εἰσιν ἀφαιρέσεις, τὸ ἐπὶ θεοῦ ἀγέννητον ἤτοι στέρησίς ἐστιν [49]ἕξεως, ἢ ἕξις στερήσεως. Ἀλλ' εἰ μὲν στέρησίς ἐστιν ἕξεως, πῶς ἂν τὸ μὴ [50]προςὸν τῷ θεῷ συναριθμηθήσεται;

κδ'. Εἰ δὲ ἕξις ἐστὶ τὸ ἀγέννητον, ἀνάγκη προϋποθέσθαι γεννητὴν οὐσίαν, [51]ἵν' οὕτως ἕξιν προςλαβοῦσα ἀγέννητος ὀνομάζηται.

κε'. Εἰ δὲ [52]ἡ γεννητὴ ἀγεννήτου οὐσίας μετέσχεν, ἕξεως ὑπομείνασα ἀποβολὴν ἀγεννησίας ἐστέρηται. Εἴη ἂν οὖν οὐσία μὲν γεννητὴ, τὸ δὲ ἀγέννητον ἕξις.

κς'. Εἰ δὲ τὸ γέννημα παρόδου ἐστὶ δηλωτικὸν, δῆλον ὅτι ἕξεώς ἐστι σημαντικὸν, ἄν τε μεταπέπλασται ἐξ οὐσίας τινὸς, ἄν τε τοῦτό ἐστιν ὃ λέγεται γέννημα.

pag. 928. κζ'. Εἰ τὸ ἀγέννητον ἕξις, καὶ τὸ γέννητον ἕξις, αἱ μὲν οὐσίαι τῶν ἕξεων πρῶται, αἱ δὲ ἕξεις τῶν οὐσιῶν, εἰ καὶ δευτέραι, ἀλλ' οὖν γε προτιμότεραι.

κη'. Εἰ δὲ τὸ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ αἴτιόν ἐστι, τοῦ εἶναι [53]σημαινομένου, γέννημα συνειςφέρον τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ τὸν αἴτιον, [54]οὐσίας ἐστὶ δηλωτικὸν τὸ γέννημα, ἀλλ' οὐχ ἕξεως, τῆς ἀγεννήτου φύσεως οὐδὲν ἑαυτῇ συνειςαγούσης, πῶς οὐκ ἂν εἴη οὐσία, ἀλλ' [55]ἕξις ἡ ἀγέννητος οὐσία;

κθ'. Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, οἷα ἡ θεοῦ [56]τοῦ παντοκράτορος, πῶς ἂν τὴν μὲν παθητὴν ἐρεῖ τις, τὴν δὲ ἀπαθῆ; Εἰ δὲ φύσεως ἀποκληρώσει ἀγεννήτου ἡ μὲν διαμένει ποσότητος καὶ ποιότητος καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, πάσης [57]μεταβολῆς ἀμείνων, ἡ δὲ παθῶν [58]ἐστιν ὑπεύθυνος, συγχωρηθεῖσα [59]τὸ ἀπαράλλακτον εἰς οὐσίαν ἔχειν τῷ

43. ἐπιπρέπει *cod. Rhedig.*
44. συνεξέτασιν *infra viliose.*
45. *Repone* τὸ μηδὲν *ex Refut.*
46. ὁρίσειεν ὄντος θεοῦ ὅπερ *infra, ubi vide adnott.*
47. αὐτὸς ἑαυτοῦ *infra.*
48. τῶν ἕξεων αὐτῶν εἰσιν *infra.*
49. ἕξεως *restitui ex codd. mss. utroque. Patrocinatur Refut. Vulgo legitur* ἕξεων.
50. *Plenius Refut.* προςὸν, ὡς προςὸν τῷ θεῷ.
51. ἵνα *cod. Rhedig.*
52. ἡ *abest ab cod. Rhedig. et infra in Refut.*
53. *Ita restitui ex Refut. Vulgo legitur*

genita sit substantia, rationi nulli permittit sibi ut generationem affingat, sed inquisitionem omnem ac ratiocinationem ad res genitas amandat ac reiicit.

XXII. Si ingeniti vox privationem in deo significat, neque quicquam omnino sit ingenitum, quaenam ratio ab eo quod non est nihil possit auferre? Sin existens quippiam sonat, quis ab eo quod est idipsum quod est, hoc est ipsum a semetipso secernat?

XXIII. Cum privationes ablationes sint affectionum, quod in deo est ingenitum vel affectionis privatio est, vel affectio privationi contraria. Igitur si affectionis privatio est, quomodo id quod non inest deo tanquam insit tribuitur?

XXIV. At si affectio quaedam est ingenitum, genitam substantiam existere ante, ac velut substerni necesse est, ut affectione illa ad eam accedente, ingenita nominetur.

XXV. Si vero genita substantia ingenitae particeps fuit, affectionis iactura facta conditionem amisit ingeniti. Quare substantia quidem genita fuerit, ingenitum autem affectio.

XXVI. Quod si genita soboles transitum quendam significat, non dubium est affectionem indicare certam, sive quadam e substantia mutatione conformata sit, sive hoc ipsum est genita soboles, quod dicitur.

XXVII. Si tam ingenitum quam genitum affectio sit, substantiae quidem affectionibus priores, affectiones porro ut substantiis posteriores, sic iisdem anteponendae fuerint.

XXVIII. Si ingenitum geniti caussa est, eique confert ut existat, genitum vero caussam ipsam substantiae suae notione comprehendens substantiam ipsam, non affectionem exprimat, cum ingenita natura nihil ipsa secum includat, nonne substantia potius quam affectio quaedam debet videri?

XXIX. Si substantia omnis ingenita sit, cuiusmodi est omnipotentis dei, quid attinet hanc quidem passionibus obnoxiam, illam vero earumdem expertem dicere? Quod si quadam ingenitae naturae sorte ac conditione, quantitatis et qualitatis, et, ut uno verbo dicam, mutationis omnis expers altera est, altera vero passiones admittit, et nihilominus eidem immutabilitas est concessa, necesse est

hic ἐστι, τοῦ εἶναι σημαίνων, γέννημα *celt.*

54. *Fortasse corrigendum* ὡς οὐσίας, *vel* εἰ οὐσίας.

55. ἕξης *vitium editorum commune est. Infra extat* ἕξις καὶ ἡ ἀγ. φύσις;

56. τοῦ *abest infra.*

57. *Libri scripti et edit. princ. habent* διαβολῆς.

58. *Infra* ὑπεύθυνός ἐστιν, *ordine inverso.*

59. διὰ τὸ *infra.*

[60] *αὐτομάτως ἐπιτρέψαι τὸν φιλοῦντα κατὰ τὰ προειρημένα,* [61] *ἤτοι γ' οὖν ἀκόλουθον τὴν μὲν ποιοῦσαν ἀγέννητον εἰπεῖν, γεννητὴν δὲ τὴν μεταβαλλομένην.*

λ'. Εἰ τῆς γενομένης ἡ ἀγέννητος φύσις ἐστὶν αἰτία, τὸ δὲ ἀγέννητον μηδὲν εἴη, [62] *ἄρτιον πῶς ἂν εἴη αἴτιον τὸ μηδὲν τοῦ γεγονότος;*

λα'. Εἰ τὸ ἀγέννητον στέρησις, ἡ δὲ στέρησις ἕξεως ἀποβολή ἐστιν, ἡ δὲ ἀποβολὴ παντελῶς ἀπόλλυται ἢ μεθίσταται ἐφ' ἕτερον, πῶς οἷόν τε ἕξει μεθισταμένη [63] *κατονομάζεσθαι τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ ἀγεννήτῳ προσηγορίᾳ;*

λβ'. Εἰ τὸ ἀγέννητον δηλοῖ στέρησιν μὴ προσοῦσαν [64] *τῷ θεῷ, πῶς ἀγέννητον εἶναι λέγομεν, γεννητὸν δὲ μὴ εἶναι;*

λγ'. [65] *Εἰ ψιλὸν ὄνομά ἐστιν* [66] *ἐπὶ θεοῦ τὸ ἀγέννητον, ἡ δὲ ψιλὴ προφορὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ ἐπαίρει κατὰ πάντων* [67] *τῶν γεννητῶν, τιμιωτέρα ἄρα ἐστὶν ἡ ἀνθρώπων προφορὰ* [68] *τῆς τοῦ παντοκράτορος ὑποστάσεως, ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ καλλωπίσασα θεὸν* [69] *παντοκράτορα.*

λδ'. Εἰ παντὶ γεννητῷ αἰτία συγκεκλήρωται, [70] *ἀναίτιος δὲ ἡ ἀγέννητος φύσις,* [71] *οὐκ αἰτίαν δηλοῖ τὸ ἀγέννητον,* [72] *ἀλλ' ὑπόστασιν σημαίνει.*

pag. 929. *λε'. Εἰ πᾶν τὸ γεγονὸς ὑφ' ἑτέρου γέγονεν, ἡ δὲ ἀγέννητος ὑπόστασις οὔτε ὑφ' ἑαυτῆς, οὔτε ὑφ' ἑτέρας γέγονεν, ἀνάγκη οὐσίαν δηλοῦν τὸ ἀγέννητον.*

λς'. Εἰ τῇ τοῦ γεννήματος οὐσίᾳ [73] *συμφαίνεται ὡς αἰτία ἡ ἀγέννητος ὑπόστασις, κατὰ πάσης αἰτίας τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσα,* [74] *αὐτουσία ἐστὶν ἀσύγκριτος, οὐκ ἔξωθεν* [75] *συνεμφαίνουσα τὸ ἀπρόσιτον, αὐτὸ δὲ ὑπάρχουσα ἀσύγκριτος καὶ ἀπρόσιτος,* [76] *ἐπειδὴ καὶ ἀγέννητος.*

λζ'. Εἰ ὑπεράγει πάσης φύσεως ὁ παντοκράτωρ, διὰ τὸ ἀγέννητον ὑπεράγει, ὅπερ ἐστὶν αἴτιον τοῖς γεννητοῖς διαμονῆς. Εἰ δὲ μὴ ἔστιν οὐσίας δηλωτικὸν τὸ ἀγέννητον, πόθεν ἂν ἡ τῶν γεννητῶν φύσις ἕξει τὸ διασώζεσθαι;

60. αὐτομάτως *restitui scripturam quam praebent libri mss. infra in loco gemello. Vulgo extat* αὐτομάτῳ. *Ex eodem loco reposui* τὸν φιλοῦντα κατὰ τὰ προειρημένα, *cum vulgo scriptum invenissem* φίλον, τὰ κατὰ τὰς προειρημένας.

61. ἤτοι γ' οὖν *mea est emendatio. Vulgo enim legitur* ἢ τό γε οὖν, *vel ut infra,* ἢ τό γ' οὖν. *His medelis adhibitis sententia nemini dum difficilis videbitur esse.*

62. ἄρτιον *legitur in utroque codd. mss.* αἴτιον *habent editi, sententia hoc modo distincta,* αἴτιον, πῶς ἂν *cett. In Refut. vox* ἄρτιον *plane non extat.*

63. *Plenius infra* ἢ ἀπολλυμένη κατον.

64. τῷ *abest infra.*

65. Εἰ δὲ *cod. Rhedig.*

66. ἀπὸ *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*

67. τῶν *abest infra.*

ut quae commemoratis hisce naturis insunt, aut casu quodam fortuito accidisse dicantur, aut, quod consentaneum est, eam ipsam quidem quae agit ingenitam, quae vero patitur ac mutatur genitam appellemus.

XXX. Si genitae naturae caussa est ingenita, ingenitum vero, quod principium dicitur, nihil omnino sit, quinam potest id quod nihil est eius quod productum est esse principium?

XXXI. Si ingenitum privatio quaedam est, est autem privatio affectionis amissio, amissio porro penitus e medio tollitur, aut in alterum commutatur, quonam pacto affectione illa transeunte aut pereunte, hoc est ingeniti appellatione, dei substantia cognominabitur?

XXXII. Si ingenitum privationem, quae deo non inest, significat, cur ingenitum esse, genitum vero non esse dicimus?

XXXIII. Si ingenitum nuda in deo est appellatio, adeo ut supra creatarum rerum omnium conditionem sola pronuntiatio divinam substantiam extollat, consequens est hominum pronuntiationem omnipotentis dei substantia praestantiorem videri, quae quidem ipsam incomparabilis excellentia dignitatis exornet.

XXXIV. Si cum eo omni quod genitum est implicata est et coniuncta caussae notio, caussa vero est ingenita natura, cum ingenitum dicimus, non caussam aliquam, sed substantiam exprimimus.

XXXV. Si quicquid productum est, ab altero productum est, ingenita vero hypostasis nec a se ipsa, nec ab alia producta est, ingeniti vocabulo substantia ipsa significetur oportet.

XXXVI. Si ingeniti substantia, tanquam caussa, ingenita hypostasis declaratur, quae prae omni caussarum genere immutabilitate praedita est, eadem per sese substantia incomparabilis est, non velut extrinsecus adscitam qualitatem illam prae se ferens, nihil ut ad ipsam possit accedere, sed id ex sese habet uti nihil cum ipsa conferri, aut ad eam accedere possit. Unde et per semet est ingenita.

XXXVII. Si omnipotens deus naturam omnem excellit, eo ipso quod ingenitus est excellit. Quae proprietas caussa est genitis omnibus stabilitatem constantiamque tribuens. Sin autem ingenitum substantiam non exprimit, a quo tandem genitarum rerum natura seipsam ut conservet accipiet?

68. τῆς *abest infra, cum hac verborum distinctione* τοῦ παντοκράτορος, ὑποστάσεως ἀσυγκρίτῳ κτλ.

69. τὸν παντοκράτορα *infra.*

70. ἀναίτιος *reposui ex Refut. Vulgo enim scriptum est* αἴτιος. *Et Cornarius vertit* caussae exsors.

71. οὐκ αἰτίαν *reposui ex Refut., et codd. mss. qui habent* οὐκ ἐτίαν. *Ed. princ. habet* οὐκέτι ἂν, *ed. Petav.* οὐκ αἴτιον.

72. ἀλλὰ *infra.*

73. συνεμφαίνεται *infra. Quod praeferendum videtur.*

74. *Infra* αὐτοουσία.

75. συνυφαίνουσα *infra.*

76. ἐπειδὴ (*uti legitur infra in Refut.*) *codd. mss. uterque.* ἔστι δὴ *editi tibri.*

λη΄. Εἰ οὐδὲν τῶν ἀοράτων [77] αὐτὸ ἑαυτοῦ σπερματικῶς προϋπάρχει, διαμένει δὲ ἐν φύσει ἀποκεκληρωμένη, πῶς [78] ἂν ὁ ἀγέννητος θεὸς ἐλεύθερος ἀποκληρώσεως ὑπάρχων νῦν μὲν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν δευτέραν ἐν γεννήματι [79] ὁρᾷ, νῦν δὲ προτέραν ἐν ἀγεννήτῳ, κατὰ τὴν τοῦ πρώτου καὶ [80] δευτέρου τάξιν.

λθ΄. Εἰ διαμένει ἐν φύσει [81] ἀγεννήτῳ ὁ θεὸς, τὸ ἐν γενέσει καὶ ἀγεννησίᾳ ἑαυτὸν εἰδέναι ἀφῃρήσθω. Συγχωρουμένου δὲ ἐν ἀγεννήτῳ καὶ γεννητῷ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν παρατείνειν, αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀγνοεῖ τὴν οὐσίαν, περιαγόμενος ὑπὸ γενέσεως καὶ ἀγεννησίας.

μ΄. Εἰ δὲ καὶ τὸ γεννητὸν μετείληφε μετουσίας ἀγεννήτου, ἐν δὲ γεννητοῦ φύσει ἀτελευτήτως διαμένει, [82] ἐν μὲν δὴ ἀτελεῖ φύσει γινώσκει αὐτὸν, ἀγνοῶν δηλονότι τὴν ἀγέννητον μετουσίαν. Οὐ γὰρ οἷόν τε [83] αὐτὸν περὶ [84] ἑαυτοῦ καὶ ἀγεννήτου οὐσίας γνῶσιν [85] ἔχειν, καὶ γεννητῆς.

μα΄. Εἰ δὲ εὐκαταφρόνητόν ἐστι τὸ ἀγέννητον διὰ μεταβολῆς ἐπιτηδειότητα, ἀξίωμα φύσεώς ἐστιν οὐσία ἀμετάβλητος, τῆς ἀγεννήτου οὐσίας πάσης αἰτίας κρείττονος [86] ὡμολογημένης.

pag. 930. μβ΄. Εἰ τὸ ἀγέννητον πάσης αἰτίας ἐξῄρηται, εἴη δὲ πολλὰ ἀγέννητα, ἀπαράλλακτον ἕξουσι τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ἂν μὴ ἀποκληρώσει φύσεώς τινος κοινοῦ καὶ ἰδίου μετειληφυῖα ἡ μὲν ἐποίει, ἡ δὲ ἐγίνετο.

μγ΄. Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, οὐδοποτέρα διοίσει τῆς ἄλλης κατὰ τὸ ἀδέσποτον. Πῶς οὖν ἄν τις φαίη τὴν μὲν μεταβάλλεσθαι, τὴν δὲ μεταβάλλειν, οὐκ ἐπιτρεπόντων τῷ θεῷ [87] ὑφιστᾶν ἐκ μὴ ὑποκειμένης οὐσίας;

μδ΄. Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, πᾶσά ἐστιν ἀπαράλλακτος. Τῆς δὲ οὐσίας τὸ ἀπαράλλακτον ἐχούσης, τὸ ποιεῖν [88] καὶ τὸ πάσχειν αὐτοματισμῷ ἀναθετέον.

με΄. Πολλῶν δὲ ὄντων ἀγεννήτων καὶ ἀπαραλλάκτων, ἀναριθμήτως διοίσουσιν ἀλλήλων. Οὐ γὰρ ἂν εἴη ἀριθμητὰ τὰ διεστῶτα ἢ καθόλου, ἢ κατά τι, πάσης διαστάσεως [89] ἀποκλήρωσίν τινα ἐμφαινούσης [90] αἰτίου ἀποτεταγμένης ἀγεννήτου φύσεως.

77. αὐτὸ ἑαυτοῦ *restitui ex Refut. Vulgo legitur* αὐτὸς αὐτοῦ.
78. ἂν *non agnoscit gemellus in Refut. locus.*
79. ὁρᾷ *infra legitur, at hic libri praebent* ὁρᾶν.
80. δευτέρου *edidi ex Refut. Libri enim h. l. habent* δευτέραν.
81. ἀγεννήτου *infra.*
82. ἐν μὲν δὴ ἀτελεῖ *scripsi ex emendat. Petavii. Vulgata scriptura est* εἰ μὲν δὴ ἀτελῆ. *Infra legitur* εἰ μὲν διατελῶν. *Pro* διαμένειε, *quod vulgo legitur, restitui* διαμένει *ex Refut.*
83. *Reposuerim* αὐτὸ.
84. αὐτοῦ *infra.*
85. ἔχει *codd. mss. uterque.*
86. ὁμολογουμένης *infra.*

XXXVIII. Si nihil eorum quae visum effugiunt semetipso sativa quadam vi prius est, atque definita naturae sorte continetur, qui fieri potest ut ingenitus deus ab omni sortitione liber suam ipsius substantiam modo in genita sobole inferioris cuiusdam ac secundae conditionis, modo in ingenito primariae esse videat, ita ut prioris insit ac posterioris ordo?

XXXIX. Si in ingenita natura perseverat deus, detrahendum hoc illi est, ut generari se atque ingenitum esse cognoscat. Quod si id illi detur ut per geniti ingenitique conditionem illius natura traducatur, substantiam ipse suam ignorat, cum ab utraque, geniti scilicet atque ingeniti, qualitate distrahatur.

XL. Si vero genitum conditionis ingeniti particeps est, et in geniti natura perpetuo manet, necesse est ut se imperfecta in natura constitutum esse cognoscat, et illam ingeniti communionem ignoret. Neque enim idem de seipso et ingenitae substantiae et genitae notitiam informare potest.

XLI. Si ingeniti proprietas levis est, ac minimi facienda, quod in mutationem proclivis sit, immutabilis substantia naturae quaedam dignitas est, cum ingenita substantia omnium confessione caussis omnibus antecellat.

XLII. Si ingenitum caussam nullam penitus habet, sintque ingenita complura, immutabili natura constabunt. Neque enim velut attributa communis cuiusdam ac peculiaris naturae conditione participsque facta altera molita est, altera producta.

XLIII. Si substantia omnis ingenita est, nihil a se invicem hac ex parte different, quod neutra dominationi subiecta sit alterius. Quare quinam affirmari potest mutari unam, alteram mutare, cum deo minime permittant ut ex nulla subiecta substantia producat.

XLIV. Si omnis substantia ingenita est, perinde et nulla variabilis est. Quod si variari natura non potest, agere ac pati ad fortuitum quendam casum referenda sunt.

XLV. Quod si multa sint ingenita et invariabilia, nullo certo a se invicem numero discrepabunt. Neque enim comprehendi numero poterunt quae vel absolute vel aliqua ex parte differant, cum differentia omnis determinatae caussae in ingenita natura velut attributam sortem significet.

87. ὑφιστάναι *infra.*
88. τε καὶ *infra.*
89. ἀποκλήρωσίν τινα *dedi ex Refut. Scripti libri et edit. princ. praebent* ἀποκλήρωμα τινὰ. *Petavius edidit* ἀποκλήρωμα τί τινὰ, *sed* ἀποκληρώματά τινα *suspicatus.*

90. αἰτίου *dedi ex Refut. Libri vulgo praebent* ἔτι, *quod Petavius uncinis inclusit. Cornarius vertit* quum omnis distantia sortem ac partitionem quandam ostendat caussae disiunctae ingenitae naturae.

μϛ΄. Εἰ τὸ ἀγέννητος καὶ τὸ θεὸς ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ δηλοῖ, [91] ἀγέννητον ἀγέννητος ἐγέννησεν. Εἰ δὲ ἕτερόν τι δηλοῖ τὸ ἀγέννητον, ἕτερον δὲ τὸ θεὸς, οὐκ ἄτοπον [92] τῷ θεῷ [93] θεὸν γεγεννηκέναι, ἑκατέρου τὴν ὕπαρξιν λαβόντος ἐξ ἀγεννήτου οὐσίας.

μζ΄. Εἰ δὲ [94] τὸ πρὸ τοῦ θεοῦ μηδὲν εἴη, ὥςπερ οὐκ [95] ἔστι, τὸ θεὸς καὶ τὸ ἀγέννητον ταὐτὸν δηλοῖ, οὐ προςιεμένου τοῦ γεννήματος τὸ ἀγέννητον. Διὸ οὐδὲ [96] τὸ συνεκφωνεῖσθαι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ [97] αὐτοῦ ἀνέχεται.

Ἐρρωμένους καὶ ἐρρωμένας ὑμᾶς ὁ ὢν αὐτογέννητος θεὸς, ὁ καὶ μόνος [98] ἀληθινὸς θεὸς προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀποσταλέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑποστάντος τε ἀληθῶς πρὸ αἰώνων, καὶ ὄντος [99] ἀληθῶς γεννητῆς ὑποστάσεως, διατηρήσει ἀπὸ τῆς ἀσεβείας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ [100] κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ πᾶσα δόξα [101] τῷ πατρὶ καὶ νῦν [102] καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ΠΕΠΛΗΡΩΤΑΙ ΤΟ ΣΥΝΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΑΕΤΙΟΥ.

Καὶ ἔστι τῶν εἰς ἡμᾶς ἀπὸ μέρους ἐλθόντων αὐτοῦ φθοριμαίων λέξεων, ὡς ἔφην, ἡ ἀρχὴ παρ' ἡμῶν ἀνατρεπομένη αὕτη. Τριακόσια
pag. 931. γὰρ ὁμοῦ κεφάλαια ὁμοιότροπα τούτοις φασὶν αὐτὸν πεποιηκέναι, πάσης βλασφημίας ἔμπλεα. Ἐνταῦθα δὲ ὡς ἀπολλυμένου σώματος ἑρπετοῦ καὶ σαπέντος [1] ἐπηβόλου τινὸς σπουδαίου ἀναλεξαμένου τῶν τοῦ ἑρπετοῦ λειψάνων τὰ ὀστέα εἰς λύμην τινῶν, ἣν καυχᾶται ἐπιβουλὴν πεποιηκέναι, τισὶ γράφων δῆθεν, ὡς κατὰ φιλοκαλίαν περιέχει τὸ συνταγμάτιον, οὗ ἡ ἀρχὴ οὕτως. Οὗ εἵνεκεν καὶ αὐτοὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας τὰ ἰατικὰ τῶν λόγων τῆς θείας γραφῆς ἀναλεξάμενοι ἀπαρχῆς ἄχρι τέλους ἀνατρεπτικὴν ἀντίδοτον κατασκευάσωμεν τοῖς βουλομένοις ἰαθῆναι τῆς αὐτοῦ ἰοβολίας, ἄντικρυς ἑκάστης λέξεως ἀνατροπὰς παραθησόμενοι τῶν αὐτῶν συλλογιστικῶν κεφαλαίων οὕτως.

ΤΑ ΑΕΤΙΟΥ, ΤΟΥ ΑΝΟΜΟΙΟΥ.

Ἐπειδὴ [2] τοῦ ἐπενεχθέντος ἐν καιρῷ ἡμῖν διωγμοῦ ὑπὸ τῶν χρονιτῶν τινες τῶν προειρημένων σφετερισάμενοι μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν πονημάτιον σπουδασθὲν ἡμῖν ἰδιαζόντως περὶ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ παρενθήκαις τε καὶ ἀφαιρέσεσι διαφθείραντες ἐξέδωκαν, τὴν

91. ὁ ἀγέννητος ἀγέννητον *infra.*
92. *Vulgo* δὲ τῷ. *V. quae annotavero infra ad Refut.*
93. ἓν (ἐν cod. Ien.) *codd. mss. uterque.*
94. *Verba* τὸ πρὸ *desiderantur in Refut.*
95. ἔστιν, ὁ θεὸς *infra.*
96. τὸ *abest infra.*
97. αὐτῷ *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*
98. διὰ τοῦτο ἀληθινός *infra.*

XLVI. Si ingenitus et deus pro uno eodemque sumantur, ingenitus ingenitum genuit. Sin diversum quiddam ingenii ac dei vocabula declarant, nequaquam absurdum est deum a deo genitum esse, cum uterque ab ingenita substantia originem duxerit.

XLVII. Si ante deum nihil omnino fuit, uti revera nihil extitit, deus et ingenitum idem plane significant, cum genita soboles ingenitum non admittat. Unde cum deo ac patre suo simul appellari sese non patitur.

Deus ille, qui a nullo alio genitus est, quique solus verus deus ab Iesu Christo, qui ab eo missus erat, appellatus est, Christo, inquam, qui revera ante saecula omnia extitit, estque sine dubio genita substantia, sanos vos sanasque et incolumes ab impietate custodiat in Christo Iesu domino nostro, per quem omnis gloria patri et nunc et semper et in saecula saeculorum, Amen.

HACTENUS AETII OPUSCULUM.

Hoc igitur perniciosissimarum Aëtii sententiarum, quarum ad nos particulae quaedam pervenerunt, principium est nostra hac disputatione refellendum. Ferunt enim trecenta ab illo conscripta capitula istorum similia, ac contumeliis divinum in numen referta. Hic autem perinde ac si quis emortui cuiusdam ac putrefacti serpentis peritus ac studiosus artifex reliquias atque ossa legerit, ita pestiferae illius doctrinae partem, quam ad homines decipiendos scripto illo suo ad quosdam dato commisit, ac de eo tanquam egregio aliquo opere gloriatur, huius, inquam, partem lucubratiuncula illa continet, cuius initium descripsimus. Quibus de caussis et nos ex scripturis sacris divina quaedam atque efficacissima remedia ab initio ad finem usque collegimus, ex quibus antidotum quoddam confecimus in eorum gratiam qui ab illius veneno ac peste curari voluerint. Ac singulorum propemodum verborum ex syllogisticis illis capitulis confutationem istiusmodi subiecimus.

AETII ANOMOEI PRAEFATIO.

Quoniam persecutionis illius tempore, quam contra nos temporarii quidam homines excitarunt, nonnulli ex iis quos diximus inter alia multa opusculum quoddam privatim a nobis elucubratum de ingenito deo ac genito surripientes, plerisque additis aut detractis, in-

99. *ἀληθῶς abest infra.*
100. *σωτῆρι infra.*
101. *τῷ θεῷ καὶ πατρὶ infra.*
102. *καὶ ἀεὶ abest infra.*

1. *„γρ. ἐπιβόλου" legitur in marg. edit. Petav.*
2. *ἐν καιρῷ τοῦ ἐπενεχθέντος legebatur supra.*

ἀκόλουθον ἀμείψαντες ἀγωγὴν, ἦλθε δὲ μετὰ ταῦτα [3] τοῦτο εἰς ἡμᾶς, τινὸς τῶν σπουδαίων ἡμῖν αὐτὸ προςκεκομικότος, ἠναγκάσθην οἷα πατὴρ αὖθις διακαθάρας ἐκπέμψαι ὑμῖν τὸ σύγγραμμα, ὦ πάντες [4] εὐσεβείας ἀθληταί τε καὶ ἀθλήτριαι, ὅπως ἂν εἰδέναι ἔχοιτε κατ' ἔννοιαν τῶν ἁγίων γραφῶν εἰρῆσθαι ἡμῶν τὸ [5] λογίδιον, δι' οὗ πάντα ἄνθρωπον ἀντιλέγειν ὑμῖν ἐπιχειροῦντα περὶ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ παύειν ἀναισχυντεῖν συντόμοις [6] περιτροπαῖς δυνήσεσθε, πάντων δὲ [7] μᾶλλον τοὺς προειρημένους χρονίτας· ἐν εἴδει τῶν στιχηρῶν [8] ἐπαπόρησιν ἀπορήσεως διαστήσας, καὶ λύσιν λύσεως, διὰ τὸ εὐπερίδρακτον καὶ σαφὲς τῶν ἐπιχειρημάτων, ποιησάμενος τὴν ἀρχὴν περὶ ἀγεννήτου θεοῦ.

Ἀνατροπή. Κατὰ λέξιν τῆς διαλεκτικῆς σου κομπίας, καὶ συλλο-
pag. 932. γιστικῆς ματαιοπονίας τὴν ἀνατροπὴν ποιήσομαι, μὴ ὑπερβαίνων, μηδὲ ἐν δευτέρῳ τιθέμενος τῶν δοκουσῶν σοι μειζόνων ἢ καὶ βραχέων λέξεων τὸ ἀμύθητον. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπεὶ ἄνω γράφων τοῖς τοῦ σοῦ πληρώματος ἀθληταῖς καὶ ἀθλητρίαις ἔφησθα χρονίτας τινὰς σφετερισαμένους ἅπερ μετὰ χεῖρας εἶχες τοῦ πονηματίου, [9] ἐρωτηθείσης τῆς παρὰ σοὶ λέξεως σὲ μᾶλλον τοῦτο τὸ ὄνομα κεκτημένον, καὶ τοὺς ἀπὸ σοῖ μεμαθητευμένους, ἵνα μὴ εἴπω πεπλανημένους, διελέγξειεν. Ἡ μὲν γὰρ θεοῦ ἁγία πίστις ἀπαρχῆς οὖσα, καὶ ἀεὶ, ἀρχαΐζουσα, καὶ μὴ παλαιουμένη, ἔστιν ἀεὶ, καὶ ἡδραίωται ταύτης ὁ θεμέλιος, καὶ ὑπάρχει, ἔχουσα τὸν αὐτῆς δεσπότην ἄχρονον. Διὸ οὐδὲ αὐτὴ χρονικὴ ὑπάρχει, ἀλλ' ἀεί ἐστι μετ' ἀγγέλων ἐμπολιτευομένη, καὶ ἁγίους κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν κοσμοῦσα. Σὺ δὲ μᾶλλον χρονικὸς ὑπάρχεις, βουκοληθεὶς ὑπὸ τῆς πλάνης, καὶ ἐπαρθεὶς κατὰ τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ σὸν βόσκημα τῆς ἀγέλης χυδαίως εἰς νομὴν ἀκανθώδη παρεμπλέξας. Οὐδεὶς γὰρ κατὰ σὲ τῶν παλαιῶν ἐφρόνησεν, ὦ Ἀέτιε, ὁ κατὰ χρονικῶν γράφων, αὐτὸς χρονικὸς ὑπάρχων, καὶ οὐκ ἀρχαΐζων. Εὐθὺς δὲ ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς, ὡς ἔφης πονημάτιον γεγραφέναι, εἰπὼν περὶ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ, ἐξέπληξας τὸν βίον ἐν τῇ τοσαύτῃ σου φωτεινῇ ἐπιβολῇ τοῦ λόγου, ἵνα οὕτως περιγέλαστόν σου ποιήσωμαι τὸν λόγον τῆς διαλέξεως τῆς τοσαύτης σου καινοτομουμένης ὀνοματοποιΐας.

Τίς γὰρ τῶν τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ κήρυγμα κεκτημένων Χριστιανῶν παίδων [10] τοῦτον καταλείποι, προτραπεὶς ὑπὸ σοῦ διὰ τῆς

3. αὐτὸ *supra.*
4. εὐσεβεῖς *supra.*
5. λόγιον *supra. Pro* ἡμῶν *codd. mss. vitiose habent* ἡ μὲν, *ut iidem paulo supra* προκεκομικότος *pro* προςκεκομικότος.
6. „γρ. περιτομαῖς" *legitur in marg. edit. Petavii. Supra legebatur* ἐπιφοραῖς.
7. *Supra* μάλιστα τοὺς προειρημένους.
8. ἐπ' ἀπόρησιν ἀπορήσεως, καὶ λύσιν *supra.*
9. *Distinxi post* πονηματίου, *commate*

terpolatum ac depravatum ediderunt, perturbata insuper ordinis serie, atque illud idem postea literarum quidam ad nos studiosus attulit, necesse habui, utpote illius auctor, recensitum ac repurgatum opus istud ad vos mittere, quicumque pietatis athletae utriusque sexus estis, ut intelligatis nihil non in eo ex sacrarum literarum germano esse sensu prolatum. Cuius quidem praesidio eos omnes qui contradicere voluerint paucis quibusdam breviter obiectis prohibere poteritis, ne de ingenito deo ac genito sermonem impudenter instituant, ac temporarios illos inprimis, quos attigi. Porro haec disputationis capita versuum in modum ita digessimus, ut et obiectiones alias ex aliis, et quaestionum dissolutiones necteremus, quo et ad comprehendendum faciliora et planiora, quibus utimur, argumenta vobis essent. Ab ingenito vero deo disputandi initium fecimus.

Confutatio. I. Tuam illam ex dialecticorum et disputandi artificum officina profectam vanam, et insolentem orationem, sic ad verbum refellam, nullam ut ex infinitis illis dictionibus maiorem minoremve praetereundo dissimulem. Ac primum quod ad tuae factionis athletas viros ac foeminas scribis, temporarios quosdam opusculi illius, quod prae manibus habebas, et in quo rem omnem interrogationibus comprehenderas, partem surripuisse, vel ex hoc ipso tuo scripto convinci potes, ad teipsum potius discipulosque tuos, ne erroris socios appellem, nomen istud pertinere. Etenim sacrosancta dei fides ac religio, cum ab initio atque ab ultima vetustate extitit, licet non obsolescat aut inveteretur unquam, tum perpetuo stat, solidissimo fundamento nixa; cuius dominus extra tempus omne constitutus est. Quocirca neque ipsa tempori subiacet, sed cum angelis versatur assidue, sanctosque per singulas generationes exornat. Tu vero temporarius multo magis appellandus es, qui et in errorem abductus es, et fastu arrogantiaque distentus, et gregis tui pecudes passim per dumis ac spinis consita pascua propulisti. Nemo enim eadem tecum ex veteribus sensit, o Aëti, temporarios scriptis tuis lacessens, temporarius ac recens ipse. Sed in ipso statim operis aditu, cum te lucubratiunculam de ingenito deo ac genito scripsisse narras, adeo illustri principio, ut tam inusitata novorum vocabulorum licentia commemoranda tuam omnem illam disputationem ludibrio traducam, summam homines in admirationem adduxisti.

II. Ecquis est vero Christianorum omnium qui salutarem dei doctrinam obtinent, qui hac ipsa derelicta confictis tuis fabulis ac nugis,

post λέξεως, *quod vulgo reperitur deleto, cum verba* ἐρωτηθείσης τῆς παρὰ σοὶ λέξεως *ad sequentem enuntiationem pertinere viderem. Uti vertit, licet parum eleganter et accurate, etiam Cornarius* quum producta sit apud te dictio, utique coarguerit te magis hoc nomen possidere *cett.*

10. *Petavius suspicatus est* τοῦτο.

μυθώδους σου πλάνης ἐάσας θεὸν ἀεὶ ὄντα, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἀεὶ ὄν, καὶ ἐλθὼν ἀκούσει παρὰ σοῦ περὶ γεννητοῦ θεοῦ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐν μωροῖς καταλεχθείη, διδασκόμενος προςκυνεῖν τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογημένος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν; Οὐκ ἔχομεν γὰρ ἡμεῖς κτιστὸν θεὸν, οὐ ποιητὸν, ἀλλ' ἄκτιστον καὶ [11]ἀγέννητον, ἐκ πατρὸς γεγεννημένον ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως. Κἄν τε γὰρ σοφίζῃ τὸ γεννητὸν [12]γεννητὸν ὁμωνύμως καλεῖν βουλόμενος, οὐ δέξομαί σου τὴν λέξιν, κἄν τε οὐχ, οὕτως νοήσῃς ἠλαττωμένως παρὰ τὸ ἐκ
pag. 933. πατρὸς γεγεννῆσθαι. Ἐξ ἀκανθῶν γὰρ οὐ συλλέγουσι σταφυλὰς, οὔτε ἐκ τριβόλων σῦκα· οὐδὲ ἐξ ἀνδρὸς πεπλανημένου ὀρθὸς ἂν ὑπολειφθείη λόγος. Ἐφίμου γὰρ καὶ ὁ κύριος τοὺς δαίμονας Χριστὸν αὐτὸν ὁμολογοῦντας. Κατ' ἔννοιαν δὲ τῶν θείων γραφῶν φάσκεις εἶναι τὸ [13]λογίδιον. Λέγε μοι, ποία γραφὴ θεία ἐδίδασκε προςκυνεῖσθαι θεὸν ποιητόν; Καὶ ὅτι μὲν θεὸς ἀγέννητός ἐστι, παντί τῳ σαφὲς εἴη. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ὀνομαστὶ ἔγκειται ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. Ἀπὸ δὲ ὀρθοῦ καὶ εὐσεβοῦς λογισμοῦ καὶ αὐτῆς [14]τῆς συνέσεως περὶ θεοῦ [15]εὐσεβῶς τοῦτο νοεῖν καὶ λέγειν ἀραρότως ἔχει. Λέγεις δὲ, ἵνα εἰδέναι ἔχοιεν οἱ ὑπὸ [16]σοῦ ἀθληταί τε καὶ ἀθλήτριαι καλούμενοι, πεπλανημένοι δὲ μᾶλλον, πῶς πρὸς ἕκαστον ἀποκριθῶσι διὰ συντόμου καὶ εὐπεριδράκτου λόγου, στιχηρῶν τρόπον τὰ κεφάλαια ὑπὸ σοῦ συντεθεῖσθαι. Διὸ αὐτὰ τὰ δοκοῦντά σου ἰσχυρὰ ῥήματα, καὶ σοφιστικὰ, ἃ πρὸς τοὺς μείζους εἰς ἀντιλογίαν ἐξήσκηταί σοι, μᾶλλον δὲ ἵνα πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπάρῃς στόμα, ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς καὶ ἰδιῶται, καὶ οὐ μείζους, ἀλλὰ βραχύτεροι πολλῶν τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ποιησόμεθα, ὡς προεῖπον, τὴν ἀνατροπὴν τῆς ἀσυστάτου ταύτης καὶ σφόδρα εὐτελοῦς φλυαρίας.

Καὶ ἕως ὧδε ἐχέτω σου ἡ κατὰ τοῦ προοιμίου ἀντίθεσις τῆς ἡμῶν [17]βραχυτῆτος. Ἀρχὴν δὲ αὖθις τῶν ὑπὸ σοῦ κεφαλαίων καθεξῆς κατατάξας ἄντικρυς ἑκάστης λέξεως καὶ κεφαλαίου ἀντιπαραθήσομαι τὰς ἐκ τῶν θείων γραφῶν καὶ ἐξ ὀρθοῦ λογισμοῦ ἀντιρρήσεις τε καὶ ζητημάτων παρά σοι λογικῶν ἀνατροπὰς, ὅπως οἱ θεοῦ δοῦλοι καὶ ἀληθεῖς ἀθληταὶ ἐντυχόντες καὶ κατανοήσαντες τὴν πᾶσάν σου ἀτοπίαν καταγελάσωσι, λέγοντες, Ἡ ὑπερηφανία τῆς καρδίας σου ἐποίησέ σοι ταῦτα· σὺ γὰρ εἶπας ταῦτα ἐν τῇ διανοίᾳ σου, Ἀναβήσομαι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐπάνω τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ θήσομαι τὸν θρόνον

11. *Rescribe* ἀγένητον.

12. *Repone* γενητόν. *Cornarius quoque ita interpretatus est* sed increatum et non factum, ex patre genitum sine principio et sine tempore. Sive enim voce genitum versute uteris, genitum aequi voce etiam factum vocare volens *cett.*

13. λο λέγε *cod. Rhedig.* λεγίδιον. λ. *est vitium edit. Petav. Colon. repet.*

inductus aeterno deo eiusque spiritu sancto neglecto ad tuas partes transire malit, ac de genito deo disputantem audiat, ut et ipse inter stultos numeretur, *et creaturam loco creatoris adorare condiscat, qui* Rom. 1, 25. *est benedictus in saecula, Amen?* Nos enim creatum non habemus deum aut factum, sed increatum, et a nullo conditum, a patre vero sine initio ullo ac tempore genitum. Quicquid in hac geniti voce calumniae struxeris et ambigue usurparis, eam abs te dictionem non admittam, tametsi ne ita quidem accipias ut patre inferior factus esse dicatur: *Neque enim e spinis colligunt uvas, neque ex tribulis* Matth. 7, 16. *ficus,* neque ab eo qui errorem secutus est sanum ac sincerum dogma proficisci potest. Quare dominus ipse silentium daemonibus indixit, *Qui se Christum esse fatebantur.* Quod autem ad sacrarum Luc. 4, 41. literarum sententiam exactum esse libellum illum asseris, dic, amabo te, quaenam divinae scripturae pars factum deum adorandum esse docuerit. Quod enim ingenitus sit deus, dubitat nemo. Ac tametsi nominatim illud in scripturis expressum non fuerit, nihilominus ut de deo constanter ita cogitemus ac profiteamur, cum recta piaque ratio, tum prudentia ipsa persuadet. Addis vero, quo athletae illi tui, vel erroris potius socii, facilius intelligant, quemadmodum brevi atque expedita oratione unicuique obiectioni respondeant, versuum more te singula capita digessisse. Quamobrem haec ipsa tua, ut quidem existimas, firmissima, sed sophistica argumenta, quae ad confutandos praestantiores quosque elaborasti, ut os tuum superbe contra veritatem extolleres, haec nos, inquam, viles et idiotae, neque ex primariorum illorum numero, sed plerisque qui in sancta dei ecclesia censentur inferiores, refutare, uti diximus, aggredimur, ac tuam illam inconditam abiectissimamque loquacitatem refellere.

III. Sed adversus tuum illud prooemium hactenus disputatum est. Venio nunc ad illud tuorum capitum principium, quod ubi proposuero, adversus unamquamque vocem et caput suam refutationem e sacris literis ac recta ratione depromptam, hoc est logicarum omnium tuarum quaestionum dissolutionem opponam: ut cum dei servi, iidemque veriores athletae, ex iis nostris quam absurda sit doctrina tua didicerint, irrideant, et illud usurpent: *Superbia cordis tui haec* Isai. 14, 13 sqq. *tibi fecit: tu enim dixisti haec in cogitatione tua, Ascendam in coelum, et supra stellas coeli ponam thronum meum: sedebo in monte*

14. σῆς *ed. Petav. Colon. repet. vitiose.*
15. εὐσεβῶς, *quod vulgo abest ab editis, reposui ex utroque codd. mss. Agnoscit Cornarii versio* de deo pie hoc cogitare.
16. τοῦ *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*
17. βραχυτῆτος *codd. mss. uterque et edit. princ.* βραχύτητος *ed. Petav.*

μου· καθιῶ ἐν ὄρει ὑψηλῷ, ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τὰ πρὸς βορρᾶν· ἀναβήσωμαι [18] ἐπάνω τῶν νεφελῶν, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ· νυνὶ δὲ εἰς ᾅδου καταβήσῃ, εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς, καὶ τὰ ἑξῆς.

pag. 931. ## ΚΑΙ ΕΣΤΙΝ Η ΑΡΧΗ ΤΩΝ ΑΕΤΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΑΥΤΗ.

α΄. Εἰ δυνατόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ θεῷ τὸ γεννητὸν ἀγέννητον ποιῆσαι.

Ἀνατρ. Πρῶτον μὲν τὸ εἰς θεὸν λογίσασθαι ἀδύνατον [1] ἀσεβές. Ἦ μόνον τὸ ἀπρεπὲς τῇ αὐτοῦ θεότητι, καὶ αὐτὸ οὐκ ἀδυνάτου ὄντος αὐτοῦ ποιεῖν, ἀλλ' ἀπρεποῦς οὔσης τῆς φαυλότητος θεῷ, ᾧ οὐδὲν ἀδύνατον, ἀλλὰ [2] διὰ τὸ τὸ φαῦλον ἀδύνατον εἶναι τῇ ἐνθέῳ αὐτοῦ δυνατῇ ἀγαθότητι, καὶ αὐτῷ ἀγαθῷ ὄντι.

Καὶ ἄλλως, εἰ τὸ γεννητὸν ἀγέννητον παρὰ θεῷ ἀγαθὸν εἰς ἔργον νομισθείη, ἀδυνάτως δὲ ἔχει τὸ εἰς ἀγαθὸν γινόμενον ἀγαθῶς ἐπιτελέσαι, τοῦτο ἧττα περὶ τὸν δυνατὸν εἴη, βουλομένου τὸ προκριτέον ἐργάσασθαι, καὶ μὴ δυναμένου. Εἰ δὲ τὸ ἀγέννητον ἀγαθὸν, τὸ γεννητὸν δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ἀγαθῶς γεγέννηται, ἀγαθῆς οὔσης ἐξ ἀγαθοῦ θεοῦ τῆς τάξεως τοῦ γεννητοῦ, καὶ παρ' αὐτῷ νομισθείσης, οὐκ ἂν ποιήσειεν τὸ καλῶς γεννητὸν ἀγέννητον, ἐπειδὴ καλῶς νεμόμισται αὐτῷ τὸ οὕτως εἶναι καλόν. Ἐπεὶ οὖν τοῦ καλοῦ οὐχὶ διὰ τὸ ἀδύνατον οὐ μεταβάλλεται ἡ τάξις, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀγαθῶς οὕτως εἶναι, ἀγαθὸς ἄρα ὁ ἀγέννητος θεὸς, ἀγαθὰ δὲ τὰ ἐξ αὐτοῦ γενόμενα ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει, μὴ λαβόντα ἀγεννήτου ὄνομα. Οὐ γὰρ θεοὺς κτιστοὺς ἐποίησεν, ἵνα θάτερον θατέρῳ παρεκτεινόμενον ἀφανίζῃ διὰ τῆς ἐπωνυμίας τὸ ἀνώνυμον τοῦ μείζονος πρὸς τὸ ἧττον. Εἰ μὲν γὰρ ὁ μέν ἐστι θεὸς ἀγέννητος, ὁ δὲ θεὸς γεννητὸς, τῶν φύσεων ἀκοινωνήτων οὐσῶν ἀδύνατόν ἐστι κοινωνῆσαι κατὰ φύσιν τῷ τοῦ ὀνόματος ἀξιώματι, ἀλλ', εἰ ἄρα, καταχρηστικῇ τινι χάριτι, καὶ αὐτὸ κατὰ συμμετοχὴν τοῦ πλουσίου χαριζομένου τῷ ἥσσονι· ὁ δὲ ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἰς τὸ τοῦ μείζονος ὄνομα ἑαυτὸν καλέσειε, παντάπασι γινώσκων ἀλλότριον ἑαυτὸν ὄντα τοῦ κατὰ φύσιν ἀξιώματός τε καὶ ὀνόματος. Λέξειε δ' ἄν τίς σοι, ὦ Ἀέτιε, τὸ, Θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ οὐκ, Ἐγένετο θεὸς ὁ λόγος. Πῶς ἕξει τὸ κατὰ φύσιν τῆς [3] εὐγενείας ὄνομα, ἢ πῶς ἰσωθήσεται, εἴ
pag. 935. πέρ τι γέγονε τῷ [4] τοῦ Χριστοῦ ἀξιώματι; Ἢ πῶς τὸ, Θεὸς ἦν, ἐκκοπήσεται, χρόνου μὴ ἐπιδεχομένου τοῦ Ἦν διαίρεσιν ἐργάσασθαι,

18. *Verba ἐπάνω — ἔσομαι desiderantur in edit. Petav. Colon. repet.*

1. ἀσεβὲς ἢ μόνον τὸ *codd. mss. et edit. princ., in qua distinctio comparet ante ἀσεβές et post ἤ. Edit. Petavii habet ἀσεβὲς ἢν μόνον τὸ (τε est in exemplaribus Colon. repetitis) distractione post ἢν deleta. Cornarius convertit* Primum quidem deo attribuere impossibilitatem, impium est. Nam et quod indecorum est ipsius deitate, etiam idipsum facere non est ei impossibile, sed indecora est ipsi malitia.

2. διὰ τὸ φαῦλον **cod. Ien.** διὰ τὸ τὸ φαῦλον **cod. Rhedig.** (τὸ superscript)

excelso supra montes arduos, ad aquilonem ascendam supra nubes, et ero similis altissimo: nunc vero ad inferos descendes, ad fundamenta terrae etc.

INCIPIUNT AETII CAPITA.

I. Si ingenitus deus potest quod genitum est ingenitum facere.

Confut. I. Inprimis esse aliquid quod deus facere nequeat, impium est cogitare. Et quidem aliquid est duntaxat quod deum minime deceat; non quod ad illud faciendum satis virium non habeat, sed quod malitia, verbi gratia, deum, cui nihil impossibile est, minime deceat; eo quod malum omne divinae illius ac potentissimae bonitati, ipsique adeo qui bonus est impossibile sit.

Praeterea, si quod factum ac genitum est ingenitum reddi facto ipso bonum iudicaret deus, neque tamen istud boni bene perficere posset, tum demum praepotens ille deus viribus destitutus esse videretur; qui quod praestantius est moliri cupiens nequaquam posset assequi. Verum cum et quod ingenitum est bonum sit, et quod genitum est suo in ordine bene sit genitum, quoniam genitarum rerum conditio bona est et a bono deo profecta, nec aliter ab eo ipso iudicatur, nunquam ille quod praeclare genitum est ingenitum facere volet; quandoquidem ita se rem habere bonum esse idem ille persuasum habet. Quamobrem cum boni conditio nullo modo mutetur, non quod id illi impossibile sit, sed quod bene ad eum modum constituta sit, bonus utique factus a nullo deus est, bona itidem, quae ab eo sunt in ordine suo facta, tametsi ingeniti appellatione careant. Non enim creatos deos condidit, ut alterum cum altero comparatum appellatione ipsa superioris supra inferiorem excellentiam, quae nulla appellatione comprehendi potest, obscuret et extinguat. Nam si deus alter a nullo factus alter factus est, cum nulla sit inter naturas communio, fieri non potest ut secundum naturam nominis illius dignitatem communem habeat, nisi forte abusione quadam et gratia, hoc est participatione quadam, fieri dicatur ut eiusmodi beneficio inferiorem dives afficiat. Nam ille quidem sibi nunquam superioris nomen imposuerit, ut qui se ab illa naturae dignitate appellationeque alienum prorsus intelligat. Sane illud, o Aëti, merito tibi aliquis obiecerit, *Deus erat verbum*, neque, Verbum deus factum est. Qui- Ioann. 1, 1.
pag. 958. δὲ τοῦ, Ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντος, εἰς τροπὴν μὴ παρερχομένου. Τούτων δὲ οὕτως ὄντων, καὶ ἐν τελείᾳ γνώσει οὕτως παρὰ τοῖς θεοδιδάκτοις σαφῶς ὁμολογουμένων, οὔτε τὸ, Θεός μου καὶ θεὸς ὑμῶν, [8] οὔτε, Ὁ πατήρ μου καὶ πατὴρ ὑμῶν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ εὔλογον ἐπικοινωνίας διὰ τοῦ ὁμωνύμου διοίσει τῆς ἀκραιφνοῦς οὐσίας ἀπὸ τῆς ὑπεροχῆς τῆς ἰδίας ἰδιότητος πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς πατέρα, καὶ ἁγίου πνεύματος ὡσαύτως.

Κεφάλ. Ἀετίου ιη'. Εἰ ἡ ἀγέννητος οὐσία κρείττων ἐστὶ γενέσεως, οἴκοθεν ἔχουσα τὸ κρεῖττον, αὐτοουσία ἐστὶν ἀγέννητος. Οὐ γὰρ βουλόμενος ὅτι βούλεται γενέσεώς ἐστι κρείττων, ἀλλ' ὅτι πέφυκεν. Αὐτὸ οὖν ὑπάρχουσα οὐσία ἀγέννητος ὁ θεὸς οὐδενὶ λόγῳ ἐπιτρέπει καθ' ἑαυτῆς γένεσιν ἐπινοῆσαι, ὠθοῦσα φέρεσθαι κατὰ τῶν γεννητῶν πᾶσαν ἐξέτασιν καὶ πάντα λογισμόν.

Ἀνατρ. Τοῖς αὐτοῖς ἡμᾶς σκυλμοῖς περιέβαλεν Ἀέτιος, ταυτολογεῖν ἡμᾶς, ὡς ἔφην, καὶ πολλάκις παρασκευάζων διὰ τὴν ἐξ ὑπαρχῆς ἄχρι τέλους αὐτοῦ περὶ τῶν αὐτῶν ταυτολογίαν. Οὐ γάρ ποτε ἡ πίστις ἡ πάντα πιστὸν σώζουσα ἐκ συλλογιστικῆς ὑπονοίας ἀνθρώπων συνέστηκεν· ἐπειδὴ γὰρ ἐπισφαλεῖς εἰσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων διάνοιαι, καὶ οὐ δυνάμεναι πρὸς τὸ ἄπειρον τῆς τοῦ θεοῦ οὐσίας ἐπεκτείνεσθαι. Καὶ γὰρ τὸ πᾶν τῆς σωτηρίας ἡμῶν Χριστοῦ ζωτικὸν μυστήριον Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρία, ἡμῖν δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία· ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Πῶς οὖν οὐκ ἄν τις τὸν Ἀέτιον ἐν τοῖς Ἰουδαίοις μὲν διὰ τὸ σκάνδαλον τῶν αὐτοῦ συλλογισμῶν καταστήσειεν, Ἕλληνα δὲ διὰ τὸ ἐκ τῆς ἰδίας ἐθελοσοφίας μωρίαν ἡγεῖσθαι τὴν τοῦ θεοῦ ἀλήθειαν; Καὶ γὰρ εἷς καὶ κρείττων πάσης κτίσεως καὶ δη-

6. „Deest κοινωνοὺς, aut simile quid" *annotavit Petavius. Equidem nihil excidisse puto, sed rescribendum* ὑμῖν ἔντος γενέσθαι. *Cornarius vertit* societatem, quam ego amore hominum ductus apud vos praesens dedi vobis ut fieretis, velut dictum est *cett.*

ut esse possetis indulsi. Sic enim scriptum est: *Dedit illis potestatem filios dei fieri.* Ioann.1, 12. Propterea cum ille apud ipsos existeret, formam servi suscepit, cum recentiori recens communionem suscipiens; sic ut interim vetera eodem in statu permanserint, neque confusionem ullam passa fuerint. Hominum quippe filii eiusmodi participatione ad incorruptum statum translati sunt, non eadem substantia coniuncti. At cum servi formam filius accepisse dicitur, illud *accipiendi* vocabulum novum aliquid ac recens istud extitisse demonstrat. Quod autem additum est, *cum in forma dei esset*, mutationem nullam intercessisse significat. Quae cum ita sese habeant, ac cum perfecta dei cognitione coniuncta palam ab iis asserantur qui divinitus instituti sunt, neque haec verba, *Deus meus et deus vester*, neque ista, *Pater meus et pater vester*, puram illam ac sinceram dei naturam a consentanea, nec ipso indigna, communione propter vocis ambiguitatem separare poterunt, aut quicquam de proprietatis excellentia detrahent, qua pater cum filio, filius cum patre, ac spiritus sanctus denique comparantur.

Aetii Caput XVIII. Si ingenita substantia generationi praestat, insitam in sese habens excellentiam suapte natura ingenita est substantia. Neque enim cui libitum est pro eo quod libitum est generationi antecellit, sed quod ita natura comparatus est. Quare cum deus per sese ingenita sit substantia, rationi nulli permittit sibi ut generationem affingat, sed inquisitionem omnem et ratiocinationem ad res genitas amandat ac reiicit.

Confut. XVIII. In easdem nos molestias Aëtii importunitas immisit. Qui dum eadem saepius ab initio ad finem usque repetit, eiusdem nobis faciendi necessitatem imposuit. Enimvero fides, quae catholicos omnes ad salutem perducit, humanorum argumentorum subtilitate non constat. Quandoquidem lubrica et in errorem prona sunt hominum ingenia, neque cum infinita dei substantia adaequari possunt. Et vero totum illud salutis nostrae a Christo administratum mysterium, quod hominibus vitam attulit, *Iudaeis scandalum* 2.Cor. 1, 23. *fuit, gentibus stultitia, nobis vero vocatis Iudaeis et gentibus Christus dei virtus et dei sapientia: quoniam quod stultum est dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est dei fortius est hominibus.* Quis igitur Aëtium non primo Iudaeis annumeret, quod syllogismis suis aliis offensionis caussam praebeat? tum vero gentilem esse censeat, quod prae affectata sua sapientia divinam veritatem stultitiae condemnet? Etenim unus ille conditor omnium atque artifex omni

7. ἐνόντων *mendose legitur in edit. Petav. Colon. repet.*

8. *Fortasse* οὔτε τὸ, Πατήρ μου.

pag. 959. μιουργίας ὁ κτιστὴς καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων. Οὐ παρὰ τοῦτο, ὅτι ἔστι κρείττων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων, οὐ ποιεῖ καὶ κτίζει τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα· οὐδὲ γὰρ φθονεῖ τῇ ἰδίᾳ ἀγαθότητι. Οἴκοθεν γὰρ ἔχει τὸ αὐτοάγαθον, ὅπερ ἐστὶ πάντων κρεῖττον. Οὔτε γὰρ [1] εἴσω παθῶν περιέχεται, ἢ φθόνου, ἢ βασκανίας. Καὶ τὰ ὄντα ἐξ οὐκ ὄντων ἐτελεσιούργησεν. Οὐ γὰρ [2] τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα, ὑποβεβηκότα δὲ τὴν αὐτοῦ ἀσύγκριτον θεότητα, οὐ καθ' ἑαυτοῦ ἐπενοήθη τὰ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα, ἀλλ' εἰς δόξαν αὐτοῦ, πρὸς τὸ δεῖξαι τὴν ἄφθονον αὐτοῦ θεότητα, αὐτοαγαθότης οὖσα καὶ αὐτοουσία ἐπικοινωνοῦσα τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων κτισθεῖσι, τὸ εἶναι αὐτὰ θελήσας καὶ μετέχειν τῆς αὐτοῦ ἕκαστον τῶν κεκτισμένων κατὰ τὴν ἀναλογίαν δωρεᾶς ἑκάστης ὑποθέσεως· [3] φωστῆρσι μὲν τὸ φῶς κεχάρισται, οὐρανῷ δὲ τὰ κάλλη τῆς διακοσμήσεως, γῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸ αὐτοῦ βούλημα μέρη ἀρετῆς ἐχαρίσατο, ἀγγέλοις τε τὸ δοῦναι αὐτοῖς ἀφθαρσίαν, καὶ ἄλλαις ἁγίαις δυνάμεσιν, ἀνθρώπῳ τε τὸ τῆς εἰκόνος ἀξίωμα καὶ ζωῆς καὶ γνώσεως καὶ λογικοῦ χαρίσματος δῶρον. Καὶ οὐκ ἀπὸ βουλήματος μόνον ὑπῆρξεν αὐτῷ τοῦτο, ὡς ἂν εἴποι τις μελλητικῶς, ἢ [4] κατὰ μετάμελον ἢ συμβουλευτικὸν λογισμὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοάγαθον. Πέφυκε γὰρ [5] αὐτοάγαθον συμπρεπόντως αὐτῷ τὰ πάντα ἔχων καὶ ποιῶν καὶ ἐργαζόμενος. Ὥςπερ οὖν τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι οὐκ ἀπρέπειαν τοῦτο περιεποιήσατο, ἀλλὰ δόξαν καὶ γνῶσιν ἐπαίνου ἀφθονίας τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονόσιν εἰς εἴδησιν καὶ αἴσθησιν [6] ἐλθὸν, οὕτω καὶ δόξα ἐστὶν οὐ προςληπτικὴ τῆς αὐτοῦ θεότητος (οὐ γάρ ποτε [7] ἐνδεῖται τὸ θεῖον προςθήκης δόξης, ἀλλὰ αὐτοδόξα καὶ αὐτοαρετὴ καὶ αὐτοθαῦμα καὶ αὐτουμνηγορία) τὸ τὸν πατέρα γεννῆσαι, εἰ καὶ αὐτὸς οὐ γεγέννηται· ἵνα ἐκ πηγῆς ἀεὶ οὔσης ἀΐδιος πηγὴ συνυπάρχων ἐξ αὐτοῦ οὖσα πηγὴ ἐκ πηγῆς, καὶ θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι, οὐ χρόνῳ ὑποπεσὼν, ἀλλ' ἅμα πατέρα ἔχων ἀληθινῶς, καὶ ἅμα τὸν πατέρα υἱὸν ἔχοντα ἀληθινῶς, οὐκ ἀποπρεποῦντα πατρὶ, οὐ τὸ ἀσύγκριτον ἀφανίζοντα.
pag. 960. Οὐ γάρ ἔστι σωματική τις διαστολὴ, ἀλλὰ λόγος ἐνυπόστατος, θεὸς ἐκ πατρὸς ὢν, πνεῦμα ἐκ πνεύματος, καὶ θεὸς ἐκ θεοῦ, ἀποκλείων πᾶσαν συλλογιστικὴν ὑπόνοιαν, εἰς ζωὴν ὢν πιστοῖς καὶ ὅλοις τοῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς δι' αὐτοῦ καὶ ἀπ' αὐτοῦ γεγονόσι, τοῖς πιστεύουσι καὶ γινώσκουσι καὶ μὴ μωρίαν ἡγουμένοις θεοῦ τὴν δύναμιν καὶ θεοῦ

1. ἴσω *codd. mss.* ἴσως *ed. princ.*
2. τὰ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*
3. *Distinguendum fortasse est* κεκτισμένων. Κατὰ τὴν ἀναλογίαν δωρεᾶς ἑκάστης ὑποθέσεως φωστῆρσι μὲν *cett.*
4. *Correxi* κατὰ μετάμελον. *In libris mss. et ed. princ. legitur* κατάμελον, *ed. Petav. habet* κατὰ μέλλον. *Ita supra haer.* 66, 47. ἀλλὰ καὶ δεύτερον, *dixit,* ἀπεσταλμένον εἰς τὸ σῶσαι, ὅπερ φάσκεις αὐτὸς εἶναι πνεῦμα ζῶν, κατὰ μετάμελον; *uti haer.* 64, 30 (23), εἰ δὲ ἐκ μεταμέλου τοῦτο φαίη περιπεποιηκέναι τὸν θεὸν ὁ ἀντιλέγων κτλ.
5. αὐτοάγαθος *coniectavit Petavius.*
6. ἐλθὸν *emendatio Petavii est. Libri*

creatura opificioque praestantior. Non propterea quod productis a se omnibus antecellit, non eadem ista molitur ac procreat. Neque enim quae illius est bonitas, invidia tangitur, quandoquidem ipsam in se bonitatem complectitur, quae res una ceteris praestat omnibus. Neque perturbationibus obnoxius est, velut invidiae, livori etc. Quare quaecumque demum existunt, e nihilo perfecit. Nam quae ab ipso condita sunt, quaeque incomparabili eius divinitate longe inferiora sunt, non adversus ipsum excogitata fuerunt, sed ad eius honorem ac gloriam, ut magnificam et invidiae expertem illius divinitatem indicent. Quae quidem ipsamet est bonitas et substantia, quae cum iis rebus quas e nihilo creavit sua communicat, easdemque et esse vult et unamquamque pro naturae suae conditione suorum beneficiorum esse participem. Unde et sideribus lucem impertitus est, et coelo descriptionis ordinisque pulchritudinem, et terrae, ceterisque, pro eo ac voluit partem aliquam virtutis attribuit, et angelis ac reliquis sanctis mentibus immortalitatem concessit, et hominem denique imaginis dignitate, vita, scientia, ac rationis proprio munere donavit. Quod quidem ipsum non illius in sola voluntate positum fuit, quasi cunctando, et in futurum deliberando, ut ita dicam, apud se tractaret, sed pro ipsamet, quae in illo est, bonitate perfecit; cuius hoc proprium est, ut congruenter sibi contineat, efficiat ac molitur omnia. Quemadmodum igitur quod dictum est, nihil indignum aut indecens bonitati eius aspersit, sed gloriam ac cum praedicatione coniunctam largitatis suae notitiam peperit, ubi ad eorum quos condidit cognitionem sensumque pervenit, ita et summa in eo divinitatis gloria est, non illa quidem extrinsecus adscita (nec enim divinum numen accessionem ullam requirit, quippe cum ipsamet gloria sit, virtus ipsa, admirabilitas ipsa, ipsa praedicatio), hoc inquam in illius gloriam cedit, quod pater ipse generet a nullo genitus, ut ex perenni fonte perennis aeque fons emanet, cum ipso et ex ipso, e fonte, inquam, fons existens, deus ex deo, lumen de lumine, qui sine ullo initio semper fuit, non subiectus tempori, adeo ut et patrem filius in se vere sit complexus, et pater filium, qui nec illo indignus est, nec incomparabili eius excellentiae quicquam detrahit. Siquidem non corporea quaedam distractio locum illic habet, sed verbum subsistens, deus a patre procedens, spiritus a spiritu, deus ex deo, omnes syllogismorum argutias excludens, ac fidelibus vitam concilians, universisque quos pater per ipsum et ab ipso produxit, fide nimirum, et cognitione praeditis, qui dei vim ac sapientiam, quae inquisitionem

vulgo habent ἐλθών. 7. ἐνδεεῖται *codd. mss. et edit. princ.*

τὴν σοφίαν, τὴν ὑπερβαίνουσαν [8] πᾶσαν ἐξέτασιν καὶ πάντα λογισμὸν, μάλιστα φθαρτῶν ἀνθρώπων, ὡς καὶ αὐτὸς Ἀέτιος ἄκων ὡμολόγησεν.

Κεφάλ. Ἀετίου ιθ'. Εἰ στερήσεώς ἐστι δηλωτικὸν ἐπὶ θεοῦ τὸ ἀγέννητον, μηδὲν δὲ εἴη τὸ ἀγέννητον, ποῖος λόγος ἂν ἀφαιρήσειε τοῦ μὴ ὄντος [1] τὸ μηδέν; Εἰ δὲ ὂν σημαίνει, τίς ἂν [2] ὁρίσειεν [3] ὄντος θεοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ἑαυτοῦ;

Ἀνατρ. Τὰ κατὰ στέρησιν λεγόμενα παρὰ τοῖς ἔξω διαλεκτικοῖς φέρει ἡμῖν Ἀέτιος ὡς ἐπὶ θεοῦ εἰδήσεως καὶ ὠφελείας τοῦτο διαλαμβάνων, πρότερον ἀγνοήσας ἐπὶ τίσι παρὰ τοῖς ἔξω τὸ στερητικὸν λαμβάνεται. Οὐ γὰρ παρὰ πᾶσι ἐνδέχεσθαι τὸ κατὰ στέρησιν λέγεσθαι βούλονται οἱ τῶν διαλεκτικῶν λόγοι, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τοῖς κατὰ φύσιν τι κεκτημένοις. Τούτοις γὰρ ἐπὶ τἀναντία ἐνδεχομένοις ἵστασθαι τῶν κατὰ φύσιν αὐτοῖς ὑπαρχόντων τὸ κατὰ στέρησιν λέγεται, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων οὐκέτι. Οἷον τὸ Τυφλὸς ἐπὶ τοῦ λίθου οὐκ ἂν εἴποι τις (ὁ γὰρ πεφυκὼς ὁρᾶν, εἶτα ἀποβαλὼν τὸ ὁρᾶν, τυφλὸς ἀκούει· εἰ μέν τοί γε πετεινὸν, ἢ ἄνθρωπος, ἢ κτῆνος, ὅτι πεφυκὸς ὁρᾶν, ὅτε ἐστέρηται, τυφλὸν στερητικῶς λέγεται), οὕτως καὶ τὸ Ἀόργητον οὐκ ἂν εἴποιμεν τὸν λίθον, ἢ τὸ Ἄκακος, ἢ [4] τὸ Ἄφθονος· οὐ γὰρ πέφυκεν· ἐπὶ μέν τοι ἀνθρώπου καὶ κτήνους τοῦ πεφυκότος ὀργίζεσθαι, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο, εἴποι ἄν τις κατὰ στέρησιν, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων οὐκ ἂν ἔτι.

Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ [5] ληπτέον, ὡς πρὸς τὸν Ἀέτιον ἀποτεινομένου τοῦ λόγου, καὶ ἐρωτικῶς ἐξετάζοντος. Λέγε ἡμῖν, ὦ Ἀέτιε, pag. 961. οἶδας ἀσύγκριτον πρὸς τοὺς πάντας τοὺς μὴ ὄντας ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἢ καὶ αὐτὸν σὺν τοῖς ἅπασιν ἀριθμεῖν τολμήσειας; Καὶ εἰ μὲν [6] τοῖς πᾶσι τοῦτον ἀριθμήσειας, τοῖς μὴ ἐκ τῆς οὐσίας [7] αὐτοῦ οὖσιν, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων ὑπ' αὐτοῦ διὰ τοῦ ὄντος ἐξ αὐτοῦ κατ' οὐσίαν γεγεννημένοις, πάρεξ μόνου αὐτοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τοῦ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ ἀσυγκρίτου πατρὸς καὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ ὄντος, ἀτοπωτάτη ἂν εἴη σου ἡ ὁμολογία. Πῶς γὰρ ἔτι εἷς ἐκ τῶν πάντων ἐξ οὗ πάντα ἐξ οὐκ ὄντων [8] γεγένηται; ἀδύνατον γὰρ τοῦτο,

8. πᾶσαν ἐξέτασιν correxerunt ex superioribus Cornarius et Petavius. Libri, tam scripti quam editi, habent συνεξέτασιν.

1. τὸ omissum est supra.

2. Supra extat χωρήσειεν ὄντος ὅπερ ἐστὶν, αὐτό γε αὐτοῦ;

3. ὄντως θεὸν codd. mss. uterque. Scribendum fortasse τίς ἂν χωρίσειεν ὄντως θεὸν, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς, ἑαυτοῦ;

4. indefessum vertit Cornarius.

5. ληπτὸν codd. mss. et edit. princ.

6. Scribendum aut ἐν τοῖς, ut voluit

omnem ac rationem corruptibilium praesertim hominum superat, ut vel invitus ipse confitetur Aëtius, stultitiae non adscribunt.

Aetii Caput XIX. Si ingeniti vox privationem in deo significat, nihilque plane sit ingenitum, quaenam ratio ab eo, quod non est, nihil possit auferre? Sin existens quicpiam sonat, quis ab eo, quod est idipsum quod est, hoc est ipsum a semetipso, secernat?

Confut. XIX. I. Quae privantia dialecticis nominantur, in medium nobis affert Aëtius, et ad dei scientiam atque intelligentiae fructum aliquem transferre conatur. Sed illud inprimis ignorat, quibus rebus significandis privationis vocabulum a philosophis impositum sit. Neque enim privatione affecta promiscue dici omnia dialecticorum regulae patiuntur, sed ea solum quae natura sua aliqua re praedita sunt. Haec enim cum naturae suae contrarium in statum aliquando redigantur, tum demum privari dicuntur; quorum vero naturalis illa conditio mutari non potest, ad ea vox ista nequaquam convenit. Ita lapidem nemo caecum appellaverit. Hoc enim vocabulum ei soli tribuitur qui quem a natura sortitus est videndi sensum amiserit, uti volucres, homines, pecudes, quae visu, quem habent a natura, spoliata privativa voce caeca nominantur. Sic et iracundiae, vel malitiae, vel invidiae lapidem nemo dicat expertem, quoniam ad haec natura minime comparatus est. Ad hominem vero, sive pecudem, quae iracundiae capacia sunt, cum ea carebunt, privantia illa nomina transferri poterunt, ad cetera non item.

II. Eodem modo et in deo istud accipiendum est. Atque ut ad Aëtium nostra convertatur oratio, libet hunc in modum interrogare. Dic sodes, Aëti, Utrumnam illum cum ceteris omnibus qui eadem e substantia non sunt comparari putas posse, an cum iis annumerare non dubites? Si in aliorum coetum numerumque retuleris qui non ex ipsius substantia sunt, sed e nihilo per eum qui ab ipsomet secundum substantiam ortus est ab illo procreati sunt, a quibus solus eximendus est filius cum spiritu sancto, qui ex incomparabilis patris et unigeniti eius filii substantia processit: si ad ceterorum, inquam, conditionem abieceris, nihil fidei professione tua esse potest absurdius. Quì enim unus ex omnibus erit, a quo sunt e nihilo cuncta producta? Fieri illud utique non potest; neque tute

Petavius, aut ἐναριϑμήσειας pro ἀριϑμήσειας, quod pari iure licebit.

7. αὐτοῦ *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

8. γεγέννηται *cod. Rhedig.*

καὶ οὐδ' αὐτὸς τοῦτο λέξειας. Μὴ ἐνδεχομένου δὲ τοῦ αὐτὸν εἶναι ὅμοιον, ἢ ἴσον τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονόσιν, ἀνένδεκτόν ἐστι τὰ ὅμοια αὐτὸν πάσχειν τοῖς ἀνομοίοις αὐτῷ, οἷς τὸ εἶναι αὐτὰ ἐξ αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, οἷς συμβαίνει κατὰ στέρησιν εἶναι τὸ ἐναντίον. Τὰ μὲν γάρ ἐστιν [9] ὁρῶντα οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν· οὔτε γὰρ καὶ τὸ εἶναι ἀφ' ἑαυτῶν ἐσχήκασιν, ἀλλὰ κατὰ δοτικὴν χάριν τοῦ δεδωρημένου, ἐν οἷς συμβαίνει τὸ πάθος κατὰ στέρησιν τῶν ἐν αὐτοῖς ὑπαρξάντων κατὰ τὴν δόσιν τοῦ δεδωρημένου, τοῦ ἀπαθοῦς, καὶ οὐκ ἔκ τινος ἔχοντος τὸ εἶναι, οὐδὲ δυναμένου στερίσκεσθαι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων ὑπάρξασιν. Εἰ οὖν οὐκ ἴσος ἐκεῖνος ὁ υἱὸς, ἢ ὁ πατὴρ, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα τούτοις, ἄλλος δέ ἐστιν ὁ υἱὸς παρὰ τούτους, οὐ τῇ ἴσῃ ὀνομασίᾳ κικλησκόμενος, ἐξαίρετον δὲ καὶ ἀσύγκριτον ὄνομα ἔχων, αὐτοαγαθὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοαγαθοῦ ὄντος, τίς ἂν ἡ συμπλοκὴ πρὸς τὸ στερητικὸν [10] ἐχούσης ἀντίθετον; [11] Περιττὸς γὰρ ὁ τοῦ τὸ στερητικὸν εἰσενέγκαντος ἡμῖν Ἀετίου λόγος τοῦ ἀγεννήτου θεοῦ καὶ γεννητοῦ υἱοῦ, οὐ κατὰ στέρησιν τὴν τῶν κτισμάτων ἔχοντος τὸ ὑπάρχον ἀξίωμα, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτομάτως καὶ ἰδιαζόντως καθ' ἑαυτὸ συμπρέπον τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ τε καὶ θεότητι. Ὡς ἐπὶ τοῦ ἀόργητος, οὐ διὰ τὸ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτοαόργητον, καὶ τὸ ἀγέννητος διὰ τὸ [12] αὐτοαγέννητον, κἄν τε ὁ υἱὸς γεννητὸς εἴη ἀπὸ τοῦ ἀγεννήτου· τῆς κατὰ στέρησιν λέξεως ματαίως κειμένης ἐπὶ τῷ ἀσυγκρίτῳ πρὸς τοὺς ἄλλους, κατὰ τὸν νοῦν τούτου τοῦ ὑποβάλλοντος. Οὔτε γὰρ τὰ ἄλλα τῷ γεγεννημένῳ ἰσάζεται, οὔτε ὁ ἀγέννητος τοῖς κεκτισμένοις τὸ
pag. 962. ὁμοούσιον μεταδίδωσιν· οὐκ ἀδυνάτου τοῦ δυνατοῦ κατηγορουμένου, ἀλλὰ τῶν ἀδυνάτων πρὸς τὸ δυνατὸν μὴ ἐπεκτεινομένων, διὰ τὸ ἐξαίρετον τοῦ ἑνὸς θεοῦ, καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Κεφάλ. Ἀετίου κ'. Εἰ αἱ στερήσεις [1] τῶν ἕξεων αὐτῶν εἰσιν ἀφαιρέσεις, τὸ ἐπὶ θεοῦ ἀγέννητον ἤτοι στέρησίς ἐστιν [2] ἕξεως, ἢ ἕξις στερήσεως. Ἀλλ' εἰ μὲν στέρησίς ἐστιν ἕξεως, πῶς ἂν τὸ μὴ προσὸν [3] ὡς προσὸν τῷ θεῷ συναριθμηθήσεται; Εἰ δὲ ἕξις ἐστὶ τὸ ἀγέννητον, ἀνάγκη προϋποθέσθαι γεννητὴν οὐσίαν, ἵν' οὕτως ἕξιν προσλαβοῦσα ἀγέννητος ὀνομάζηται. Εἰ δὲ [4] γεννητὴ ἀγεννήτου οὐσίας μετέσχεν,

9. ὄντα *suspicatus est Petavius. Retinui vett. librorum scripturam respectu exempli de caeco sumpti quo paulo superius usus erat.*

10. *Corrigendum videtur* ἔχον οὐσίας ἀντίθετον. *Cornarius vertit* quaenam fuerit ea complicatio quae ad privationem opposite se habet?

11. Περιττὸς *emendarunt Cornarius* (*vertens* Corruit enim Aetii sermo) *et Petavius. Libri habent* Περί τε.

unquam hoc asserueris. Quare cum iis quae procreavit e nihilo similis et aequalis esse nequeat, eadem cum sui dissimilibus pati nulla ratione poterit; quibus hoc convenit, ut e nihilo tam ab illo ipsa producta sint, quam quae ipsis insunt, quibus per privationem accidunt contraria. Haec enim omnia minime a seipsis existunt, sed ex benigna dantis largitione; quibus etiam utpote e nihilo productis pati aliquid contingit, cum iis ipsis rebus privantur, quae a largitore illo communicatae fuerant; qui neque pati aliquid potest, et a nullo alio habet ut sit, neque privari ullo modo potest. Quapropter cum aequalis illis non sit filius, uti neque pater, neque spiritus sanctus, ac diversus sit ab istis filius, quibus cum eadem appellatione minime continetur, sed eximium nomen habet et excellens, ut ipsummet bonum ab eo qui ipsummet perinde bonum est profectum dicatur, quaenam esse potest cum iis quae oppositam ex adverso privationem habent commistio? Supervacanea igitur est Aëtii privationem nobis invehentis oratio. Nam ingenitus deus ac genitus filius non ex creatarum rerum privatione dignitatem obtinent suam, sed ex eo quod sponte sua, peculiariter, ac per sese substantiae suae divinitatique congruit. Ita cum expers irae dicitur deus, non id ab ira ipsa petitur, sed ex eo quod ira per sese vacat. Sic etiam ingenitus appellatur, quod existat a seipso, licet ab eodem ingenito filius sit ipse genitus. Itaque frustra est apposita illa vocabulo negatio, cum ad eum transfertur qui cum ceteris vel ex ipsius qui mentionem huius fecit opinione comparari non potest. Non enim cetera adaequari cum genito possunt, nec ingenitus suam cum creatis rebus substantiam communicat. Quod non ulla praepotentis imbecillitate fieri putandum est, sed eo videlicet quod imbecilla cetera ad praepotentem usque provehi nequeant, ob unius dei et ab ipso procedentis unigeniti filii cum spiritu sancto singularem maiestatem ac praestantiam.

Aetii Caput XX. Cum privationes ablationes sint affectionum, quod in deo est ingenitum, vel affectionis privatio est, vel affectio privationi contraria. Igitur si affectionis privatio est, quomodo id quod non inest deo tanquam insit tribuitur? At si affectio quaedam est ingenitum, genitam substantiam existere ante, ac velut substerni necesse est, ut affectione illa ad eam accedente ingenita nominetur. Si vero genita substantia ingenitae particeps fuit, affe-

12. *Libri habent* αὐτογέννητον.

1. τῶν *abest supra, inserto* αὐτῶν *post* ἕξεων.

2. *Supra vulgo* ἕξεων. *In codd. mss. et in edit. princ. desiderantur verba* ἕξεως, ἢ ἕξις στερήσεως. Ἀλλ' εἰ μὲν στέρησίς ἐστιν, *quae Petavius ex superioribus supplevit.*

3. ὡς προςὸν *abest supra.*

4. ἡ γεννητὴ *supra.*

ἕξεως ὑπομείνασα ἀποβολὴν ἀγεννησίας ἐστέρηται. Εἴη ἂν οὖν οὐσία μὲν γεννητὴ, τὸ δὲ ἀγέννητον ἕξις. Εἰ δὲ τὸ γέννημα παρόδου ἐστὶ δηλωτικὸν, δηλονότι ἕξεώς ἐστι σημαντικὸν, ἄν τε μεταπέπλασται ἐξ οὐσίας τινὸς, ἄν τε τοῦτό ἐστιν ὃ λέγεται γέννημα.

Ἀνατρ. Ἤδη μὲν οὖν περὶ στερητικῆς ὑποθέσεως πολλὰ συμμαχεσάμενος ὁ Ἀέτιος τοῖς ἀπὸ τῆς πίστεως ἀλλοτρίοις, καὶ αὐτὸς ἴσα ἐκείνων κατὰ τῆς πίστεως ἐξωπλίσατο, οὐδὲν ἀπὸ πίστεως λέγων, οὐδὲ μεμνημένος τοῦ ῥητοῦ πρὸς τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν κενολόγους φωνοῦντας, καὶ οὐ κρατοῦντας τὴν ἀρχὴν τῆς πίστεως, ὡς πρὸς αὐτοὺς διελεγκτικῶς ὁ λόγος φησὶ, Εἶπον ἐγὼ ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· μετὰ καὶ τοῦ, Ἐταπεινώθην σφόδρα. Νῦν δὲ αὖθις τοῖς αὐτοῖς κατατριβόμενος, στερήσεως, ὀνομασίας τε καὶ ἕξεως, καὶ συλλογισμῶν ἀνθρωπίνης σφαλερᾶς ὑπονοίας, φόρτον προβαλλόμενος, καὶ πνευματικῶς ἀνακρινόμενος ἑαυτοῦ [5] φείδεται ἀνακόψαι τὸ ἴδιον ὅρμημα τῆς ἐξ ἀνθρωπίνης πανουργίας, [6] ἀφεὶς περὶ θεοῦ λέγειν ἃ βούλεται. Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς, καίπερ πολλὰ περὶ στερητικῶν διαλεχθέντας, ἀναγκάζει πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐμμένειν, καὶ ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν
pag. 963. ἀνατροπαῖς κατατρίβεσθαι. Καὶ ἦν μὲν ἱκανὴ ἡ πρὸ ταύτης ἀνατροπὴ δυναμένη, διὰ τὸ ὁμόρροπον καὶ ὁμώνυμον τοῦ συλλογιστικοῦ αὐτοῦ λόγου, κατὰ [7] τῶν ἀμφοτέρων φέρεσθαι. Ἀλλ' ἐπεὶ [8] δεῖ μήτε ἵππον σιδηρόστομον ἀχαλίνωτον ἐᾶν, κἄν τε κατὰ βαράθρων φέρηται, κἄν τε ἀπὸ τοῦ ὁρμήματος ἤδη ἀνεκρούσθη, οὔτε ἀνδρὶ κατὰ τῆς πίστεως τὰ αὐτὰ λέγοντι συγχωρεῖν, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸν λέγειν, αὖθις ἐροῦμεν ὅτι, εἰ μὲν αἱ στερήσεις ἕξεών εἰσιν ἀφαιρέσεις, τὸ ἐπὶ θεοῦ ἀγέννητον ἤτοι στέρησίς ἐστιν ἕξεως, ἢ ἕξις στερήσεως, καὶ πάλιν, εἰ μὲν στέρησίς ἐστιν ἕξεως, πῶς ἂν τὸ μὴ προσὸν ὡς προσὸν τῷ θεῷ συναριθμηθήσεται;

Καὶ ἢ τοιούτως ἢ τοιούτως περὶ θεοῦ σε διανοεῖσθαι, ὦ Ἀέτιε, καὶ ἕξεις περὶ τὸν θεὸν τοπάζειν, ἔσται σοι μὲν ἡ διάνοια [9] στερισκομένη. Ὅσα γὰρ [10] ἂν ἐπαναβῇ ἡ καρδία σου πρὸς θεὸν ἀποτίθεσθαι, πλὴν μόνου τοῦ πιστεύειν καὶ ὑπερθαυμάζειν, καὶ ἐξ ὅλης διανοίας δοξάζειν, ἐλεγχθήσῃ, θεὸν μὲν μὴ δυνάμενος συλλογίζεσθαι, μήτε τὸν αὐτοῦ υἱὸν, μήτε τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, ἵνα μή σε ὁ θεὸς ἐλέγξῃ, καὶ ψεύστης γένῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐν ἡμῖν γὰρ καὶ ἕξεις καὶ

5. οὐ φείδεται *coniecit Petavius. Cornarius vertit* et spiritualiter percunctans seipsum, eo enititur ut proprium suum propositum relidat, ex humana versutia, a qua de deo dicit quae vult.

6. ἀφεὶς *emendavit Petavius.* ἀφ' ἧς *librorum scriptura est.*

7. τὴν *cod. Rhedig.*

8. ἐπεὶ δεῖ *correxerunt Cornarius atque Petavius.* ἐπειδὴ *praebent libri tam*

ctionis iactura facta conditionem amisit ingeniti. Quare substantia quidem genita fuerit, ingenitum autem affectio. Quod si genita soboles transitum quendam significat, non dubium est affectionem indicare certam, sive quadam e substantia mutatione conformata sit, sive hoc ipsum est genita soboles quod esse dicitur.

Confutat. XX. I. Iamdudum de hoc privationis negotio multa cum iis qui a recta fide alieni sunt consentanee dixit Aëtius, eodemque cum illis studio oppugnandi catholici dogmatis elatus est, adeo quidem, nihil ut e sincerae fidei praescripto pronuntiet, nec illius sententiae meminerit quae adversus eos contorquetur qui ex ingenio suo pleraque inaniter effutiunt, neque ad fidei principium adhaerescunt. Quos quidem his verbis scriptura condemnat: *Ego* Psalm. 115, 11.
dixi in excessu meo, Omnis homo mendax; item, *Humiliatus sum nimis.* Nunc autem in iisdem sese versans, privationis affectionisque vocum, et humanae ac lubricae opinionis argumentorum onus et molestiam praeferens, ac spiritaliter diiudicatus proprium animi impetum ab humana calliditate profectum inhiberi non patitur, eique ut de deo quae velit eloquatur laxis habenis permittit. Quin et nos quoque post multa de privationibus verba facta ad idem retractandum ac refutandum impellit. Sufficere quidem poterat quod ad eum refellendum in superiori confutatione diximus, quod propter eandem argumentorum vim ac similitudinem ambobus opponeretur. Sed quoniam neque contumacis oris equum infraenatum relinquere par est, sive per praecipitia feratur, sive concitatum cursum represserit, neque ei homini qui eadem adversus fidem inculcat cedere oportet, ut non ei contradicatur, hunc in modum idcirco disputabimus: Si privationes quidem affectionum quaedam ablationes sint, ingenitum, quod deo tribuitur, vel affectionis quaedam privatio est, vel affectio privationi opposita. Item, si privatio affectionis est, quonam pacto id quod non inest deo tanquam insit tribuitur?

II. Ad hunc igitur, vel ad istum modum cogitare potes, Aëti, ac de deo coniecturam capere, tua vero nihilominus in privatione mens versabitur. Etenim quantavis se contentione animus tuus ad deum erigat, si solam fidem et admirationem, et enixam ex toto pectore praedicationem excipias, eo tandem redigeris ut appareat deum te ratiocinationibus assequi minime potuisse, nec ipsius filium, nec spiritum sanctum, ne te convincat deus ac mendacii redarguat, ut scriptum est. Ergo et affectiones in nobis, et vo-

scripti quam editi.

9. στερισκομένη *cod. Ien. et editi libri.* περισκόμενη *cod. Rhedig.* περικεκομμένη *marg. ed. Petav. (est cod. Paris., ni fallor, ea scriptura). Fortasse corrigendum* παρακεκομμένη.

10. δ'ἂν (δἂν *cod. Rhedig.*) *codd. mss. et edit. princ.*

τὰ θελήματα καὶ αἱ διάνοιαι σφαλεραὶ, ἐπειδὴ φύσεώς ἐσμεν καὶ οὐσίας τοιαύτης. Φύσις δὲ λέγεται καὶ οὐσία θεοῦ. Καὶ οὐ παρὰ τὸ φύσιν καὶ φύσιν ἡμᾶς ἀκούειν, καὶ [11] οὐσίαν καὶ οὐσίαν, χρὴ τὸν ἀσύγκριτον θεὸν τῇ ἡμετέρᾳ συγκρίνειν φύσει. Οὕτως καὶ ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐὰν εἴπῃς περὶ θεοῦ, ὦ Ἀέτιε, αὐτὸ ὅλον ἐστὶν ἀσύμπλοκον, ἀσύγκριτον, τέλειον ἐν ἑαυτῷ, μὴ ἐπιδεόμενόν τινος· αὐτοαίσθησις γάρ ἐστι, καὶ αὐτοθέλημα. Διὸ ἀσύγκριτον μονογενῆ υἱὸν ἀσυγκρίτως γεννήσας οὔτε τῆς ἑαυτοῦ ἐστέρηται οὐσίας, οὔτε τῆς [12] ἑαυτοῦ τὸν γεγεννημένον μόνον ἐκ μόνου, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μὴ ἔχοντα πρὸς τὰ ἄλλα ἰσότητα ἢ ἀξιώματος, ἢ φύσεως, ἢ ἑτέρας τινὸς ὑποθέσεως· οὐχ ἑαυτὸ ἐστέρησεν, οὔτε κατὰ ἕξιν, οὔτε κατὰ οὐσίαν τῆς ἀσυγκρίτου αὐτοῦ θεότητος, οὔτε τὸ ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἔφην, γέννημα ἐστέρηται τῆς τοῦ πατρὸς ἀξίας καὶ ἰσότητος, ἀσύγκριτον ὂν, καὶ τὸ
pag. 961. ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ὅπερ ἐστὶ τριὰς τελεία, τέλειος ὁ πατὴρ, τέλειος ὁ υἱὸς, τέλειον τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐ [13] συναλιφή τις οὖσα, οὐδὲ πρὸς ἑαυτὴν διαφυρομένη, οὐδέ τι ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα ὑποβεβηκὸς, ἵνα μὴ τὸ διακρινόμενον ἀφανίζῃ τὸ ἀσύγκριτον, καὶ τὸ ἠλλοιωμένον στέρησιν τοῦ εἶναι ἐργάσηται, ἕξει μόνον λεγόμενον, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ, ἢ ὡς ψιλῷ λόγῳ ὀνομαζόμενον ἐν παρόδῳ, καὶ μὴ ὄν, ὡς ἡ σὴ πάντως περινοεῖται διάνοια, ἀποξενῶσαι πειρωμένη τοῦ τῆς πίστεως λόγου, [14] ὅτι πιστεύειν δεῖ τὸν προσερχόμενον θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται· ὅπερ ἐν πατρὶ μόνῳ οὐ δύναται τελειωθῆναι. Ὁ γὰρ μὴ ἔχων τὸν υἱὸν οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει, καὶ ὁ τὸν υἱὸν λέγων οὐ δύναται ἐκτὸς πνεύματος ἁγίου.

Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ πατὴρ ἀληθινὸς θεὸς, ὡς μαρτυρεῖ ο υἱὸς, ὁ εἰδὼς τὸν πατέρα. Καὶ ἀληθινὸν φῶς ὁ υἱὸς, ὁ γινωσκόμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ μαρτυρούμενος. Καὶ πνεῦμα ἀληθείας τὸ πνεῦμα, τὸ οὐκ ἀλλότριον ὂν, ἀλλ' ἀπὸ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Ταῦτα δὲ ἀφαιρεῖται πᾶσάν σου [15] τῶν λόγων, Ἀέτιε, συλλογιστικὴν μυθολογίαν, καὶ οὐκ ἐνδέχεται ἡμᾶς προτρέψασθαι μαθητὰς γενέσθαι Ἀριστοτέλους τοῦ σοῦ ἐπιστάτου, καὶ ἐᾶσαι τὸν τῶν ἐν πνεύματι θεοῦ πεφωτισμένων ἁλιέων [16] ἀγραμμάτων ὄντων κατὰ τὸν λόγον, καὶ ἰδιωτῶν, κηρύκων δὲ ὄντων τῆς ἀληθείας

11. οὐσίας καὶ οὐσίας *cod. Rhedig.*

12. ἑαυτοῦ τὸν *scripsi Cornarium secutus, qui vertit* qui genitus est solus ex solo. ἑαυτοῦ τὸ *placuit Petavio. A libris vulgo abest articulus post* ἑαυτοῦ, *pro quo in cod. Rhedig. legitur* αὐτοῦ.

13. συναλιφὴ *codd. mss. et ed. princ. ubique, perpaucis locis exceptis.* συνα-

luntates, et cogitationes lubricae, et in errorem pronae sunt; quandoquidem ea naturae conditione sumus. Natura porro dei et substantia dicitur. Quod autem naturam ac naturam, et substantiam atque substantiam audimus, non ideo incomparabilem oportet deum cum natura nostra conferre. Eadem et ubique ratio est, quicquid de deo affirmare volueris. Est enim eiusmodi ut cum nullo alio commisceri aut comparari possit, perfectum in sese, ac rei nullius indigens. Est enim per se ipse sensus et per se voluntas. Unde incomparabilem unicumque filium sine ulla comparatione gignens nec substantia ipse sua privatus est, nec ille quem ex sese solum ex solo genuit, neque spiritus sanctus. Qui ambo nullam cum ceteris rebus dignitatis naturae, vel alterius rei, aequalitatem habent. Neque vero semetipsum privavit, sive affectionem, sive incomparabilis ipsius divinitatis substantiam spectes, nec illius, uti dixi, sobolem aeterno splendore est et aequalitate privata, quae perinde ac spiritus sanctus cum nullo alio in comparationem deduci potest, quae est perfecta trinitas, perfectus, inquam, pater, perfectus filius, perfectus spiritus sanctus. Quae quidem trinitas in se non confusio aliqua est, aut in se ipsa perturbationem ullam habet, aut quicpiam quod inferioris conditionis sit, ne si discernatur aliquid, incomparabile ipsum tollat e medio, aut si quid commutatum fuerit, esse desinat privatione sublatum, ac sola habitudine, non ex rei veritate, aut voce tenus sit, obiterque nominatum, ac denique nusquam extet, quod prava tibi opinione confingis, ex qua scripturae hanc sententiam a fidei professione excludere et abiudicare contendis, *Credere oportet accedentem ad deum, quoniam est, et quaerentibus ipsum remunerator est.* Hebr. 11, 16. Hoc autem solo in patre intelligi non potest. Nam qui filium non habet, patre quoque carere necesse est, et qui filium nominat, sine spiritu sancto facere istud nequit.

III. Est enim re ipsa pater verus deus, ut testatur filius, qui novit patrem, et vera lux est filius, qui cognoscitur eiusdemque testimonio declaratur, et spiritus veritatis est spiritus, qui non alienus est, *sed a patre proficiscitur, et a filio accipit.* Ioann. 16, 15. Atque haec omnia tuam illam argumentorum fabulam circumscribunt. Neque id hortatione ulla perficere potes ut Aristotelis praeceptoris tui discipuli esse velimus, aut piscatorum, qui dei spiritu collustrati sunt, doctrinam relinquere, illiteratorum quidem et rudium, sed veritatis nihilominus praeconum, quo munere dei virtute ac beneficio perfuncti

λοιφὴ *edit. Petav.*
14. ὃ *cod. Rhedig.*
15. τῶν λόγων *desideratur in cod. princ. Rhedig.*
16. γραμμάτων *codd. mss. et ed.*

ἐν δυνάμει θεοῦ, ᾗ κατηξίωνται. Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ συλλογιστικῷ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐν λόγῳ κομπαστικῷ, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ. Καὶ γὰρ ἀρκετῶς [17] ἠκούσαμεν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου σου τοῦ περὶ στερήσεως ἕξεων καὶ θέσεων, καὶ γεννητὴν οὐσίαν καὶ ἀγέννητον οὐσίαν προςλαμβάνουσαν, καὶ μὴ προςλαμβάνουσαν, καὶ μεθ' ἕξεως ἕξεως [18] ὑπομένουσαν ἀποβολὴν, καὶ περὶ οὐσίας καταπλεκομένης γεννητῆς, ἕξεως δὲ ἀγεννήτου, καὶ γέννημα λεγόμενον ἐν παρόδῳ, σημαινομένου δὲ ἐν ἕξει μόνῃ, καὶ ἕξεως δηλωτικὸν, μεταπλαζομένου ἐξ οὐσίας τινὸς, κἂν τε λεγομένου γεννήματος, ὡς ἔφης. Αὐτὰ γὰρ περὶ τῶν αὐτῶν τὸ διανόημά σου λαλεῖ, μηδὲν [19] περατοῦν κατὰ τῶν αὐτῶν φέρεσθαι φθεγγόμενον.

pag. 965. Κεφάλ. Ἀετίου κα'. Εἰ τὸ ἀγέννητον ἕξις, καὶ τὸ γεννητὸν ἕξις, αἱ μὲν οὐσίαι τῶν ἕξεων πρῶται, αἱ δὲ ἕξεις τῶν οὐσιῶν, εἰ καὶ δεύτεραι, ἀλλ' οὖν γε προτιμότεραι. Εἰ δὲ τὸ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ αἴτιόν ἐστι, τοῦ εἶναι [1] σημαινομένου, γέννημα συνειςφέρον τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ τὸν αἴτιον, [2] οὐσίας ἐστὶ δηλωτικὸν τὸ γέννημα, ἀλλ' οὐχ ἕξεως, τῆς ἀγεννήτου φύσεως οὐδὲν ἑαυτῇ συνειςαγούσης, πῶς οὐκ ἂν εἴη οὐσία, ἀλλ' ἕξις [3] καὶ ἡ ἀγέννητος φύσις;

Ἀνατρ. Ἕξεων διαληπτικὸν λόγον ἐπὶ θεοῦ τε καὶ μετὰ θεὸν κατασκευάζειν πάλιν ἡμῖν πειρᾶται Ἀέτιος, ὡς ὁρᾶτε, φίλοι τῆς ἀληθείας. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τίθησι, τὰ δὲ δεύτερα. Ἐπὶ θεῷ δὲ λαμβάνειν πρῶτα ἢ δεύτερα οὔτε θέμις λέγειν. Ἅμα γὰρ ἐν θεῷ τὰ πάντα πρόςεστι, καὶ προςθήκης οὐ δέεται. Διὸ καὶ τὸ γέννημα οὐκ ἀπὸ χρόνου νοεῖσθαι εὐσεβὴς χωρεῖ λόγος. Θεῷ γὰρ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τουτέστι τῇ τριάδι τῇ οὔσῃ ὅπερ ὁ ὢν θεὸς, καλεῖται πατὴρ ὁ ὢν, καὶ υἱὸς ὁ ὢν πρὸς τὸν ὄντα ὢν, γεγεννημένος ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως· ὡς τὸ, Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, καὶ τὸ ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς, καὶ τὸ, Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὡςαύτως, Τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐδὲν πρόσφατον ἐν τῇ τριάδι. Διὸ οὔτε [4] οὐσία πρὸ ἕξεως, οὔτε ἕξις πρὸ οὐσίας. Ἕξιν δὲ οὐ κατὰ τὰς σφαλερὰς λεγομένας ἕξεις, τροπὴν ἐχούσας ἐν ἑκάστῳ τῶν τὰς [5] θετικὰς ἕξεις ἐχόντων, εἰ καὶ ἕξιν περὶ θεοῦ λέγειν ἀναγκάσεις ἡμᾶς, ὦ Ἀέτιε. Καὶ οὔτε τι ἐν θεῷ προτιμότερον, οὔτε μετα-

17. ἠκούσαμεν emendatio Petavii est. Libri vulgo εἰκάσαμεν.
18. ἀπομένουσαν vitium est edit. Petav. Colon. repet.
19. περατοῦν reposui ex codd. mss. et ed. princ. παραιτοῦν extat in ed. Petav., qui ariolatus est πέρα τοῦ.

1. Male supra σημαίνων.
2. οὐκ οὐσίας cod. Rhedig. Vide quae supra de hac scriptura annotavi.
3. καὶ abest supra.
4. ἕξις (pro οὐσία) vitium est edit. Petav. Colon. repet.

sunt. Non enim in syllogismis argumentisve regnum coeleste positum est, neque in arroganti inflatoque sermone, *sed in virtute ac* 1. Cor. 4, 20. *veritate.* Nos autem satis superque hactenus tuam illam de privatione affectionum ac positionum disputationem audivimus, tum genitam illam ingenitamque substantiam adsciscentem sibi, vel non adsciscentem aliquid, et una cum affectione huius quoque iacturam patientem, nec non et de substantia genita simul implicata et ingeniti affectione, tum de sobole genita, quae per quendam veluti transitum expressa significationem nihilominus permanentis affectionis habet, et ex natura quapiam commutationem indicat, cum genita soboles appellatur. Ergo iisdem de rebus eadem saepius tuo ex ingenio proponis, quod eadem inculcare saepius nihil veretur.

Aetii Caput XXI. Si tam ingenitum quam genitum affectio sit, substantiae quidem affectionis priores, affectiones porro uti natura posteriores, sic iisdem anteponendae sunt. Quod si ingenitum geniti caussa est, eique confert ut existat, genitum vero caussam ipsam substantiae sua notione complectens substantiam ipsam, non affectionem exprimit, cum ingenita natura nihil ipsa secum includat, nonne substantia potius quam affectio quaedam debet videri?

Confut. XXI. I. De affectionibus cum de divina natura, perinde ac de inferioribus deo disputat, iterum agere instituit Aëtius, ut animadvertere potestis, veritatis studiosi omnes. In quo nonnulla priora facit, alia posteriora. Atqui priora ulla in deo, vel posteriora constituere, ne sermone quidem licet. Etenim simul in deo insunt universa, nec accessionem aliquam desiderat. Quocirca cum genitam sobolem dicimus, nihil omnino temporarium pietas admittit. Nam in sanctissima trinitate, hoc est deo patre, filio et spiritu sancto, qui est deus existens, pater existens vocatur, nec non et existens filius cum existente comparatus, ab eoque citra initium ullum tempusque genitus; ut ex iis scripturae locis intelligimus: *Apud* Psalm. 35, 10. *te est fons vitae:* item, *In lumine tuo videbimus lumen:* et, *Qui est in sinu patris:* item, *In principio erat verbum, et verbum erat apud* Ioann. 1, 1. *deum, et deus erat verbum.* Similiter et de spiritu sancto: *Spiri-* Agg. 2, 5. *tus meus consistit in medio vestri.* Vides quam nihil in trinitate sit recens? Unde nec substantia affectionem, nec substantiam antecedit affectio. Ceterum affectionem cum dicimus, non fluxas illas et caducas intelligimus, quae in unaquaque earum rerum quae adventitiis rebus afficiuntur vires suas ac mutationes exerceat, utcumque nos a te coacti affectionis vocabulum ad divina transferimus. Nihil est igitur in deo vel antecellens, vel aetate posterius, sed ea dun-

5. τεθεικὰς codd. mss. et ed. princ.

γενέστερον, ἀλλ' ὅσα πρέπει τῷ ἀξιώματι πρὸς δοξολογίαν, τῇ μὲν μιᾷ θεότητι καὶ μία δοξολογία καὶ μία τιμὴ, ἵνα τιμῶσι τὸν υἱὸν, ὥςπερ τιμῶσι τὸν πατέρα· καὶ ἵνα μὴ βλασφημῶσι τὸ πνεῦμα διὰ τὸν τῆς
pag. 966. ἀπειλῆς λόγον, τὸν μὴ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς συγχωροῦντα ὧδε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ὡς πρεπόντως [6] ἐστὶν, οὐδὲν διηλλαγμένως ἔστι περὶ τὴν τριάδα νοεῖν, ἢ εὐσεβεῖν, ἢ δοξάζειν, ἐν πατρὶ δὲ τὸ πατὴρ, ἐν υἱῷ δὲ τὸ υἱὸς, ἐν ἁγίῳ πνεύματι τὸ [7] ἅγιον πνεῦμα οὕτως λέγειν, καὶ οὕτως ἐν ἀληθείᾳ δοξάζειν, ὅπερ πρεπόντως τῇ μιᾷ τριάδι προςκυνητῶς τὸ σέβας νέμειν ἡ ἀληθινὴ πίστις, καὶ τὸ ἀξίωμα γινώσκειν. Καὶ οὔτε τὸ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ δέεται, εἰς τὸ συνειςφέρεσθαι ἑαυτῷ τῇ οὐσίᾳ, ἵνα [8] αἴτιος οὐσίας αὐτῷ γένηται δηλωτικὸν τὸ γέννημα· οὔτε ἕξις τῆς ἀγεννήτου φύσεως ἡ οὐσία τοῦ γεγεννημένου ἐστὶν ἢ λέγεται.

Οὐδενὸς γὰρ ἡ τριὰς δεῖται, οὔτε προςθήκην τινὸς λαμβάνει. Οὔτε γὰρ ἐπειδὴ αὐτὴ ἡ τριὰς ἦν ἀεὶ, καὶ οὐδὲν ἦν τῶν κεκτισμένων, παρὰ τοῦτο ἀποκληρώσεως ἕνεκεν, ἢ προςληπτικῆς τινος ὀνομασίας, ἢ προςθήκης τῷ ἀξιώματι ἑαυτῷ ἐπενόησεν ὁ πατὴρ, δι' [9] υἱοῦ μὲν κτίσας οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ πάντα ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ ἐστερέωσε πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκτισμένων, ἵνα ἐκ τοῦ κεκτίσθαι τὰ κεκτισμένα καὶ δημιουργηθῆναι τὰ γεγονότα ἐπισυνειςφορὰ γένηται τῷ κτιστῇ ἀκούοντι καὶ δημιουργῷ πατρὶ, [10] ἢ προςληπτικῶς νοηθείη τῷ υἱῷ, δι' οὗ καὶ ἀφ' οὗ τὰ κεκτισμένα γεγέννηται, ἢ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐν ᾧ τὰ ἐστερεωμένα ἐστερέωται. Καὶ γὰρ οὐ τραπεὶς ἀπὸ ἕξεως εἰς ἕξιν θεὸς, καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ ἀλλοιωθεὶς, ὡς κατ' ἔννοιαν καὶ [11] μετάβολον, εἰργάσατο τὰ εἰργασμένα. Εἶχε γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀεὶ δημιουργικὸν καὶ τέλειον, καὶ μηδεμιᾶς ἐπιδεόμενον προςλήψεως δόξης. Καὶ ὥςπερ ἐπὶ τῶν κτισμάτων οὐ δεῖ διανοούμενόν τινα περὶ θεοῦ προςληπτικῆς ἕξεως καὶ ἀξίας εἶναι τὸ ἀξίωμα τῆς οὐσίας καὶ δόξης θεοῦ, οὕτως ἀνακρουσθήσεται Ἀέτιος, βουλόμενος θεὸν συλλογίζεσθαι κατὰ τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν, κατὰ τὸν ἕξεως καὶ οὐσίας αὐτοῦ ἐπιφερόμε-

6. *Hoc* ἐστὶν *delendum iudicavit Petavius, et uncinis inclusit. In Cornarii versione ea verba* ὡς πρεπόντως ἐστὶν *ad verba praecedentia sunt retracta. Pro* συγχωροῦντα *in cod. Rhedig. legitur* ἐγχωροῦντα.

7. ἅγιον πνεῦμα, *quae verba absunt a libris, supplevi praeeunte Cornario. Petavius annotavit* „Deest (*post* πνεύματι τὸ) πνεῦμα λέγειν.“ *Sequentia verba ita corrigenda videntur:* τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὕτως λέγειν, καὶ οὕτως ἐν ἀληθείᾳ δοξάζειν, ὅπερ πρεπόντως, ὡς τῇ μιᾷ τριάδι προςκυνητῶς τὸ σέβας νέμειν ἡ ἀληθινὴ πίστις καὶ τὸ ἀξίωμα γινώσκει. *Cornarius ita vertit:* — in spiritu sancto spiritus sanctus: Sic dicere, et sic in veritate glorificare, decenter uni trinitati adorationis cultum tribuere, et dignitatem confiteri, vera fides est.

taxat insunt quae dignitati illius aut laudem praedicationemque congruunt. Nimirum uni ac singulari divinitati, una laus, et singularis honor attribuendus est: *Ut honorent filium, sicut honorant patrem*; et ut ne contumeliosum quiddam in spiritum iaciant, interminationem illam veriti, quae istiusmodi scelus, uti par est, *nec in praesenti saeculo, nec in futuro condonandum* edicitur. Quare nihil in trinitate cogitare diversum, neque salva pietate sentire aut opinari licet. Verum et in patre patrem, et in filio filium, et in spiritu sancto spiritum sanctum agnoscere nos oportet. Hunc in modum profiteri, et ita ex rei veritate iudicare necesse est, pro eo ac consentaneum est uni trinitati adorationis praebere cultum et illius maiestatem agnoscere. Itaque nec ingenitum opus habet genito, ut aliquid naturae suae conferat, eiusque dum ipsam declarat quodammodo caussa censeatur, neque geniti substantia ingenitae naturae est, aut dicitur affectio.

Ioann. 5, 23.

Matth. 12, 32.

II. Quippe trinitas rei nullius indiget, nec ullius accessionem postulat. Cum enim trinitas ab aeterno fuerit, cum nihil adhuc creatarum rerum existeret, non idcirco tamen, quo velut sortito sibi aliquid cederet, aut novae alicuius appellationis, vel ad dignitatem suam accessionis compos fieret, rerum omnium procreationem in animum induxit pater, adeo ut coelum terramque, et aspectabilia omnia, eaque quae visum fugiunt, per filium crearet, omniaque quae condiderat spiritu suo corroboraret, quo ex illa conditarum rerum creatione, operumque fabricatione aliquid in patris utilitatem redundaret, qui creator et artifex nominaretur, vel accessisse intelligeretur ad filium, per quem, et a quo creatae res productae sunt, vel denique ad spiritum sanctum, qui eadem illa confirmavit. Non enim ab affectione aliqua conversus in alteram deus, et natura substantiaque mutatus, velut cogitabundus, aut ad aliam sententiam traductus, quae molitus est effecit. Quippe qui in sese fabricandi vim habuerit semper, eamque perfectam, nec ullis gloriae incrementis augendam. Quocirca quemadmodum, cum de creatis rebus agimus, tale quiddam de deo suspicari nefas, quasi divinae essentiae gloriaeque maiestas eius affectionis dignitatisque sit, quae aliquid extrinsecus vindicare sibi possit, ita et refellendus erit Aëtius, qui ratiocinationibus suis divinam naturam comprehendere cupiens ingeniti genitique proprietatibus abutitur ea disputatione, quam de

8. *An* αἴτιον?

9. *Ita correxerunt Cornarius atque Petavius. In libris vulgo legitur* οὗ.

10. ἢ, *quod vulgo abest, reposui ex emendatione Petavii. Cornarius vertit* et idem assumptive de filio intelligatur.

11. μεταβολὴν *suspicati sunt Cornarius* (*certe is vertit* mutationem) *et Petavius.*

νον ἡμῖν λόγον, ὁμολογουμένων πάντων τῶν κεκτισμένων εἶναι ἀλη-
pag. 967. θῶς, καὶ οὐχ ἕνεκεν προςλήψεως δόξης θεῷ [12] τῷ ἀνενδεεῖ ἐπινοηθέντων· ὥςπερ καὶ ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς, καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ πνεύματος οὐ τὸ ἴσον ἔστι λέγειν τῶν κτιστῶν· ἀνένδεκτον γὰρ τοῦτο λέγειν. Ἀλλ' ἐπειδὴ συλλογισμοὺς ἥκει φέρων ἡμῖν Ἀέτιος μεταρσιολεκτῶν, καὶ πρὸς τὰ ἄνω τολμηρῶς ἀποτεινόμενος, ἀπὸ δὲ τῶν κάτω ἀντισυλλογιζόμενος κτισμάτων, καὶ αὐτὸς μηδὲν εὑρισκόμενος κατὰ τὸν συλλογιστικὸν αὐτοῦ λόγον. Ἥ τε γὰρ σοφία ἀνθρώπων παρέρχεται, ἥ τε συλλογιστικὴ λέξις ἀνθρώπων θάπτεται. Ἐξελεύσεται γὰρ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὸν χοῦν αὐτοῦ. Τὰ γὰρ συλλογιστικὰ πάντα τῶν ἀνθρώπων παρέρχεται, καὶ οἱ ἄνθρωποι μετὰ καὶ τῆς συλλογιστικῆς Ἀετίου, καὶ κατὰ πίστεως τεχνικῆς ἐπιτηδεύσεως. Μένει δὲ ἡ [13] ὑπ' αὐτοῦ [14] συλλογιστικὴ πίστις, καὶ ἐλπὶς, καὶ ἀγάπη, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Κεφάλ. Ἀετίου κβ'. Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, οἵα ἡ θεοῦ [1] παντοκράτορος, πῶς ἂν τὴν μὲν παθητὴν ἐρεῖ τις, τὴν δὲ ἀπαθῆ; Εἰ δὲ φύσεως ἀποκληρώσει ἀγεννήτου ἡ μὲν διαμένει ποσότητος καὶ ποιότητος καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, πάσης μεταβολῆς ἀμείνων, ἡ δὲ παθῶν [2] ὑπεύθυνός ἐστι, συγχωρηθεῖσα [3] διὰ τὸ ἀπαράλλακτον εἰς οὐσίαν ἔχειν, τῷ [4] αὐτομάτως ἐπιτρέψαι [5] τὸν φιλοῦντα κατὰ τὰ προειρημένα, [6] ἤτοι γ' οὖν ἀκόλουθον τὴν μὲν ποιοῦσαν ἀγέννητον εἰπεῖν, γεννητὴν δὲ τὴν μεταβαλλομένην.

Ἀνατρ. Οὐ πᾶσαν οὐσίαν εἶναι λέγομεν ἀγέννητον, οὐδὲ πᾶσαν ἐκ θεοῦ γεννητήν· ὅτι ὁ γεννήσας τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, καὶ ἀποστείλας ἐξ αὐτοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα αὐτοῦ, πνεῦμα τῶν [7] τοῦ υἱοῦ μετέχον, οὐ πάντας ἐγέννησεν, ἀλλ' ἕνα, διὸ μονογενὴς, καὶ ἓν ἐξ αὐτοῦ ἀπέστειλεν, διὸ ἅγιον πνεῦμα· ἔκτισε δὲ διὰ τοῦ ἑνὸς, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ ἑνὶ τοὺς πάντας, τοὺς μὲν γεννῶντας, καὶ μετὰ κτίσιν γεγεννημένους, τοὺς δὲ κτισθέντας, μήτε γεννῶντας, μήτε γεγεννημέ-
pag. 968. νους. Πολὺ δὲ ἀφέστηκεν ἡ ἄκτιστος τῆς τριάδος οὐσία τῶν ἀπὸ τῆς τριάδος κτισθέντων, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς τριάδος γεννηθέντων. Διὸ ἔχει ἡ τριὰς τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀπαράλλακτον, τὰ δὲ πάντα τὰ μετὰ τὴν

12. τῷ *om. cod. Rhedig.*

13. ἀπ' αὐτοῦ *cod. Rhedig.*

14. *Corrige* συλλογισθεῖσα, *aut* συλλογιστὴ *vel, uti Petavius coniecit,* συλλελογισμένη.

1. *Supra* τοῦ παντοκράτορος.

2. *Supra* ἐστιν ὑπεύθυνος.

3. *Rescribendum puto* δὲ τὸ. *Petavio placuit* δεῖ τὸ. *Supra abest vocula* διά. *Cornarius vertit* altera vero passionibus obnoxia est, ita ut concessum sit ipsi, invariabilitatem in essentiam

affectione et substantia nobis obtrudit; cum illud in confesso sit, creatas res omnes esse re vera, neque tamen ob ullum commodum aut incrementum gloriae a deo, qui nulla re opus habet, excogitatas fuisse; non secus atque in unico dei filio, eiusque sancto spiritu, nefas est cum creatarum rerum conditione illos adaequare. Dici enim istud nullo modo potest. At vero rationibus syllogismisque suis nos aggreditur Aëtius, de coelestibus rebus garriens, et audacter ad superiora contendens, atque ab inferioribus creaturis petitis argumentis nos oppugnans, cum tamen suis illis disputationis argutiis nihil omnino promoveat. Hominum quippe sapientia praeterit, humana ratiocinandi vis ac subtilitas consepulta iacet: *Exibit*, inquit, *spiritus eius et revertetur in pulverem suum.* Syllogismorum, inquam, acumina omnia hominum ingeniis excogitata praetereunt, hominesque pariter cum illa Aëtii ratiocinatione, et affectato contra fidem calliditatis artificio. *Manet* autem ea quam syllogismis suis circumvenire conatur, *fides, spes, et caritas,* uti scriptum est.

Psalm. 103, 14. — 1. Cor. 13, 18.

Aetii Caput XXII. Si substantia omnis ingenita sit, cuiusmodi est omnipotentis dei, quid attinet hanc quidem passionibus obnoxiam, illam vero expertem asseverare? Quod si attributione quadam ingenitae naturae, altera quantitate, qualitate, atque omni prorsus manet mutatione superior, altera affectionibus obnoxia, quae tamen ipsa, ut immutabili substantiae conditione sit, beneficio quodam alterius sit adepta, si haec, inquam, ita se habeant, aut casu, ac fortuito id contigisse dicendum est, aut illud consequens est, ut et ea quae agit ingenita, et quae mutationem patitur genita censeatur.

Confut. XXII. I. Neque substantiam omnem ingenitam esse dicimus, nec omnem a deo genitam, quoniam qui filium suum genuit, et a se ipso spiritum sanctum emisit, illum inquam spiritum qui eorum quae filii sunt particeps fuit, non omnes, sed unum duntaxat genuit; unde et unigenitus est, et unum emisit a se ipso, unde spiritus sanctus. Per unum porro creavit, et in uno confirmavit omnes, quorum alii generandi vim habent, et post primam creationem deinceps generantur, alii sic creati sunt ut neque gignant, neque gignantur. Verum increata trinitatis substantia longe ab his omnibus abest, quae ab ipsa trinitate creata sunt, non genita. Ideo trinitatis illud proprium est, ut neque pati quicquam, neque commu-

Matth. 12, 32.

habere, eo quod sponte sua amicus permittit ea quae sunt praedicta, *cett.*

4. *Ita codd. mss. Editi habent* αὐτομάτῳ.

5. *Supra vulgo extat scriptum* φίλον (τὸν *articulo omisso*) τὰ κατὰ τὰς προειρημένας.

6. *Vulgo* ἢ τό γ' οὖν.

7. τοῦ *excidit ab edit. Petavii.*

τριάδα [8]πάθει ὑποκείμενα, εἰ μή τι ἂν δωροῖτο ὁ ἀπαθὴς τὸ ἀπαθὲς διὰ τῆς ἀφθαρσίας, οἷς βούλεται κατὰ δωρεὰν χαρίσασθαι ἀφθόνως. Οὐκ ἔχουσι δὲ τὸ ἄφθαρτον ἐξ ἀσωμάτου φύσεως, ἀλλ' ἐξ ἀφθονίας τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀπαθοῦς θεοῦ. Καὶ γὰρ οὔτε τὸ παθεῖν τὸν μονογενῆ ἐν σαρκὶ πάθος περιποιεῖται τῇ αὐτοῦ θεότητι, καί τοί γε ἐξ ἀληθινῆς ὁμολογίας πιστευόμενον ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς πίστεως, ὅτι πέπονθεν ὁ ἀπαθὴς θεὸν ὢν λόγος. Ἔμεινε δὲ ἐν ἀπαθείᾳ ὁ αὐτὸς μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μήτε ἠλλοιωμένος. Διὸ σοφία ὢν, καὶ θεὸς ἀπαθὴς ὢν, καὶ εἰδὼς ὅτι διὰ πάθους σώζει τοὺς τὰ πάθη ἔχοντας τοῦ θανάτου, οὐ πρέσβυν ἀπέστειλεν, οὐκ ἄγγελον, οὔτε [9]ἔτι ὡς τοὺς πρὸ αὐτοῦ προφήτας, ἀλλ' αὐτὸς κύριος ἦλθε, καὶ τὸ παθητὸν λαβὼν ἐν ἑαυτῷ ἀληθινῶς πέπονθε, τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀπαθοῦς μενούσης. Οὐ γὰρ ἡ ἔνσαρκος παρουσία ἤμβλυνε τὴν δύναμιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. Εὑρίσκεται γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι τὰ τοῦ θεοῦ ἐνεργῶν, καὶ μὴ ἀπὸ σαρκὸς ἀποκλειόμενος, ἀνέμῳ μὲν ἐπιτιμῶν, καὶ κλύδωνι, καὶ θαλάσσῃ, Λάζαρον δὲ αὐθεντίᾳ ἰδίᾳ καλῶν, καὶ ἄλλα μυρία καὶ ἐπέκεινα τούτων ποιῶν· ὃς καὶ συνεχώρει μὲν τὰ κατὰ τὸ εὔλογον τῇ σαρκὶ, ὡς καὶ διαβόλῳ πειράζειν, καὶ ἀνθρώποις παίειν, καὶ τοῖς συλλαμβάνουσι τὸ ἁλίσκειν, ἵνα ἐν τῷ παθητῷ ὁ ἀπαθὴς πάθῃ, ἀπαθὴς μένον ἐν τῇ ἰδίᾳ θεότητι ὢν, οὐκ ἀλλότριος τοῦ ἀπαθοῦς θεοῦ, ἑκουσίως δὲ ποιῶν τὰ πάντα κατὰ τὸ ἔκπληκτον αὐτοῦ μυστήριον· ὡς καὶ ὁ πατὴρ θεὸς σὺν αὐτῷ τῷ μονογενεῖ καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ, τριὰς οὖσα ἀεὶ τέλεια καὶ ἀπαθὴς, μία θεότης, περιέχει τὰ πάντα, εἷς θεὸς, μία κυριότης, τοῦ αὐτοῦ θεοῦ περιέχοντος τὰ ὅλα.

Καὶ οὐ διὰ τὸ περιέχειν τὰ πάντα πάθει ὑποπίπτει, τῶν ἐμπεριεχομένων ὑπὸ πάθος πιπτόντων. Ἐντὸς γὰρ πάντων ἐστὶ, καὶ ἐκτὸς τῶν ὅλων πάντων θεὸς, ἀμιγὴς πρὸς τὰ πάντα. Ὅθεν οὐδὲ διὰ τὸ εἶναι πάντῃ, οὐδὲ διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι πάντων, οὐδὲ διὰ τὸ περιέχειν τὰ
pag. 969. πάντα, οὐδὲ διὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα κινεῖσθαι, πάθος εἰσοίσει τῷ ἀπαθεῖ θεῷ. Ὥσπερ οὐδὲ διὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν μονογενῆ, [10]οὐδὲ τὸν μονογενῆ [11]γεγενῆσθαι, οὐδὲ διὰ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἀπεστάλθαι, πάθος εἰσοίσει τῇ ἁγίᾳ τριάδι. Οὔτε γὰρ παθητὸν τὸ

8. πάθη *codd. mss. et ed. princ.*
9. ἔτι *codd. mss.*, *et* amplius *vertit Cornarius quoque. Editi habent* ἔστι.
10. *Scribendum* οὐδὲ διὰ τὸ μον.
11. γεγεννῆσθαι *ed. Petav. Colon. repet.*

tari possit; cetera omnia, ubi a trinitate discesseris, pati aliquid possunt; nisi forte expers ille affectionis omnis similem quendam statum per incorruptionem, quibus libuerit, singulari quodam beneficio large benigneque concesserit. Quem quidem incorruptionis statum non ex incorporea aliqua natura, sed ex boni et affectionis omnis expertis dei largitate consequuntur. Quod autem unicus dei filius in carne sit passus, nullam istud in ipsius divinitatem passionem transfundit. Quamquam illud recta fides ac sincera professio docet, dei verbum, quod per sese pati nihil potest, nihilominus esse passum. Idem porro eadem ipsa patiendi nihil in conditione permansit, nec in natura sua mutationis aliquid aut diversitatis expertus est. Quamobrem ille qui sapientia ac deus erat passionis omnis expers, cum patiendo sciret se eos liberaturum esse qui mortem patiebantur, non legatum ullum, non angelum misit, non prophetas denique, cuiusmodi adventum suum antecesserant, sed ipsemet dominus venit, ac perpessionem ita in se ipso vereque sustinuit, ut interim expers passionis divinitas ipsa permaneret. Cuius quidem vim ac potentiam nihil incarnatio ipsa diminuit. Nam eundem in divinitate sua, quae dei propria sunt, praestantem sine ullo carnis impedimento cernimus, velut cum *ventos, mare et fluctus increpat, cum Lazarum propria* auctoritate evocat, et infinita alia prodigiosa ac stupenda molitur. Quamquam interim quicquid erat consentaneum corpori tribuebat. Nam et diabolo tentare permisit, et hominibus caedere, et his qui comprehendebant capere, ut in patibili natura passionis expers pateretur, et interim in sua divinitate passionis expers maneret, non alienus a passionis experte deo, sed omnia singulari quodam et admirabili mysterio suapte voluntate suscipiens. Quemadmodum et pater deus cum unigenito ipso ac spiritu sancto; quae quidem perfecta, et passionis expers trinitas, unaque divinitas universa complectitur, deus unus, ac dominatus unus continentis omnia dei.

Luc. 8, 24. Ioann. 12. Matth. 4.

II. Neque vero quod continere dicatur omnia, idcirco patiendi conditioni subiicitur, licet quae ab ipso comprehenduntur ei legi subiaceant. Est enim intra omnia et extra omnia universorum deus, neque tamen cum ulla re concretus ac permixtus; ex quo fit ut neque quod ubique sit, neque quod extra omnia sit, neque quod comprehendat omnia, neque quod in ipso universa moveantur, ob id pati quicpiam existimandus sit immunis ab omni patiendi conditione deus. Sicut nec idipsum, quod unicum filium genuit, quodque unicus ille genitus est, aut quod sanctus eius spiritus emissus est ab ipso, ullam sanctissimae trinitati affectionem inferet. Quippe nec

ἅγιον πνεῦμα, ἐν εἴδει περιστερᾶς κατιὸν [12] ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, οὔτε ὁ μονογενὴς ὑπὸ Ἰωάννου βαπτιζόμενός τε καὶ ψηλαφώμενος, οὔτε ὁ πατὴρ ἄνωθεν βοῶν φωνῇ ἀκουστικῇ ἀνθρώποις ὅτι, Οὗτός μού ἐστιν ὁ υἱὸς, αὐτοῦ ἀκούετε. Ἀπαράλλακτος τοίνυν ὁ υἱός. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἀγέννητος, ὁ δὲ υἱὸς γεννητὸς ἀπαθὴς, καὶ τὸ πνεῦμα ἀπαθῶς προελθόν. Τῶν δὲ ἄλλων κτιστῶν ὄντων [13] τῆς τελείας τριάδος διαμενούσης ἐν τῇ ποσότητι καὶ ἀκτίστῳ ὀνομασίᾳ, οὔτε τοῦ ἀμείνονος μεταβαλλομένου, [14] οὔτε τὸ γεννηθὲν πάθει συνεχόμενόν ἐστιν. Οὔτε γὰρ ὁ γεννήσας πάθει συνεσχέθη. Οὐ γὰρ σωματικὸν τὸ γέννημα, ἀλλὰ πνεῦμα ἐκ [15] πνεύματος, καὶ υἱὸς ἐκ πατρός. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, πνεῦμα πατρὸς, πνεῦμα Χριστοῦ, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, οὐ συνάδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔγγονον, τῆς [16] ἀσυγκρίτου οὐσίας πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ὑπερβαινούσης πᾶσαν ἔννοιαν καὶ πάντα νοῦν, οὐ μόνον εἴποιμι ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλων. Οὐ γὰρ μεταβολὴν ἐπεδέξατο ὁ μονογενὴς, οὐδὲ ὁ αὐτοῦ πατὴρ, οὐδὲ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, [17] τῷ τὸν μονογενῆ ἀπαθῆ ὄντα ἐν σαρκὶ παθεῖν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ [18] τῷ τὸν πατέρα φθογγὴν εἰς ἀκοὴν ἀνθρώπων ἀπορρῆξαι ἄνωθεν ἀπαθῶς. Ὥςπερ οὐ μεταβολὴν καὶ πάθος περιεποιήσαντο οἱ κτισθέντες ἄγγελοι καὶ οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ, καὶ τὰ πάντα τῷ αὐτὰ πεποιηκότι, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐστιν ἔκπληκτον μυστήριον, κατὰ τὸ εἰρημένον, Ὦ βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ [19] γνώσεως θεοῦ.

Κεφάλ. Ἀετίου κγ'. Εἰ τῆς γενομένης [1] ἡ ἀγέννητος φύσις ἐστὶν αἰτία, τὸ δὲ ἀγέννητον μηδὲν [2] εἴη, πῶς ἂν εἴη αἴτιον τὸ μηδὲν τοῦ γεγονότος;

pag. 970. Ἀνατρ. Ἔστι μὲν οὖν καθ' [3] ἑτέραν διάνοιαν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἴσην πρὸς πάντα, [4] ἡ ἀγέννητος φύσις, πρὸς τὸ μονογενὲς γέννημα καὶ πρὸς τὸ ἐξ αὐτῆς ἅγιον πνεῦμα, οὐκ αἴτιον δὲ, ὡς τὸ ὑπάρχον πρὸς τὸ μὴ ὄν. Ἔστι γὰρ οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων ὁ γεννηθεὶς, οὐδὲ μὴ ὢν ἐστιν ὁ γεννήσας, οὐδὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἅγιον πνεῦμα· τῶν δὲ ἄλλων ἐστὶν αἴτιον τὸ ὄν. Διὸ σύνεστι τῇ ἰδίᾳ ἀεὶ δόξῃ ἡ ἁγία τριὰς, ἀεὶ

12. περὶ *edit. Petav. Colon. repet.*

13. *Suspicor* τῆς τε τελείας.

14. *Suspicor rescribendum* οὐδὲ τό. *Post* προελθὸν *vulgo simplici commate distinguunt.*

15. πατρὸς *habet cod. Rhedig., et cod. Ien. a. m. sec.*

16. ἀσυγκρίτου (ἀσυγκριτ' *cod. Ien.*) *codd. mss. Editi habent* ἀσυγκρίτης.

17. τῷ τὸν *emendarunt Cornarius* (*qui vertit* eo quod) *atque Petavius. Libri vulgo* τὸ τόν.

spiritus ipse sanctus pati quicquam potest, qui columbae specie ad Iordanem descendit, nec unigenitus a Ioanne baptizatus et contrectatus, sed neque pater eiusmodi de coelo voce personans, quam homines exaudire possent, *Hic est filius meus, ipsum audite.* Quare nihil a patre diversus est filius. Et quidem pater ingenitus est, filius genitus, nec ullo modo patibilis; spiritus vero sanctus citra passionem ullam processit; cetera omnia creatione producta sunt, ac perfecta ipsa trinitas in quantitate sua et increata appellatione remanet, sic ut neque commutetur quod melius est, neque quod gignitur ulla patiendi lege coërceatur. Cui quidem neque genitor obnoxius fuit. Non enim corporeum est genitum illud, sed spiritus e spiritu, et ex patre filius. Ita etiam et spiritus sanctus ab ipso progressus est, spiritus patris, spiritus Christi, non creatus, non genitus, non germanus frater, non avus, non nepos. Siquidem incomparabilis patris, filii ac spiritus sancti natura cogitationem omnem ac mentem superat, non hominum solum dixerim, verum etiam angelorum. Non enim mutationem ullam unicus dei filius admisit, nec ipsius pater, neque sanctus eius spiritus, eo quod unigenitus per sese passionis expers in carne sit passus, spiritus vero sanctus columbae se specie videndum obiecerit, ac postremo pater ipse voce de coelo missa citra passionem ullam hominum auribus insonuerit. Non secus atque angeli, coelestes orbes, terra, ceteraque quae deus condidit, omnia nullam auctori suo mutationem affectionemque tribuerunt. Sed haec omnia stupendum quoddam sunt horrendumque mysterium, uti scriptum est, *O altitudo divitiarum, sapientiae et* Rom. 11, 33.
scientiae dei!

Aetii Caput XXIII. Si genitae substantiae caussa sit ingenita, ingenitum vero, quod principium dicitur, nihil omnino sit, quomodo potest id quod nihil est eius quod productum est esse principium?

Confut. XXIII. Ingenita substantia non eodem quo ad cetera omnia comparata modo, sed alio quodam sensu dicitur, cum ad unicam sobolem refertur, vel ad spiritum sanctum, qui ab ipsa progreditur. Neque vero principium est eiusmodi quale est quod existit cum nondum existente comparatum. Quippe non ex nihilo genitus est filius, neque non existens est qui genuit, vel qui ab ipso procedit spiritus sanctus; ceterorum vero caussa est existens ipsum. Quapropter suapte gloria ac splendore praedita semper est sacrosancta

18. *Libri vulgo* τὸ τὸν.
19. *Editi* τῆς γνώσεως. *At articulum non agnoscunt codd. mss.*
1. ἡ *non agnoscunt codd. mss.*
2. *Differt scriptura in superioribus, de qua vide in annott.*
3. ἑκατέραν *cod. Rhedig.*
4. ἡ *om. cod. Rhedig.*

οὖσα ἀναλόγως ἑκάστῳ ὀνόματι τοῦ αὐτῆς ἀξιώματος, δι' αὐτῆς γὰρ, καὶ οὐκ ἐκτὸς, τὰ γεγονότα γεγόνασιν οὐκ ὄντα. Διόπερ οὐδὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ πατὴρ αἴτιος τῶν γεγονότων ἐστὶν, ἀλλὰ πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐποίησε τὰ πάντα. Εἰ δὲ ἦν ἀλλότριος ὁ υἱὸς, ὡς ἀπὸ αἰτίου οὐκ ὢν, προελθὼν ἂν μετὰ πάντων καὶ αὐτὸς ἴσος ἐγένετο. Καὶ αἴτιος ἦν ὁ θεὸς οὐκέτι γεννητικῶς ἀχθέντος, ἀλλὰ κτιστικῶς· καὶ οὐκέτι ἐνεδέχετο τὸν ἕνα λέγεσθαι γέννημα, τὰ δ' ἄλλα κτίσματα, ἀλλ' ἢ τὰ πάντα σὺν αὐτῷ γεννήματα λέγεσθαι, ἢ αὐτὸν [5] σὺν πᾶσι κτίσμα ὁμοίως καλεῖσθαι· καὶ οὐδὲν ἦν ἐξαίρετον, ἐξισουμένου τοῦ ἑνὸς τοῖς πᾶσι κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, οὐ μόνον εἴποιμι ἀγγέλους τῷ αὐτῶν δὲ ποιητῇ καὶ κτιστῇ μονογενεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους, καὶ κτήνη, καὶ ὅσα ἀπειρομεγέθως ἀποδέει τῆς ἐκείνου φύσεως καὶ ἀξιώματος. Ἔστιν ὁ ὢν σὺν τῷ ὄντι ἐξ αὐτοῦ ἀχρόνως ὄντως γεγεννημένος, οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἔστι τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, τὸ οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ οὐσίας, οὐδὲ ὡς ἐπὶ βοηθείᾳ, κατὰ τὸν Ἀετίου λόγον, θεῷ προςπεπορισμένον.

Ἀετίου κεφάλ. κδ'. Εἰ τὸ ἀγέννητον στέρησις, ἡ δὲ στέρησις ἕξεως ἀποβολή ἐστιν, ἡ δὲ ἀποβολὴ παντελῶς ἀπόλλυται, ἢ μεθίσταται ἐφ' ἕτερον, πῶς οἷόν τε ἕξει μεθισταμένη, [1] ἢ ἀπολλυμένη, κατονομάζεσθαι τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ ἀγεννήτῳ προςηγορίᾳ;

pag. 971. Ἀνατρ. Εἰ ἀπὸ σοῦ καὶ δεῦρο, Ἀέτιε, ἡ περὶ [2] θεοῦ δόξα ἀπὸ τῶν σῶν συλλογισμῶν εἰς δόξαν θεῷ πεπόρισται, κατὰ τοὺς ἀνωτάτω ὑπὸ σοῦ λεχθέντας λόγους, καὶ αὐτὸς πρὸς σὲ ἀποτεινόμενος, συγχωροῦντος τοῦ θεοῦ, τὰ ἴσα σοι καὶ αὐτὸς προςφθέγξομαι, ὅτι μηδενὸς τῶν παλαιῶν ἔν τε τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ καὶ ἐν τῇ καινῇ ἁγίων ἀποστόλων, ἢ προφητῶν, τοῦτο [3] πεφρονηκότων, ἀμείνονά σε αὐτὸν [4] καθιστὰς καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ ἀσφαλῆ. Ἀπὸ γὰρ σοῦ καὶ δεῦρο προσέλαβε τὸ θεῖον, ὡς κατὰ τὸν σὸν λόγον, εἰς τὴν αὐτοῦ πίστιν τὴν [5] συλλογιστικὴν ταύτην σου τὴν τεχνολογίαν, τὸ περὶ ἀγεννήτου λέγειν στερήσεως, καὶ τὸ γεννητοῦ, καὶ παντελῶς ἀποβολῆς ἕξεως καὶ μεταβολῆς, καὶ περὶ θεοῦ κατονομασίας ἐν τῇ κατὰ τὸν θεὸν οὐσίας προςηγορίᾳ. Οὔτε γὰρ διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι πάντων [6] κτίστην τῶν μετὰ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, διὰ τῆς τῶν κεκτισμένων συστάσεως τὸ στερητικὸν ἐφευρέθη τῶν οὐ προςόντων

5. συμπᾶσι cod. Rhedig.

1. Verba ἢ ἀπολλυμένη supra non extant.

2. θεὸν cod. Rhedig.

3. Corrigendum videtur πεφρονηκότος.

trinitas, quae dignitatis suae appellationi cuique consentanee semper existit. Nam per ipsam, et non extra, quae facta sunt, cum non essent, producta sunt. Ideo neque solus per sese pater caussa est conditarum rerum, sed pater et filius et spiritus sanctus procreavit omnia. Quod si alienus esset filius, atque a principio suo nondum existens originem habuisset, cum ceteris omnibus ab eo profectus aequalis esset omnibus; unde et deus non generando, sed procreando principium haberetur, fierique non posset amplius ut unus genitus ac filius, cetera vero creaturae dicerentur, sed vel omnia geniti nomine continerentur, vel filius ipse perinde ac cetera creatura diceretur, neque quicquam in eo esset eximium; cum hac ex parte, quod ex nihilo productus foret, unus ille cum ceteris adaequaretur omnibus; adeo ut non modo angeli cum conditore ac creatore suo unico dei filio, sed et homines et pecudes adaequentur, ac cetera quae ab illius natura ac dignitate infinito intervallo distant. Igitur filius existens cum existente patre aeternus est, ab eoque sine tempore, non e nihilo, sed ex ipso re vera genitus, estque spiritus eius sanctus ab illius natura non alienus, neque velut adiumenti gratia, ut Aëtius existimat, a deo comparatus.

Aetii Caput XXIV. Si ingenitum privatio quaedam est, est autem privatio affectionis amissio, amissio porro penitus e medio tollitur, aut in alterum commutatur, quonam pacto affectione illa transeunte aut pereunte, hoc est ingeniti appellatione, dei substantia cognominabitur?

Confut. XXIV. Si nunc primum a te et a tuis, Aëti, temporibus certa de deo opinio tuis ex syllogismis est ad eiusdem gloriam honoremque deprompta, quemadmodum antea professus es, ego vero, qui adversus te, deo opitulante, disputo, eadem quae tu dicis usurpare potero, cum antiquorum nemo tam in vetere quam in novo testamento, sive ex apostolis, sive ex prophetis ita senserit, tuo te iudicio vel ipso deo praestantiorem esse, et ab errore omni remotum. Etenim abs te primum, et ex hoc tempore deus, ut asserere videris, tuum illud dialecticae subtilitatis artificium, velut quandam fidei suae accessionem adiecit, ut puta totam illam disputationem de ingeniti privatione, deque genito ac de affectionis amissione perfecta, sive commutatione, ac de appellatione dei, quae substantiae ipsius tribuitur. Etenim non idcirco, quod deus omnium post unicum filium ac spiritum sanctum procreator sit, ex conditarum rerum constitutione, aut eorum quae absunt a deo privatio, aut

4. *Fortasse* καθίστης.
5. ἀλογιστικὴν *cod. Rhedig.*
6. κτίστην *codd. mss. et edit. princ.* κτιστὴν *edit. Petav.*

θεῷ, ἢ τὸ ὁμολογητικὸν τῶν ὄντων αὐτῷ προσείληπται, ἵνα τὸ μετέπειτα κτισθὲν τὸ ἄμεινον θεῷ [7] προσφέρῃ, καὶ ἀκραιφνὲς διὰ τοῦ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ταῦτα στερητικοῦ τε καὶ ἀμεταβλήτου [8] ἐπινοοῖτο. Ἀλλ' ὅτι ἐστὶν ἀεὶ αὐτὸ ὂν ὅλον δόξα, καὶ ὅλον ἀπερίληπτον ὑπὸ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκτισμένων, κατὰ τὸ μέτρον τῶν πρὸς τὴν δοξολογίαν ἐπεκτεινομένων, δοξολογούμενον παρ' ἀγγέλοις μὲν κατὰ τὴν ἀγγέλων γλῶσσαν, τὴν παρὰ τῷ ἀποστόλῳ προκριτέαν τῶν ἀνθρώπων καταγγελλομένην, [9] καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων γλῶσσαν τὴν ὑποβεβηκυῖαν τῷ μέτρῳ, καὶ κατὰ τὴν τῶν ἔτι ὑποβεβηκότων δύναμιν. Καὶ οὐ πάντως ἐν ἑκάστῳ κτίσματι ἀναλόγως ὑποβέβηκεν ἡ δοξολογία, ἢ μεταβέβληται· ἀλλ' ἔστι μὲν ἐν ἑαυτῇ ἀμετάβλητος, [10] στερισκομένης πάσης κτίσεως πρὸς τὸ ἄπειρον ἐπεκτείνεσθαι ἐν δοξολογίᾳ, ὑπερβαινούσης ἀεὶ πάντα νοῦν τῆς ἀνωτάτω οὐσίας, οὐ διὰ τῶν λεγομένων ὑπὸ πάντων ἐξεῖναι αὐτῇ ἢ τροπὴν, ἢ μεταβολὴν, ἢ προκοπὴν περιποιουμένης. Ἡ γὰρ αὐτὴ θεότης ἀμείνων ἐστὶ, καὶ ἀσύγκριτος, καὶ δεδοξασμένη.

pag. 972. Ἀετίου κεφάλ. κε'. Εἰ τὸ ἀγέννητον δηλοῖ στέρησιν μὴ προσοῦσαν [1] θεῷ, πῶς ἀγέννητον εἶναι λέγομεν, γεννητὸν δὲ μὴ εἶναι;

Ἀνατρ. Ἀγέννητόν ἐστι μὲν οὖν, ἐρρέθη δὲ οὐδαμοῦ, οὐκ [2] ἀπό του προφήτου, οὐκ ἀπὸ ἀποστόλου, οὐκ ἀπὸ εὐαγγελιστοῦ. Θαῦμα γὰρ [3] οὐδὲ ἓν ἦν τοῦτο περὶ θεοῦ λέγειν. Προσῆν γὰρ τῷ εὐσεβεῖ λογισμῷ [4] ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὴν φύσιν νόμου. Σὺ δὲ, Ἀέτιε, τοῦτο ἡμῖν καινοτομήσας λέγειν ὡς θαῦμα προσεισφέρειν σεαυτῷ νομίζεις. Συνέφυρας δὲ καὶ συνέμιξας τῷ εὐσεβεῖ τῆς φύσεως νόμῳ καὶ τῷ τῆς πίστεως θεσμῷ, τῷ ἐπὶ προσθήκῃ βελτιώσεως ἐκ θεοῦ κεχαρισμένῳ, τὸ τῷ ἀγεννήτῳ γεννητὸν ἐπινοῆσαι [5] ἐξισούμενον τῷ ἀξιώματι, ἵνα ὁ παρὰ σοὶ προσκυνούμενος ἀνόμοιος ἴσος εὑρεθείη τῷ κατὰ σὲ ἀνομοίως κηρυττομένῳ. Εἰ μὲν οὖν προσκυνήσειας τὸν πατέρα ψιλῇ ὀνομασίᾳ, εἰρωνείᾳ τὴν τιμὴν προσήνεγκας. Καὶ εἰ τὸν

7. προσφέρει *codd. mss. et ed. princ.*
8. ἐπινοεῖτο *cod. Rhedig. Petavius corrigit* ἐπινοουμένου. *Cornarius vertit* quo id quod postea creatum est offerre deo id quod melius est et sincerum, per illam privationem et immutabilitatem excogitavit, *unde eum patet effinxisse* προσφέρειν καὶ ἀκρ. κτλ.
9. καὶ κατὰ *scripsi pro* κατὰ, *quod vulgo extat, particula* καὶ *ex sequente* κατὰ, *quo absorpta erat, repetita. Petavius deesse putavit* παρὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων *ante* κατὰ τὴν τῶν ἀνθρ. *Cornarius vertit* glorificetur item secundum hominum linguam mensura inferiorem *cett.*
10. *Scripsi* στερισκομένης *pro* στερισκομένη, *quod extat in editis et in cod. Ien., praeeunte Cornario qui vertit* quum privetur omnis creatura eo ut se in glorificatione ad infinitum extendat; *et postulat sententia.* περισκομένη (*cf. supra pag.* 963. *adnot.* 9.) *habet cod. Rhedig.*

eorum quae insunt affirmatio fuit adiuncta; quasi quod postea conditum est praestantius deo quicquam conciliet, et purum quicpiam ac sincerum ex earum rerum quibuscum confertur privatione et immutabili statu excogitatum fuerit. Sed nimirum id ex eo manavit quod existens ipse totus gloria est, ac totus eiusmodi ut ab creatis rebus omnibus comprehendi nequeat, quae pro modulo suo ad eius praedicationem intendunt. Qui quidem ut ab angelis propria ipsorum lingua, quam apostolus *hominum linguis* anteponit, celebratur ac 1.Cor. 13. 1.
laudibus effertur, ita et humana lingua colitur, quae inferioris dignitatis est, ac denique etiam ab infimis quibusque rebus pro viribus cuiusque praedicatur. Neque vero in singulis creaturis proportione quadam illius gloria praedicatioque minuitur, aut mutationem patitur, sed immutabilis est in sese, idque creatis est rebus omnibus denegatum, ut ad illius infinitatem praedicando possint extendi, cum suprema illa substantia mentem omnem intelligentiamque superet. Quae ob ea, quae ob omnibus ei tribuuntur, et inesse dicuntur, nullam propterea conversionem, mutationem aut incrementum experitur. Est enim divinitas ipsa longe omnibus praestantior, et incomparabilis gloriaeque plenissima.

Aetii Caput XXV. Si ingenitum privationem, quae deo non inest, significat, cur ingenitum esse, genitum vero non esse dicimus?

Confut. XXV. Ingenitum, etsi deo re vera conveniat, nusquam tamen expressum est, nec a propheta ullo, vel apostolo, vel evangelista commemoratum. Neque vero mirum esse deberet, si de deo affirmatum illud esset. Siquidem pius de deo sensus olim istud ipsum e naturali quadam lege hauserat. Tu vero, Aëti, vocabulum istud studio novitatis inculcans, velut mirificum quiddam et inusitatum proposuisse te putas. Quin etiam religiosissimam naturae legem, nec non et fidei, quam ad meliores homines reddendos divina bonitas indulsit, permiscere ac confundere conatus es, dum ingenito genitum maiestate dignitateque par commentus es, ut ille ipse, quem dissimilem adoras, inaequalis ei videatur, quem dissimiliter praedicas. Iam vero, si appellatione sola patrem adoras, non nisi per simulationem et illusionem honorem hunc illi defers. Item si filium, quem patri dissimilem agnoscis, adorandum censeas,

περισκωμένη *codicis vet., nescio cuius, fortasse Parisini, scripturam adnotavit Petavius.*

1. *Supra* τῷ θεῷ.
2. *Vulgo legitur* ἀπὸ τοῦ.
3. οὐδὲν *cod. Rhedig.*
4. ἀπ' αὐτοῦ *codd. mss.* ὑπ' αὐτοῦ *editi libri.*
5. ἐξισούμενον *scripsi praeeunte Cornario (qui vertit* ut ex ingenito genitum intelligamus adaequatum dignitate.) *et Petavio. Libri vulgo* ἐξισούμενος.

υἱὸν προσκυνήσειας ἀνόμοιον πατρὶ ἐπιγινώσκων, σύγχυσιν εἰργάσω ἐν τῇ προσκυνήσει, ἀνόμοιον ἀνομοίου ἴσως τιμήσας. Εἰ δὲ διὰ τήν σου πρόληψιν τῆς ἀπιστίας ἀρνήσει προσκυνεῖν υἱῷ, ἐλεγχθήσῃ ὑπὸ πάντων οὐκ ἐπιγνοὺς τὸν ὀφειλομένως ὑπὸ πάντων προσκυνούμενον καὶ ἴσον. Προσκυνήσουσι γὰρ αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ Μαρία ἐνδόξως ἀναστάντι ἐν σαρκὶ καὶ πάντες οἱ αὐτοῦ μαθηταί. Οὐ γὰρ [6]ἔχει γεννητοῦ ὀνομασίαν, οὔτε κτιστοῦ· ἐκ πατρὸς γεγεννημένον ἴσασι, καὶ προσκυνοῦσιν ὄντα ἐξ ὄντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἅγιον πνεῦμα. Οἴδασι γὰρ αὐτὸν ἀλλότριον τῇ οὐσίᾳ ἀπὸ τῶν γεγονότων. Οὐ γάρ ἐστι γεννητὸς ἢ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητὸς ἐκ πατρός. Διὸ περὶ πάντα καμὼν, καὶ πολλοὺς χρόνους ἀναλώσας, Ἀέτιε, καὶ λόγους ξένους παρεισενέγκας, προσκυνήσεις αὐτῷ. Δεῖ γὰρ πάντας στῆναι ἐνώπιον τοῦ βήματος αὐτοῦ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι, Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ οὐκ ἀλλότριος θεοῦ ὢν, ἀλλὰ εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον καὶ πεπιστευμένον.

pag. 973. Ἀετίου κεφάλ. κϛ΄. Εἰ ψιλὸν ὄνομά ἐστιν ἐπὶ θεοῦ τὸ ἀγέννητον, ἡ δὲ ψιλὴ προφορὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ θεοῦ ἐπαίρει κατὰ πάντων [1]γεννητῶν, τιμιωτέρα ἄρα ἐστὶν ἡ ἀνθρώπων προφορὰ [2]τοῦ παντοκράτορος ὑποστάσεως, ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ καλλωπίσασα θεὸν [3]τὸν παντοκράτορα.

Ἀνατρ. Οὔτε ψιλὸν ὄνομα ἐπὶ θεοῦ ἐστι τὸ ἀγέννητον, οὔτε τοῖς κτιστοῖς κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπικοινωνοῦν. Διὸ οὔτε τὰ κτίσματα ψιλῆς ὀνομασίας ἐστὶ σημαντικά. Μέσον δὲ ἀγεννήτου καὶ κτιστοῦ ἄλλου ὀνόματος ἐπιζητουμένου, ὅπερ ἐστὶν υἱὸς, καὶ οὐ κτιστὸς, τίνι ἂν τὸ ἐξαίρετον ἀποδοτέον; Καὶ εἰ μὲν τοῖς κεκτισμένοις τὸ ἐπικοινωνοῦν δῶμεν, οὐδ᾽ ὁποτέρου τῶν λεγομένων ψιλῆς ὀνομασίας ὀνομαζομένου, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀγεννήτου καὶ κτίζοντος καὶ κτιστῶν γεγονότων [4]ὡς οὐ ψιλῆς ἐνδεχομένης ὀνομασίας, οὕτως ἐπὶ τοῦ γεννητοῦ καὶ υἱοῦ, μὴ ψιλῆς ἐνδεχομένης ὀνομασίας, τὸ μάτην συκοφαντούμενον σύγχυσιν δηλώσει παρὰ τῷ Ἀετίῳ συλλογιζόμενον, διὰ τὸ μὴ συνεξισοῦσθαι τῷ υἱοῦ ὀνόματι, τῆς κτιστῆς ἐν ἀληθείᾳ οὐσίας, καὶ οὐ ψιλῆς ὀνομασίας. Ἐπειδήπερ οὐ ψιλὴν ἐπιδέχεται καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς τὴν περὶ [5]υἱοῦ ὀνομασίαν. Οὐκ ὄντος δὲ ἀνυπάρκτου, οὔτε κατὰ ψιλὴν ὀνομασίαν λεγομένου τοῦ υἱοῦ μονογενοῦς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῇ τοῦ πατρὸς συνῆπται δόξῃ, καὶ οὐ [6]συγκέχυται τῇ τῶν κτισμά-

6. ἔχειν γ. ὀνομ., οὔτε κτιστοῦ, ἐκ πατρὸς γεγ. ἴσασι *suspicabatur Petavius.*

1. *Supra* τῶν γεννητῶν.

2. *Supra* τῆς τοῦ.

3. τὸν *abest supra.*

4. *Delendum est hoc* ὡς, *repetitum fortasse ex syllaba* τῶν *vocabuli proximi. Quod flagitat et sententia, et membri*

summam adoratione illa tua perturbationem inducis, cum dissimilem eodem cum eo cuius est dissimilis honore afficis. Quod si, quae tui dogmatis perfidia est, filium adorare te neges, statim te omnes redarguent, ut qui nequaquam illum agnoscas quem adorare omnes et aequalem confiteri debent. *Adorabunt enim eum omnes angeli dei.* Hebr. 1, 6.
Eundem Maria, cum in carne splendidissime resurrexisset, ac Matth. 28.
postremo discipuli omnes adorarunt. Huic enim facti creative appellationem minime convenire, utpote a patre genito, non ignorant. Itaque existentem ab existente natum, nec non et spiritum sanctum adorant. Norunt enim illum ab conditarum rerum natura discrepare. Quippe non factus est, aut creatus, sed a patre genitus. Quamobrem cum plurimum aestuaveris, ac multum temporis consumpseris, Aëti, ac peregrinas et inauditas voces invexeris, illum tamen vel invitus adorabis. *Oportet enim omnes coram illius tribunali sisti:* 2.Cor. 5, 10.
ac tum omnis lingua confitebitur, quoniam dominus Iesus Christus non Phil. 2, 11.
alienus est a deo, sed in gloria dei patris, quemadmodum tam scriptura quam catholica fides habet.

Aetii Caput XXVI. Si ingenitum nuda in deo est appellatio, adeo ut supra creatarum rerum omnium conditionem sola pronuntiatio divinam substantiam extollat, consequens est hominum pronuntiationem omnipotentis dei substantia praestantiorem videri, quae quidem ipsam incomparabilis excellentia dignitatis exornet.

Confut. XXVI. Neque nudum in deo nomen est ingenitum, neque cum creatis rebus naturae communionem habet. Quare neque creaturae nudam appellationem significant. Iam vero cum inter ingenitum ac creatum medium aliquod vocabulum quaeratur, hoc est filius, minimeque creatus, cuinam eximium illud potissimum tribuendum est? Ac si quidem creaturis commune cum filio illud adscribamus, cum neutrum vocabulum sola ac nuda appellatione constet, et quemadmodum ingenitus, et creator, et creaturae non voces merae sunt, ita genitus, et filius aliquid praeter nomen habeat, nimirum quod per summam calumniam ratiocinando colligit Aëtius, mirificam perturbationem et confusionem pariet; quandoquidem cum filii nomine creaturae, quae re vera, non appellatione tenus, eiusmodi esse dicuntur, adaequari minime possunt. Nam et filius ipse, cum filius dicitur, non meram id ac solam appellationem prae se ferre putandum est. Quocirca cum unicus dei filius, ut et spiritus sanctus, neque reapse non existat, neque nuda appellatione dicatur, cum patris gloria coniunctus est, neque cum creatarum rerum ap-

quod in sequentibus respondit comparatio μὴ ψιλῆς ἐνδεχομένης ὀνομασίας.

5. τοῦ υἱοῦ *cod. Rhedig.*
6. συνεγκέχυται *cod. Rhedig.*

των ὀνομασίᾳ. Οὔτε γὰρ ἐπάρσεως δεῖται ἡ θεότης ὡς μὴ οὖσα, οὔτε ὕψους ἐστὶν ἐνδεομένη, κἄν τε παρά τινων τῶν ἐν ἀγνοίᾳ ὄντων μὴ ὑψοῖτο, οὔτε διὰ τῆς τινων προφορᾶς ἡ θεότητος οὐσία συνίσταται. Οὔτε γὰρ καυχήσεται ἡ τῶν ἀνθρώπων ἢ ἄλλων προφορὰ ὡς θεῷ ἐνδεεῖ δόξαν περιποιουμένη, ἢ καλλωπίζουσα θεὸν παντοκράτορα, θεὸν προσκυνητόν· θεὸν [7] ἐπίσταται καὶ [8] κτίστην καὶ δημιουργὸν ἴδιον. Οὔτε γὰρ ἑαυτὴν ὑπερένδοξον ἡγεῖται, καὶ κοσμήτριαν τοῦ ἰδίου αὐτῆς δημιουργοῦ· ἐπεὶ ἂν ἑαυτὴν προσκυνητὴν ἡγήσαιτο, οὐ μὴν προσκυνοῦσα τὸν προσκυνούμενον. Καὶ μάτην κατὰ πάντων λόγον κινεῖ ὁ σὸς λόγος, Ἀέτιε.

pag. 974. Κεφάλ. Ἀετίου κζ'. Εἰ παντὶ γεννητῷ αἰτία συγκεκλήρωται, [1] ἀναίτιος δὲ ἡ ἀγέννητος φύσις, [2] οὐκ αἰτίαν δηλοῖ τὸ ἀγέννητον, [3] ἀλλὰ ὑπόστασιν σημαίνει.

Ἀνατρ. Καὶ παντὶ γεννητῷ αἰτία συγκεκλήρωται, καὶ οὐχ ὁμολογοῦμεν τοῦτο, ὡς ἀπὸ σοῦ μεμαθηκότες. Προορᾷ γὰρ ἡ πίστις τῆς ἀληθείας τοῦτο, καὶ προομολογεῖ, καὶ διδάσκει ὅτι θεός ἐστιν ὁ ἀναίτιος πάσης αἰτίας, καὶ ἀμιγὴς, καὶ ἀνυπεύθυνος πάσης ἰσότητος. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ οὐ προσκυνοῦμεν πᾶν τὸ ὑποβεβηκὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ οὐσίαν, διὰ τὸ μόνῳ πρέπειν τῷ ἀνυπευθύνῳ τὸ σέβας νέμειν, πατρὶ τῷ ἀγεννήτῳ, καὶ υἱῷ τῷ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τῷ ἀπ' αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦ μονογενοῦς, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐν τῇ τριάδι κτιστὸν, καὶ ὑπὸ αἰτίαν ἐμπίπτον ἐστίν. Οὐ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων τι ἔστιν ἐν τῇ τριάδι, ὡς καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὑπὸ αἰτίαν πεπτωκότα, καὶ αἰτίαν κεκληρωμένα. Διὸ ἀναιτία οὖσα τῆς τοιαύτης αἰτίας ἡ τριὰς μόνην ἑαυτὴν ἀπλανῶς ἐδίδαξε προσκυνεῖσθαι, ἐπειδὴ μόνη αὕτη ἀναίτιός ἐστι. Τὰ δὲ πάντα ὑπὸ αἰτίαν περιπέπτωκε· τὰ μὲν γάρ ἐστι γεγονότα καὶ κεκτισμένα, πατὴρ δὲ ἄκτιστος, υἱὸν ἔχων ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον, ἀλλ' οὐ κτιστὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ οὐ δεδημιουργημένον. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων οὔτε πάθος κεκλήρωται αἰτίου ὁ προσκυνούμενος υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κἂν πατέρα ἔχοι τὸν γεννήτορα, οὔτε τὰ λοιπὰ κτίσματα ἄνευ πάθους εἴη κληρώσεως [4] αἰτίας, ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος κεκτισμένα. Σαφῶς δὲ ἄνευ πάθους εἴη ὁ μονογενὴς κληρώσεως αἰτίας, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, ὡς καὶ ὁ πατὴρ, ὅτι υἱός ἐστι γέννημα, καὶ οὐ κτίσμα· καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ γεγεννῆσθαι [5] αἰτίαν πάθους κληρωθήσεται ὁ υἱὸς,

7. ἐπιστάτην coniecit Petavius.

8. κτίστην codd. mss. et ed. princ. κτιστήν edit. Petav.

1. Supra αἴτιος, mendose.

2. Negativa particula οὐκ omissa est supra.

3. Supra ἀλλ' ὑπόστασιν.

4. αἰτίας correxerunt Cornarius et Petavius. In libris est αἰτία.

5. αἰτίαν correxerunt Cornarius (is enim vertit et non ex eo quod genitus est,

pellatione confusus. Nam divinitas neque efferri sese postulat, quasi non sit, neque sublimitatem requirit, licet ab ignaris quibusdam praedicando non attollatur, neque ullius hominis pronuntiatione divinitatis substantia constat. Non enim hominum ceterorumve prolatio gloriari poterit deo se, velut indigenti, gloriam decusque tribuisse, aut eidem omnipotenti adorandoque deo ornamenti aliquid attulisse; quem quidem deum et creatorem conditoremque suum agnoscit. Non enim, opinor, tam exquisito se splendore praeditam existimat, ut etiam conditorem suum exornare possit. Alioqui semetipsam adorandam esse crederet, non eum quem adorat veneraretur. Quare frustra adversus omnes tua, o Aëti, contendit oratio.

Aetii Caput XXVII. Si cum eo omni quod genitum est implicata et coniuncta caussae notio est, ingenita vero natura caussa caret, cum ingenitum dicimus, non caussam aliquam, sed substantiam exprimimus.

Confut. XXVII. Quod cum omni genito implicatam esse caussae notionem asseris, verissimum quidem est, sed non istud, quasi a te didicerimus, profitemur. Hoc enim vera ipsa fides iamdudum praesenserat et professa fuerat ac docuerat, deum caussae esse omnis expertem, nec ulla re permixtum, nec ad ullius rei aequalitatem posse demitti. Nam propterea nihil adorandum putamus quod divina ipsa natura sit inferius. Quippe cum ei soli qui nulli subiectus est sit ille cultus adhibendus, patri videlicet ingenito et filio, qui ab ipso genitus est, et spiritui sancto, qui ab eodem per unigenitum productus est. Quandoquidem nihil in trinitate creatum, nihil caussae ulli est obnoxium. Non enim aliquid in illa est e nihilo productum, velut cetera quae caussam aliquam sortita caussaeque subiecta sunt. Quocirca cum eiusmodi caussam nullam trinitas habeat, semetipsam solam sine ullo errore adorandam docuit; quoniam sola caussae omnis est expers, reliqua vero omnia a certa caussa proficiscuntur. Haec enim facta procreataque sunt, pater increatus, filium habens a se genitum, non creatum, et sanctum spiritum a se procedentem, non factum. Quae cum ita sese habeant, neque affectio ulla in adorandum filium vel spiritum sanctum redundet a caussa, etiamsi genitorem filius habeat patrem, neque creatae ceterae res affectionis expertes sunt, quae ex caussae sortitione oritur, cum sint a patre, filio et spiritu sancto procreatae. At unigenitus nihil ex istiusmodi caussae attributione patitur, neque spiritus sanctus, quemadmodum neque pater ipse; propterea quod filius genita soboles est, non creatura. Quare nullam ex eo quod geni-

caussam passionis sortietur filius) *et Petavius. Libri vulgo* αἰτία.

οὐδὲ τὸ πνεῦμα, ἐπειδὴ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται. Οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ, ἐπειδὴ ἐγέννησε καὶ ἐξ [6] ἑαυτοῦ ἐξήγαγε, τὰ δ' ἄλλα [7] πάντα μετὰ υἱὸν
pag. 975. καὶ πνεῦμα ἔκτισεν, ὑπὸ πάθος αἰτίας εὑρίσκεται. Καί τοί γε τῶν ἄλλων πάντων ἐν τῷ κτίζειν ἢ γεννᾶν πάθει συνεχομένων. Ἀναίτιος γοῦν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· αἰτία δέ ἐστιν ἡ τριὰς τῶν ἁπάντων, συγκτίζουσα καὶ συνδημιουργοῦσα, μηδὲν ἐν αὐτῇ κτιστὸν ἢ δεδημιουργημένον γινώσκουσα.

Ἀετίου κεφάλ. κη'. Εἰ πᾶν τὸ γεγονὸς ὑφ' ἑτέρου γέγονεν, ἡ δὲ ἀγέννητος ὑπόστασις οὔτε ὑφ' ἑαυτῆς, οὔτε ὑφ' ἑτέρας γέγονεν, ἀνάγκη οὐσίαν δηλοῦν τὸ ἀγέννητον.

Ἀνατρ. Καὶ τοῦτο πάλιν Ἀέτιος ἥκει φέρων ἡμῖν, ὡς καινόν τι καὶ πρόσφατον ὑφηγούμενος, ἵνα φανῇ διαλεκτικῆς ἐφευρετὴς εἶναι συλλογιστίας, ἐκ περισσοῦ [1] μόνον αὐτὸ τοῦτο δηλῶν ὅπερ οὐδὲ ἀμφιβάλλεται, οὔτε κατὰ τῆς ἀληθείας τὸ ἀεὶ [2] ἑαυτῷ ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ὁμολογούμενον ἐνυπάρχει. Πᾶν γὰρ τὸ γεγονὸς ὑφ' ἑτέρου γίνεται. Ἡ δὲ ἀγέννητος ὑπόστασις οὔτε ὑφ' ἑαυτῆς, οὔτε ὑφ' ἑτέρας γέγονεν· εἰ καὶ ἀνάγκη οὐσίαν δηλοῦν τὸ ἀγέννητον. Καὶ τί τούτου ἀναγκαιότερον; Ὅπερ γὰρ ἀεὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς τε Ἀνομοίοις καὶ Ἀρειανοῖς τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα παλιμβόλως [3] ἐξελάβετο Ἀέτιος, σαφῶς ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὡμολόγησεν. Οὐσίας τοίνυν οὔσης τῆς ἀγεννησίας, ἐξ αὐτῆς δὲ, καὶ οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων ἀχράντως καὶ ἀπαθῶς γεννησάσης τὸν μονογενῆ, ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐξαγαγούσης τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων, σαφῶς ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ὀρθοδόξως ὁμοούσιος ἡ τριὰς κηρύττεται, μηδενὸς τῶν κεκτισμένων δυναμένου τῷ ὀνόματι τούτῳ καλεῖσθαι, διὰ τὸ [4] μηδὲ κατὰ φύσιν εἶναί τι ὅμοιον τῷ μονογενεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, μήτε κατὰ τὸ σέβας. Τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἐξ οὐκ ὄντων κεκτισμένα, καὶ οὐ προςκυνητὰ, ἡ δὲ τριὰς ἀεὶ ἔστιν, ὁ πατὴρ, πατὴρ τέλειος, καὶ ὁ υἱὸς, υἱὸς τέλειος ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα τέλειον ἐκ πατρὸς προελθὸν καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον. Καὶ πάντα ἡμῖν φωτεινὰ τὰ τῆς θείας γραφῆς καὶ τὰ τῆς ἁγίας πίστεως, καὶ οὐδὲν σκολιὸν ἢ ἐναντίον ἢ στραγγαλιῶδες.

pag. 976. Ἀετίου κεφάλ. κθ'. Εἰ τῇ τοῦ γεννήματος οὐσίᾳ [1] συνεμφαίνεται

6. αὐτοῦ cod. Rhedig.

7. πάντα, quod abest ab editis, restitui ex codd. mss. Expressum est in Cornarii versione Latina.

1. Vulgo scriptum legitur συλλογιστίας ἐκ περισσοῦ (περισοῦ codd. mss. uterque), οὐ μόνον. Voculam οὐ delendam esse viderunt iam Cornarius atque Petavius.

2. Libri vulgo habent ἐν αὐτῷ, quod correxi. Dativus ἑαυτῷ iunge cum ὁμολογούμενον. Cornarius ita vertit quo dialecticae ex superfluo ratiocinantis inven-

tus est affectionem caussae sortitur filius, nec spiritus sanctus, cum a patre procedat. Etenim pater ex eo quod genuit, aut emisit e se ipso, cetera vero post filium ac spiritum sanctum creavit, affectioni ulli caussae subiectus est; quamquam alia omnia in creando generandove patiantur aliquid. Quapropter pater, filius et spiritus sanctus caussam habent nullam. Omnium vero caussa est ipsa trinitas, quae omnia ista simul creat ac molitur, nihilque in sese creatum aut fabricatum agnoscit.

Aetii Caput XXVIII. Si quicquid productum est ab altero productum est, ingenita vero hypostasis nec a se ipsa, nec ab alia producta est, ingeniti vocabulo substantia ipsa significetur oportet.

Confut. XXVIII. Rursum nobis istud Aëtius, tanquam novum aliquid et inauditum obiicit, ut dialecticae istius subtilitatis auctor esse videatur. Quare supervacanee illud unum inculcat, quod in controversiam minime revocatur, neque veritati repugnat, et perpetuo ecclesiae catholicae professione tenetur. Quicquid ergo factum est, ab altero factum sit oportet, at ingenita hypostasis neque a se ipsa, neque ab alia; quamvis ingeniti nomine substantiam significari necesse sit. Quid enim magis illo necessarium esse potest? Nam hoc substantiae vocabulum, quod Anomoei et Ariani in ore semper habent, callide ac veteratorie usurpavit Aëtius, et ab ipsa coactus veritate confessus est. Itaque cum ingeniti ratio ipsa substantia sit, eademque e se ipsa, non e nihilo, sine ulla inquinatione ac passione unigenitum genuerit, nullo neque tempore nec initio, spiritum vero sanctum emiserit e seipsa, non e nihilo produxerit, manifestum est in sancta ac catholica ecclesia consubstantialem trinitatem rite praedicari. Quo quidem nomine creata nulla res comprehendi potest, eo quod neque natura, neque cultu ac veneratione potest aliquid unigenito aut spiritui sancto esse simile. Cetera enim e nihilo creata, nec adoratione prosequenda sunt, trinitas vero sempiterna; pater perfectus, pater est, filius perfectus, filius a patre genitus, spiritus sanctus perfectus, spiritus *a patre procedens, et a filio accipiens.* Ita scriptura omnis sacra et catholica fides clarissima nobis est, neque quicquam inest obliquum, aut contrarium, aut denique tortuosum. Ioann. 15, 26.

Aetii Caput XXIX. Si ingeniti substantia, tanquam caussa,

tor esse videatur: hoc ipsum declarans de quo neque ambigitur, et quod in catholica ecclesia in confesso existit.

3. *Forlasse* ἐξέλαβε, ὃ Ἀέτιος *cett. Cornarius convertit* Quod enim semper apud ipsos Anomoeos et Arianos dolose accipitur ipsum essentiae nomen. Aetius clare coactus a veritate confessus est.

4. μὴ κατὰ *cod. Rhedig.*

1. *Supra* συμφαίνεται.

ὡς αἰτία ἡ ἀγέννητος ὑπόστασις, κατὰ πάσης αἰτίας τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσα, [2] αὐτοουσία ἐστὶν ἀσύγκριτος, οὐκ ἔξωθεν [3] συνεμφαίνουσα τὸ ἀπρόςιτον, αὐτὸ δὲ ὑπάρχουσα ἀσύγκριτος καὶ ἀπρόςιτος, ἐπειδὴ καὶ ἀγέννητος.

Ἀνατρ. Πολλάκις κατὰ τῶν αὐτῶν Ἀέτιος φέρεται, ὥςπερ καὶ αὐτὸς πολλάκις ἔφην, εἰς κάματον μόνον ἡμᾶς φέρων, καὶ οὐδὲν περισσότερον. Διὸ καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκην ἔσχομεν τῷ καμάτῳ προςθεῖναι, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς αὐτοῖς δευτερολογεῖν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτῷ οὕτως ἔδοξεν. Εἰ γὰρ καὶ τῇ γεννήματος οὐσίᾳ [4] συνεμφαίνεται ἡ ἀγέννητος γεννήσασα, οὐδὲν διοίσει τοῦ ἀξιώματος [5] τῷ γεννᾶν ὁ γεννήτωρ τὸ γεγεννημένον. Ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἐγέννησεν οὐσιωδῶς, πνεῦμα ἐκ πνεύματος, καὶ οὐ σῶμα ἐκ σώματος. Διὸ ἀσυγκρίτως συνεμφαίνεται συμπρέπων ὁ γεννήτωρ τῷ γεγεννημένῳ, καὶ ὁ γεγεννημένος τῷ γεγεννηκότι. Οὔτε γὰρ προςθήκης δεῖται τὸ θεῖον, ἵνα ποτὲ πατὴρ κληθείη, ποτὲ δὲ οὔ· οὔτε ὁ υἱὸς εὑρεθήσεται ἐκ τοῦ ἄνωθεν συνδέσμου, ποτὲ μὴ ὢν, ἄρτι δὲ ὤν. Διὸ αὐτοουσία ἐστὶν ὁ θεὸς πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτεροουσία. Οὔτε γὰρ ἔστι συνάδελφος, οὔτε ἔστιν ἐπιγεννητὸς, ἀλλὰ ἀνεκδιηγήτως συμπρέποντος τοῦ Πατὴρ ὀνόματος ὁμοουσίῳ ὄντι τῷ υἱῷ, καὶ [6] συμπρέπον ὄντως τῷ πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ ἐξ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ, τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. Διὸ τὸ ἀπρόςιτόν ἐστιν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς ἅπαντα ὅσα ἔστιν ὑποβεβηκότα ὄντα, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τριάδος κτισθέντα. Ἡ δὲ τριὰς πρὸς ἑαυτὴν οὐκ ἀπρόςιτος· ἔστι γὰρ ἄκτιστος, καὶ ἀγέννητος, καὶ ἀσύγκριτος. Διὸ οὐ δύναται οὐδὲν ἐξισοῦσθαι πατρί· οὐ συμπροςκυνεῖται αὐτῷ τι τῶν ἐξ οὐκ ὄντων γεγονότων, καὶ οὐχὶ γεγεννημένων. Οὐδενὶ γὰρ τῶν γεγονότων εἶπε
pag. 977. ποτὲ, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. Οὐδὲ [7] μὴν ὁ μονογενὴς περί τινος εἴρηκεν ὅτι, Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ, Ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, καὶ, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ ᾧ ἐὰν ἀποκαλύψῃ. Ἀποκαλύπτει δὲ διὰ πνεύματος ἁγίου, τοῦ γινώσκοντος, καὶ διδάσκοντος, καὶ ἀπαγγέλλοντος ἐν κόσμῳ τὰ υἱοῦ, ἐρευνῶντός τε καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο γάρ φησι, Ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν καθὼς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μένει ἐπ᾽ αὐτόν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ μὴ τιμῶν ἀγγέλους

2. *Supra* αὐτουσία.

3. *Ita corrigendum erat ex superioribus. Vulgo* συνυφαίνουσα.

4. συμφαίνεται *cod. Rhedig.*

5. τῷ *emendavit Petavius. Vulgo legitur* τοῦ. *Cornarius convertit* nihil tamen distinguet a se genitor ipsum genitum per dignitatem gignendi.

6. *Scripsi* συμπρέπον ὄντως *cui emendationi favere videbam scripturam codd. Parisin. et Rhedig.* συμπρεπόντως ὄντος. *Reliqui libri habent* συμπρέποντος. *Cornarius vertit* sed inenarrabiliter condecenter patris nomini coessentialis est

ingenita hypostasis declaratur, quae prae omni caussarum genere immutabilitate sit praedita, eadem per sese substantia incomparabilis est, non velut extrinsecus adscitam qualitatem illam prae se ferens, nihil ut ad ipsam possit accedere, sed id ex sese habens, uti nihil cum ipsa conferri, aut ad eam accedere possit. Unde et per semet est ingenita.

Confut. XXIX. Idem saxum perpetuo voluit Aëtius, ut a me saepius est dictum, neque quicquam aliud nisi laborem nobis affert ac taedium. Quamobrem etiam hoc loco novum quendam laborem adiicere cogimur, eademque repetere, quandoquidem ita illi videtur. Igitur licet ingeniti substantia ingenita, unde producta est, natura significetur, nihil tamen idcirco dignitatis intererit, quod genitor genitum produxisse dicatur. Quippe e se ipso secundum substantiam spiritum e spiritu genuit, non corpus e corpore. Unde sine ulla comparatione genitor in geniti notione, et genitus in generante congruenter intelligitur. Neque enim accessione ulla divinum numen opus habet, ut pater alias vocetur, alias minime vocetur, neque filius ex sempiterna coniunctione quandoque esse, quandoque non esse reperietur. Quare eadem per se substantia deus est, pater et filius et spiritus sanctus, non diversa. Non enim velut frater quidam est patris filius, aut posteriore loco genitus, sed inexplicabili quadam ratione fit ut et patris appellatio cum filio consubstantiali congruat, et cum patre et filio qui ex ipso et per ipsum et ex ipsius propriis oritur spiritus sanctus conveniat. Inde fit ut pater, filius et spiritus sanctus inaccessus dicatur, hoc est nihil eorum quae inferioris gradus sunt, et ab ipsa trinitate creata, ad eam possit pertingere. Trinitas porro ipsa sibi ipsi nequaquam est inaccessa. Est enim increata, non facta, et incomparabilis. Ergo nihil adaequari cum patre potest, neque cum ipso quicquam earum rerum communiter adoratur quae ex nihilo factae, minime vero genitae sunt. Nulli quippe creatarum rerum dixit unquam, *Sede a dextris meis.* Sed nec unicus dei filius de quoquam istud usurpavit aliquando: *Qui videt me, videt et patrem;* et: *Ego in patre, et pater in me est;* item: *Nemo novit patrem nisi filius, et filium nisi pater, et cui revelaverit.* Per spiritum vero sanctum revelat, qui quae ad filium pertinent cognoscit, edocet, et in mundum praedicat, imo vero dei alta ac *profunda scrutatur.* Propterea quoque dixit, *Qui non honorat filium, sicut honorat patrem, ira dei manet in ipso.* Non dixit, Qui non honorat angelos, sicut honorat patrem; nec ita concepit: Qui non

Psalm. 109, 1. Ioann. 14, 9. Matth. 11, 27. 1. Cor. 2, 10.

filius, et condecenter patri et filio ex ipso sanctus ipsius spiritus.

7. μὴν *codd. mss.* μὲν *editi.*

ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα. Οὐδὲ πάλιν εἶπεν, Ὁ μὴ καὶ τὸν υἱὸν τιμῶν, ἀλλὰ, Υἱὸν ὡς τὸν πατέρα. Ὡςαύτως ὅτι, Οὐκ ἀφεθήσεται τῷ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημοῦντι, οὔτε ὧδε, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἵνα [8] σημάνῃ τῆς τριάδος τὸ ἀπρόςιτον καὶ ἀσύγκριτον ἐν πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

Ἀετίου κεφάλ. λ'. Εἰ ὑπεράγει πάσης φύσεως ὁ παντοκράτωρ, διὰ τὸ ἀγέννητον ὑπεράγει, ὅπερ ἐστὶν αἴτιον τοῖς γεννητοῖς διαμονῆς. Εἰ δὲ μὴ ἔστιν οὐσίας δηλωτικὸν τὸ ἀγέννητον, πόθεν ἂν ἡ τῶν γεννητῶν φύσις ἕξει τὸ διασώζεσθαι;

Ἀνατρ. Πρέπει λέγειν καὶ ὁμολογεῖν, καὶ οὕτως κατέχειν, ὅτι πάσης φύσεως ὑπερέχει ὁ παντοκράτωρ, ἐξ οὗπερ ἡμῖν ὁ μονογενὴς ἀνεκδιηγήτως προῆλθεν ὁ θεὸς λόγος, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. Καὶ διὰ τοῦτο ἀσφαλῶς οὐ κτίσιν θεολογοῦμεν, ἵνα μὴ μωρανθῶμεν, τὴν δὲ ὑπερβαίνουσαν πᾶσαν φύσιν τριάδα δοξολογοῦμεν, υἱὸν σὺν πατρὶ, καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, διότι ἀγέννητον καὶ ἄκτιστον. Ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἄλλης φύσεως ὁ μονογενὴς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, σὺν τῷ παντοκράτορι πατρὶ, καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς παντοκράτωρ ἀκούσας, ὡς καὶ σαφῶς ἔχει ἡ θεία γραφή. Οὐ γὰρ ἀλλοῖός ἐστι παρὰ τὸ τοῦ πατρὸς ἀξίωμα ὁ μονογενὴς, συμπρέπον δὲ τῷ τοῦ πατρὸς ἀξιώματι· ὡς διαῤῥήδην μαρτυρεῖ μοι ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἐν πνεύματι ἁγίῳ φήσας περὶ τῶν υἱῶν
pag. 978. Ἰσραὴλ, Ὧν, φησὶν ἡ λατρεία, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ὧν οἱ πατέρες, ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προςκυνητὸς ὁ μονογενὴς, καὶ θεὸς ὁ μονογενὴς, καὶ θεῖον πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ μετὰ τὴν ἁγίαν τριάδα οὐκ ἔστιν ἕτερος θεός. Ὁ δὲ πατὴρ παντοκράτωρ, καὶ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ παῖς Ἰησοῦς Χριστὸς συμπρέπων τῷ τοῦ πατρὸς ἀξιώματι, καὶ πατὴρ καλούμενος τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, συμπρέπων [1] δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι ἀκτίστως, ἀεὶ ἡ τριὰς φανερουμένη καὶ γινωσκομένη, ἐξ ἧς τριάδος τοῖς πᾶσι γεγονόσι τὸ αἴτιον ἔνεστιν, [2] εἴπερ ἐστὶν οὐσίας ἀκραιφνοῦς καὶ ἀσυγκρίτου δηλωτικὸν, πατὴρ ἐν υἱῷ, υἱὸς ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, ἀεὶ τῆς διαμονῆς τὸ ἀΐδιον ἐν ἑαυτῇ ἐχούσης, ἐξ ἧς τριάδος τοῖς γεγονόσι τὸ διασώζεσθαι πρόςεστιν.

Ἀετίου κεφάλ. λα'. Εἰ οὐδὲν τῶν ἀοράτων [1] αὐτὸ ἑαυτοῦ σπερματικῶς προϋπάρχει, διαμένει δὲ ἐν φύσει ἀποκεκληρωμένῃ, [2] πῶς ὁ ἀγέννητος θεὸς ἐλεύθερος ἀποκληρώσεως ὑπάρχων νῦν μὲν τὴν ἑαυ-

8. σημαίνῃ edit. Petav.
1. δὲ reposui ex codd. mss. Editi τε.
2. ἧπερ volebat Petavius.
1. Supra vulgo αὐτὸς αὐτοῦ.

etiam filium honorat, sed filium dixit, perinde ac patrem. Similiter ei, *qui in spiritum blasphemiam dixerit, non remissum iri docet, neque hic, neque in futuro saeculo:* ut videlicet trinitatem in patre, filio et spiritu sancto esse doceat huiusmodi, ut ad illam nihil accedere compararive possit. Matth. 18, 31.

Aetii Caput XXX. Si omnipotens deus naturam omnem excellit, eo ipso, quod ingenitus est, excellit. Quae proprietas caussa est genitis omnibus stabilitatem constantiamque tribuens. Sin autem ingenitum substantiam non exprimit, a quo tandem genitarum rerum natura seipsam ut conservet accipit?

Confut. XXX. Illud omnino dicendum ac fatendum est, itaque tenendum, omnipotentem deum naturam omnem excellere, a quo unigenitus deus ac verbum, eiusque spiritus sanctus ineffabili quadam ratione processit. Quam ob caussam caute ac circumspecte creaturae divinum honorem non adscribimus, ne stultissimi reddamur, sed trinitatem, quae naturam omnem superat, praedicamus, filium cum patre, et ipsius sanctum spiritum; eo quod a nullo factus aut creatus sit. Etenim nequaquam diversae naturae unigenitus est, aut sanctus spiritus, sed deus ex deo, lumen de lumine. Quinetiam cum omnipotenti patre unigenitus ipse nominatur omnipotens, ut diserte scriptura sacra declarat. Unigenitus enim nihil a patris maiestate discrepat, sed omnino congruit. Quod expressis verbis testatur apostolus; qui spiritu sancto afflatus de Israëlitis ita loquitur: *Quorum*, inquit, *cultus, et testamenta, et patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula, Amen.* Ob id et adorandus unicus dei filius est, et idem deus et divinus spiritus est, sanctus spiritus, et post sacrosanctam trinitatem nullus alius deus est. Igitur omnipotens pater, et unicus ipsius filius paternae dignitati congruens, qui futuri saeculi pater appellatur, quique cum sancto spiritu nulla interveniente creatione convenit, trinitas est patefacta omnibus, et cognita, a qua creatae res omnes tanquam a caussa profectae sunt, ita quidem, ut appellatio ipsa caussae sinceram et incomparabilem substantiam significet; cuiusmodi est pater in filio, filius in patre, cum spiritu sancto, ut permansio ipsa in sese aeternitatem includat; cuius trinitatis beneficio condita omnia servantur. Rom. 9, 4.

Aetii Caput XXXI. Si nihil eorum quae visum effugiunt semetipso vi quadam sativa prius est, atque definita quadam naturae sorte continetur, quì fieri potest ut ingenitus deus ab omni sortitione liber suam ipsius substantiam modo in genita sobole inferioris

2. *Supra* πῶς ἂν ὁ ἀγ.

τοῦ οὐσίαν δευτέραν ἐν γεννήματι [3] ὁρᾷ, νῦν δὲ προτέραν ἐν ἀγεννήτῳ, κατὰ τὴν τοῦ πρώτου καὶ [4] δευτέρου τάξιν;

Ἀνατρ. Ἔδει τὸν Ἀέτιον ἡμῖν προσημαίνειν, καὶ σαφεῖς τὰς αὐτοῦ πεύσεις προβάλλειν, μάλιστα ταύτην [5] ἥνπερ λέξιν ἐπιλήψιμον, καὶ μηδ' ὅλως ἔχουσαν συγγένειαν τῶν ὁμοιωμάτων, οὐδὲ θάτερον τῶν ὑπ' αὐτοῦ ὠνομασμένων θατέρῳ συνεξισοῦσθαι δυνάμενον. Πολλῶν γὰρ ἀοράτων ἥκει φέρων ἡμῖν τὰς ὀνομασίας. Ἔστι γὰρ καὶ ἀόρατα ζῶα τὰ πνευματικὰ, φημὶ δὲ Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ, ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι, πνεύματά τε, καὶ ἄλλα τινά· ἐν οἷς ἀληθῶς πληροῦται τὸ μήτε ὑπάρχον ἐν [6] ἑαυτοῖς σπερματικῶς τι. Οὔτε γὰρ σώματα φαίη ἄν τις τὰ ἀόρατα· καὶ γὰρ οὔτε γεννῶσιν, οὔτε γεννῶνται, ἐκτίσθησαν δὲ κατὰ βούλημα τῆς οὔσης ἀεὶ θεότητος σαφῶς, καὶ λέλογχεν ἕκαστον τῶν κεκτισμένων ὅπερ ὁ ὢν αὐτῷ διένειμεν ἀρετῆς ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῆς αὐτοῦ ἀφθόνου φιλανθρωπίας, καὶ ἀπεκληρώθη ἕκαστον ὅπερ κεκλήρωται, καὶ ἐν τούτῳ μένει· καὶ ἐλεύθερός ἐστιν ὁ θεὸς πάσης αἰτίας, ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὸ πᾶν, οὐ μελλητικῶς, οὐδὲ μεταμελημένως τὸν υἱὸν μετὰ χρόνους ἔχων, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα αὐτοῦ, ἀλλὰ συμπρεπόντως [7] τῷ ἀεὶ ἔχειν υἱὸν γεγεννημένον υἱὸν ἔχων, καὶ τοῦτον μονογενῆ, ἀεὶ [8] ἔχων πατέρα ἐν ἑαυτῷ ἔχει, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐκ πατρὸς ὂν καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεὶ [9] ἔχων.

pag. 979.

Καὶ γὰρ οὔτε ἐπὶ ἀδοξίᾳ, οὔτε ἐπὶ προςθήκῃ δόξης ἡ περιουσία τῆς θεότητος ἀεὶ οὔσης. Μηδενὸς δὲ ἀεὶ ὄντος τῶν κεκτισμένων, πότε ἑώρα ἑαυτὴν ἡ τριὰς ἐν ἥσσονι περιουσίᾳ. Καὶ νῦν μὲν τοῦτο ἑώρα, νῦν δὲ ἐν προςθέσει οὐσίας, ὡς ἐνδεὴς μετὰ τὸ κεκτικέναι τὰ κεκτισμένα, ἐν περισσοτέρᾳ προςθήκῃ δόξης ἢ περιουσίας νῦν ἑαυτὴν ὁρῶσα; Καὶ ἐκ πανταχόθεν οὐδὲν ἐνσκήψει τῶν βουλομένων κατὰ τῆς ἀληθείας τὰς συλλογιστικὰς ἀνθρωπίνας ὑπονοίας παραφέρειν καὶ εἰς μέσον φέρειν, ὑπερβαινούσης τῆς τοῦ θεοῦ ἀξίας, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, πάντα νοῦν ἀγγέλων, καὶ ἐπέκεινα, πόσῳ γε μᾶλλον ἀνθρωπίνης φύσεως; ἐπειδὴ γὰρ λογισμοὶ ἀνθρώπων δειλοὶ, φθαρταὶ δὲ αἱ τούτων διάνοιαι, εἰς συλλογισμοὺς καὶ συζητήσεις ἑαυτὰς περιπείρουσαι· ὡς ἄλλοι ἀφ' ἑαυτῶν συλλογισμῶν ἀνακρινόμενοι

3. *Supra vulgo* ὁρᾶν.
4. *Supra vulgo* δευτέραν.
5. *Petavio visum est* ἥπερ λέξιν. *Ego suspicor* ἥνπερ ἔλεξεν.
6. *Scribendum* αὐτοῖς.
7. *Libri vulgo* τὸ. *Petavius annotavit* „F. τῷ ἀεὶ. Sed mutilus hic locus."
8. *Repono* ἔχοντα πατέρα.
9. *Libri vulgo* ἔχον, *quod correxi. Cornarius vertit* Et liber est deus ab omni caussa, in seipso totum habens; non in futurum, neque per poenitentiam filium post tempora habens, aut sanctum suum spiritum, sed condecen-

cuiusdam ac secundae conditionis modo in ingenito primariae esse videat, ita ut prioris insit ac posterioris ordo?

Confut. XXXI. I. Vellem equidem, quod et factum oportuit, ut Aëtius mentem suam nobis aperuisset, et interrogationes suas aliquanto clarius proposuisset, potius quam ea dictione esset usus quae in reprehensionem incurrit, nec ullam in his rebus, quibus utitur, similitudinem habet, cum neutrum eorum quae ab eo commemorata sunt cum altero comparari et exaequari possit. Siquidem plurimorum quae visum effugiunt appellationes adducit in medium. Nam et visum fugiunt animalia illa spiritalia, hoc est Seraphim, Cherubim, angeli, spiritus denique; in quibus verum illud esse cernitur quod Aëtius narrat, nihil ut in seipsis vi quadam sativa contineant. Neque enim corpora ea quae non aspectabilia sunt dixerit aliquis, cum neque gignant, neque gignantur, sed de sempiternae divinitatis voluntate plane condita sint, ac tantumdem unaquaeque creatarum rerum virtutis habet, quantum pro infinita sua benignitate et humanitate largitus est deus. Itaque quaelibet quod sibi attributum est obtinuit, in eoque permanet; deus vero ab omni caussa absolutus est, continens in semet omnia. Idem sine ulla cunctatione mutationeve consilii, neque filium longo intervallo, neque spiritum sanctum suum habere coepit. Sed pro eo ac conveniens est filium habet ab aeterno, quem unicum genuit; filius vero patrem habens in seipso perpetuo una et spiritum sanctum habet, *Qui a patre procedens a filio semper accipit.* Ioann. 15, 26.

II. Etenim neque in obscuritate, nec in uberiori splendore ac gloria sempiternae divinitatis excellentia versatur. Cum autem creatarum rerum nulla adhuc esset, utrumnam tandem divinitas minore se ipsam opulentia praeditam vidit aliquando? aut tum quidem eiusmodi esse vidit, nunc autem, facta ad substantiam accessione, quasi cuiuspiam rei indigens esse posset, posteaquam creata omnia produxit, ampliore quadam gloria opibusque sese praeditam animadvertit? Nullus itaque tergiversandi locus iis relictus est qui adversus veritatem syllogismorum argutias hominum excogitatas ingeniis opponere nituntur, et in medium afferre. Siquidem divina maiestas, patris, inquam, et filii, ac spiritus sancti angelorum mentes omnes longo intervallo superat nedum hominum, quorum *timidae cogitationes*, animi sensus intereant in nihilum redacti, ac sese varias in ratiocinationes et quaestiones induunt. Quemadmodum in pleris- Sap. 9, 14.

ter ei ut habeat semper filium genitum, habens filium et hunc unigenitum, habentem semper patrem in seipso. Habet autem et sanctum spiritum ex patre existentem, et de filio accipientem, semper ipsum habens.

κατὰ σοφιστικήν τινα ὑπόνοιαν, οἱ μὲν περὶ τοῦ κακοῦ ὅτι πόθεν ἤρξατο, ἄλλοι δὲ ὅτι πόθεν ὁ διάβολος, ἢ διὰ τί γέγονεν, ἕτεροι δὲ τὸν μέλλοντα ἁμαρτάνειν ἄνθρωπον ὅτι διὰ τί ὁ θεὸς οὕτως αὐτὸν ἔκτισεν, ὁ δὲ τοιοῦτον αὐτὸν ἐργασάμενος διὰ τί ὕστερον αὐτὸν αἰτιᾶται. Ἵν' ὅταν πάντες περικρούσαντες τοὺς ἑαυτῶν λογισμοὺς καταμάθωσιν ἑαυτοὺς φθαρτοὺς, ἀποδώσωσι τῷ [10] ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τουτέστι τῇ μιᾷ τριάδι, τὸ σέβας καὶ τὴν γνῶσιν· παρ' αὐτοῦ δὲ αἰτούμενοι τῆς ἀληθινῆς πίστεως τὴν γνῶσιν, καὶ πορισάμενοι, ἵνα μὴ ὑπερβαίνειν πειρῶνται τὸ ἴδιον μέτρον, ἀλλὰ μάθωσιν ἡσυχάζειν ἀπὸ τετυφλωμένης ἐννοίας, καὶ μὴ σοφίζεσθαι διὰ ἀναπτομένης γλώσσης καὶ λογισμῶν ἀσυνέτων, σωφρονίζεσθαι δὲ μᾶλλον διὰ τοῦ συνετοῦ
pag. 980. ῥητοῦ τῆς ἁγίας καὶ θείας γραφῆς τῆς λεγούσης μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.

Ἀετίου κεφάλ. λβ'. Εἰ διαμένει ἐν φύσει [1] ἀγεννήτου ὁ θεὸς, τὸ ἐν [2] γενέσει καὶ ἀγεννησίᾳ ἑαυτὸν εἰδέναι ἀφῃρήσθω. Συγχωρουμένου δὲ ἐν ἀγεννήτῳ καὶ γεννητῷ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν παρατείνειν, αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀγνοεῖ τὴν οὐσίαν, περιαγόμενος ὑπὸ [3] γενέσεως καὶ ἀγεννησίας. Εἰ δὲ καὶ τὸ γεννητὸν μετείληφε μετουσίας ἀγεννήτου, ἐν δὲ γεννητοῦ φύσει ἀτελευτήτως διαμένει, [4] ἐν μὲν δὴ ἀτελεῖ φύσει γινώσκει αὐτὸν, ἀγνοῶν δῆλον ὅτι τὴν ἀγέννητον μετουσίαν. Οὐ γὰρ οἷόν τε αὐτὸν περὶ [5] αὐτοῦ καὶ ἀγεννήτου οὐσίας γνῶσιν ἔχειν καὶ γεννητῆς. Εἰ δὲ εὐκαταφρόνητόν ἐστι τὸ ἀγέννητον διὰ μεταβολῆς ἐπιτηδειότητα, ἀξίωμα φύσεώς ἐστιν οὐσία ἀμετάβλητος, τῆς ἀγεννήτου οὐσίας πάσης αἰτίας κρείττονος [6] ὁμολογουμένης.

Ἀνατρ. Ἐν ἀγεννήτῳ φύσει διαμένει ἀναμφιβόλως ὁ θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας ἐξ οὐκ ὄντων καὶ δημιουργήσας, ὁ πατὴρ γεννήσας ἐξ [7] ἑαυτοῦ ὁμοούσιον ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ συμπρέποντα τῇ αὐτοῦ ἀϊδιότητι, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἅγιον πνεῦμα ἐξελθὸν, πρεπόντως ὑπάρχον τῇ αὐτοῦ ὁμοουσιότητι, καὶ οὔτε ἐπειδήπερ ἡ τριὰς ἔκτισεν ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, παρὰ τοῦτο ἀναιρεῖται τὸ ἀναλογοῦν τῷ τοῦ θεοῦ ἀξιώματι διὰ τοῦ προσφάτου τῶν κεκτισμένων ὀνόματος, ἡ τοῦ ὄντος ἀϊδιότης. Ἀφαιρεῖται δὲ ἀπὸ τῶν κεκτισμένων ἡ ἄνωθεν ὑπερβαίνουσα οὐσία, οὐκ οὖσα τούτοις ὁμοούσιος, ἐξ οὐκ ὄντων δὲ καλέσασα τοῦ εἶναι. Διὸ ὁ γεγεννημένος υἱὸς, οὐκ ἐξ οὐκ

10. *Aut delenda est vocabula* ἐν, *aut ad* τῷ *articulum* λογισμῷ *repetendum de superioribus.*

1. ἀγεννήτῳ *supra legebatur.*

2. γεννέσει *cod. Rhedig.*

3. γεννέσεως *cod. Rhedig.*

4. *Vulgo* εἰ μὲν διατελῶν. *Cf. supra. Et Cornarius vertit* in imperfecta sane natura se ipsum cognoscit.

5. *Supra* ἑαυτοῦ.

que usuvenire cernimus qui sophistica quadam ratione inventis a se syllogismis diversarum rerum caussas inquirere et investigare student. Veluti mali quod principium fuerit; alii undenam, et cuius rei gratia diabolus extiterit, quidam de homine peccaturo quaerunt, cur hunc deus ea conditione procreaverit, aut qui talem fabricarat, cur incusarit postea. Ut cum varias in partes animos suos ac cogitationes intenderint, ac corruptioni se obnoxios intellexerint, patri ac filio et spiritui sancto, hoc est uni ac singulari trinitati, venerationem ac scientiam deferant, ab eoque verae fidei cognitionem postulent, atque impetrent; ut ne mensuram propriam excedant, sed ab occaecatae mentis impetu conquiescant; neve accensa incitataque lingua et imprudentibus cogitationibus argutari malint quam sapientissima illa scripturae sententia castigari, *Non sapere plus quam* Rom. 12, 3. *oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*

Aetii Caput XXXII. Si in ingenita natura perseverat deus, detrahendum hoc ei est, ut generari se atque ingenitum esse cognoscat. Quod si id illi detur, ut per geniti ingenitique conditionem illius natura traducatur, substantiam ipse suam ignorat, cum ab utraque, geniti scilicet atque ingeniti, qualitate distrahatur. Si vero genitum conditionis ingeniti particeps est, et ingeniti natura perpetuo manet, necesse est ut se imperfecta in natura constitutum agnoscat, et illam ingeniti communionem ignoret. Neque enim idem de se ipso et ingenitae substantiae et genitae notitiam informare potest. Iam vero si ingeniti proprietas levis est ac minimi facienda, quod in mutationem proclivis sit, immutabilis substantia naturae quaedam dignitas est, cum ingenita substantia omnium confessione caussis omnibus antecellat.

Confut. XXXII. I. Nemini dubium est quin ingenita in natura deus perseveret, pater, qui de nihilo creavit ac fabricavit omnia, filium vero consubstantialem e seipso, atque aeternitati suae congruentem genuit; nec non et spiritum sanctum e seipso procedentem, et eiusdem substantiae communioni peraeque convenientem produxit. Quod autem eadem illa trinitas quaecunque sunt e nihilo procreavit, tam aspectabilia quam quae aspectum fugiunt, non idcirco id ipsum quod divinae maiestati consentaneum est, hoc est existentis aeternitas, recenti illa creatarum rerum appellationi subtrahitur. Nam ab istarum conditione summa illa substantia ac praecellens eximitur, quibuscum minime consubstantialis est, sed eas e nihilo aliquid ut essent excitavit. Quare filius a patre genitus,

6. *Supra* ὡμολογημένης. 7. αὐτοῦ *cod. Rhedig., et cod. Ien. a m. pr.*

ὄντων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ ὄντος, συμπρεπόντως ἅμα θεωρεῖται, οὔτε παρατεινομένης τῆς οὐσίας, οὔτε συστελλομένης, ἀλλὰ πνεῦμα ὢν ὁ πατὴρ πνεῦμα ἀληθινῶς τὸν υἱὸν ἐγέννησεν, καὶ ἐξ ἑαυτοῦ ἐξήνεγκε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐχ ἑαυτὸν ἀγνοεῖ, οὔτε τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν συστελλομένην, ἢ πλατυνομένην οἶδεν, ἢ τομὴν ὑφισταμένην (ταῦτα γὰρ
pag. 981. πάντα περὶ θεὸν εἰδέναι ἀλογώτατον, ὥςτε καὶ ἀγνοεῖν αὐτὸ τὸ θεῖον ὅπερ ἐστὶ [8] τὸ ἅγιον πνεῦμα), καὶ οὔτε ὁ ἀγέννητος οὐ συμμετέχει τῷ γεννήματι τὸ ὁμοούσιον, οὔτε ὁ γεννητὸς οὐ συμπεριέχει τῷ πατρὶ τὸ ἀΐδιον (οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, καὶ ὁ υἱὸς οἶδε τὸν πατέρα), ἀτελευτήτως ἀεὶ τῆς τριάδος ἀκτίστου μενούσης, καὶ ἀτελευτήτως ὑπαρχούσης, τοῦ μονογενοῦς γεγεννημένου ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὄντως ὄντος, καὶ ἐν ἰδίᾳ τελείᾳ φύσει. Διὸ γινώσκει ἑαυτὸν, καὶ οὐκ ἀγνοεῖ, οὔτε ὁ υἱὸς τὴν ἀγέννητον πατρὸς οὐσίαν, οὔτε ὁ ἀγέννητος τὴν τοῦ υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ οὐσίαν, ἀξιοπίστου ὄντος τοῦ μονογενοῦς θεοῦ λόγου φήσαντος, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ.

Διὸ ἀφῃρήσθω τὸ τούτου τοῦ γεννάδα Ἀετίου ἀποφαντικὸν κέλευσμα τὸ φῆσαν, Οὐ γὰρ οἷόν τε αὐτὸν περὶ [9] ἑαυτοῦ, καὶ ἀγεννήτου οὐσίας γνῶσιν ἔχειν καὶ ἀγεννησίας. Προὔλαβε γὰρ ὁ μονογενὴς παραγράψαι τὴν δικαστικὴν αὐτοῦ ταύτην φωνὴν, φήσας ἑαυτὸν εἰδέναι τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον οὐδένα, συμπεριλαβὼν ἅμα καὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου τὸ ἐνύπαρκτον. Ὡς καὶ ἐν ἄλλῳ φάσκει ὅτι, [10] Τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς διδάξει ὑμᾶς. Εἰ δὲ τοῦ πατρός ἐστι τὸ πνεῦμα, οὐκ ἀγνοεῖ καὶ αὐτὸ τὸν πατέρα. Ἐν δὲ τῷ εἰρηκέναι, Οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, ἵνα ἑαυτὸν καὶ τὸν πατέρα καὶ [11] τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπερβεβηκὸς σημάνῃ τῶν ἄλλων τῶν μὴ ἀϊδίως ὑπαρξάντων, γενομένων δέ. Εἰ δὲ προὔλαβεν ἀεὶ εἰδέναι τὸν πατέρα, μάτην ἡμῖν Ἀέτιος κενολεκτῶν ὑπεισδύνει, σαφῶς πᾶσιν ὢν δῆλος ὅτι ὡς ἄνθρωπος λογίζεται, σαρκικῶς ἀνακρινόμενος, καὶ ψυχικὸς ὑπάρχων διὰ τὸν ἑαυτὸν καὶ τὸν πατέρα γινώσκοντα καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. Ἐξῄρηται οὖν πάσης αἰτίας ὁ θεὸς οὐ μόνον πατὴρ, ἀλλὰ καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τῆς θεότητος πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμολογουμένης κρείττονος πάσης αἰτίας.

Ἀετίου κεφάλ. λγ΄. Εἰ τὸ ἀγέννητον πάσης αἰτίας ἐξῄρηται, εἴη δὲ πολλὰ ἀγέννητα, ἀπαράλλακτον ἕξουσι τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ἂν μὴ ἀποκληρώσει φύσεώς τινος κοινοῦ καὶ ἰδίου μετειληφυῖα [1] ἡ μὲν ἐποίει, ἡ δὲ ἐγίνετο.

8. *Verba* ταῦτα γὰρ — ἅγιον πνεῦμα *in parenthesi posui. Petav. ante* τὸ ἅγιον πν. *deesse suspicatur* πατὴρ, καὶ υἱὸς, καί. *Nihil desidero. Cornarius reddidit* sicut etiam ignorare ipsum deum, hoc est spiritum sanctum.

non e nihilo, sed ex eo qui est convenienter productus intelligitur; adeo ut neque collatata, neque contracta sit substantia. Verum qui spiritus est pater spiritum perinde filium genuit atque e seipso sanctum spiritum emisit. Neque vero aut semetipsum ignorat, aut contractam collatatamve suam novit substantiam, sive aliqua sectione concisam. Haec enim omnia de deo cogitare nimis est absurdum, ut quid sit spiritus sanctus deus ipse nesciat. Ac neque ingenitus cum ingenito filio consubstantialis non est, neque genitus ipse communem cum patre aeternitatem non continet. Etenim pater filium, filius patrem cognoscit. Trinitas porro ipsa sine ullo fine manet increata, occiditque nunquam. Filius vero a patre revera ac semper existente in propria perfectaque natura genitus est. Ob id semetipsum novit; neque aut filius ingenitam patris substantiam, aut ingenitus filii, quem produxit, ignorare potest. Dignus est enim filius ipse cui sic loquenti fides adhibeatur: *Nemo novit patrem nisi filius, et filium nisi pater.* Matth. 11, 27.

II. Quamobrem circumscribatur a temerario illo Aëtio, tanquam a iudice, pronuntiata sententia, non eundem de seipso posse genitae naturae simul et ingenitae informare scientiam. Etenim illius decreto iam pridem unici dei filii auctoritas praescripsit, cum se patrem nosse, nec alium praeterea, definiit. Quibus verbis etiam spiritum sanctum simul existentem complexus est; quemadmodum alio in loco dixit, *Spiritus patris docebit vos.* Quod si patris ille spiritus est, ne ipsum quidem patrem ignorat. Cum autem dixit, *Nemo novit patrem nisi filius*, semetipsum pariter et patrem ac spiritum sanctum ceterorum quae ab aeterno non sunt, sed procreata sunt, conditionem excessisse significat. Quamobrem cum ab aeterno patrem filius cognoverit, frustra nobis Aëtius nugacibus suis verbis obrepere conatur: cum manifestissimum sit ipsum hominis more cogitare, ac carnaliter inquirere, et animalem esse, propter eum qui tam se quam patrem cognoscit, una cum spiritu sancto. Quapropter deus ab omni caussa vindicandus est, non modo pater, sed et filius ac spiritus sanctus. Siquidem patris, filii ac spiritus sancti divinitas, quod nemo non confitetur, caussa est omni praestantior. Ioann. 16, 13.

Aetii Caput XXXIII. Si ingenitum caussam nullam penitus habet, sintque ingenita complura, immutabili caussa constabunt. Neque enim velut attributa communis cuiusdam ac peculiaris naturae conditione particepsque facta altera molita est, altera producta.

9. αὐτοῦ *cod. Rhedig.*
10. τὸ *om. cod. Rhedig.*
11. τὸ ἅγιον πνεῦμα *cod. Rhedig.*

1. *Verba* ἡ μὲν — ἐγίνετο *om. in cod. Rhedig.*

pag. 982. Ἀνατρ. Πάσης αἰτίας ἐξήρηται ὁμολογουμένως τὸ ἀγέννητον, διότι ἕν ἐστι τὸ ἀγέννητον καὶ προσκυνητὸν, διαιρουμένου τοῦ προσκυνητοῦ ἀπὸ τῶν προσκυνούντων. Προσκυνητὴ δέ ἐστιν ἡ τριὰς, μονὰς οὖσα, καὶ ἐν ἑνὶ ὀνόματι ἀριθμουμένη τριὰς, πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐ ἀλλότριον τὸ ἑαυτῆς ἐν ἑαυτῇ κεκτημένη, ἀλλὰ συμπρεπόντως πατὴρ γεννήσας υἱὸν, καὶ οὐ κτίσας. [2] Τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ τοῦ γεννήτορος, διὸ τὸ γέννημα ἐκ τοῦ ὄντος ἔστι, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἐξελθὸν ἅγιον πνεῦμα, οὔσης τῆς τριάδος ἐν μιᾷ ἑνότητι ἀκτίστῳ, τῶν δὲ πάντων ἐξ αὐτῆς τῆς τριάδος ἐξ οὐκ ὄντων κεκτισμένων· ὅθεν ἡ μία τριὰς εἷς ἐστι θεὸς, πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἀλλότριον τὸ ἑαυτῆς ἐν ἑαυτῇ κεκτημένη, ἄκτιστος, ἀγέννητος, ἀδημιούργητος, τριὰς [3] οὐ πεποιημένη, ἀλλὰ ποιοῦσα, οὐ κτίσματος ὄνομα ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, ἀλλὰ κτίζουσα, μία οὖσα, καὶ οὐ πολλαί. Τὰ δὲ πάντα ἐξ αὐτῆς πολλὰ μὲν ὄντα, ἀλλ' οὐ σὺν αὐτῇ ἀριθμούμενα. Διὸ οὔτε ἀποκεκλήρωται ἑτέρᾳ φύσει κοινότητος τῆς οὐσίας τῆς ἀσυγκρίτου. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ κτιστή τις οὖσα ἐν τῇ τοῦ θεοῦ οὐσίᾳ φύσις, ἀλλὰ δημιουργικὴ τῶν πάντων τῶν οὐ δυναμένων τῇ ἀσυγκρίτῳ καὶ μιᾷ οὐσίᾳ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοουσιότητι ἐπικοινωνῆσαι, ὡς [4] σαφῶς ἐστι τῷ τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας εἰληφότι ἀποκαλύπτουσα, ὅτι αὐτὴ μόνη προσκυνεῖται, καὶ οὐ τὰ πάντα· ὡς καὶ αὐτὴ μόνη εἰς ὄνομα ἑαυτῆς βαπτίζει, καὶ οὐ τὰ ὅλα.

Ἀετίου κεφάλ. λδ'. Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, [1] οὐδοποτέρα διοίσει τῆς ἄλλης κατὰ τὸ ἀδέσποτον. Πῶς οὖν ἄν τις φαίη τὴν μὲν μεταβάλλεσθαι, τὴν δὲ μεταβάλλειν, οὐκ ἐπιτρεπόντων τῷ θεῷ [2] ὑφιστάναι ἐκ μὴ ὑποκειμένης οὐσίας;

Ἀνατρ. Πᾶς τις τῶν ἀντικαταστάντων τῇ ἀληθείᾳ καταπληκτικῶς ἐπισυνάξας ἑαυτῷ λογίδια ἔδοξέ τισιν ἀνατρεπτικῶς ἐπισκήπτειν, pag. 983. καὶ ἀπὸ τῆς ζωτικῆς ὁδοῦ μεταφέρειν καὶ λυμαίνεσθαι, ὡς οὗτος ὁ Ἀέτιος, νῦν μὲν φύσει ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ μηδὲν λέγων καταπλήττειν δοκεῖ τοὺς ἀκεραίους, ἐκ περιττοῦ τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα λέγων, ὀνόματι, ὡς εἴωθεν ἐκ περιττοῦ προφέρειν, καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ κεχρημένος. Οὐ γὰρ πᾶσα οὐσία ἀγέννητος παρ' αὐτοῖς τοῖς συνετοῖς ὁμολογεῖται, ἐπεὶ πᾶσα ἂν [3] ἐθεολογεῖτο. Οὐ πασῶν δὲ θεολογουμέ-

2. *Reponendum fortasse* Ὁ μὲν. *Interpretum uterque vertit* Hic.
3. οὐ *libri scripti.* οὔτε *editi.*
4. σαφῶς *reposui sententia postulante, et codd. mss. haud refragantibus, quorum in utroque (et in edit. princ.)* σαφὴς *legitur, non* σαφὴς, *ut edidit Petavius.*
1. *Vulgo* οὐδ' ὁποτέρα *exaratum est.*

Confut. XXXIII. Quod ingenitum dicitur, in confesso est sui nullam habere caussam, quandoquidem unum idemque est ingenitum et adorandum, sic ut adorandum ab adorantibus secernatur. Adoranda porro trinitas est, quae eadem et unitas est, et uno nomine comprehensa trinitas appellatur, pater, filius et spiritus sanctus. Quae quidem quod suum est non tanquam alienum in seipsa continet, sed congruenter patrem filius non creavit, sed genuit. Hic enim ab ipso semper genitore procedit. Unde filius ab existente ortus est; ut et spiritus sanctus, qui ab ipso processit; cum in una et increata singularitate trinitas ipsa consistat, cetera vero omnia ab eadem illa trinitate e nihilo procreata sint. Ex quo fit ut singularis illa trinitas unus sit deus, pater et filius et spiritus sanctus. Quae non velut alienum quod suum est in semetipsa obtinet, increata, ingenita, non fabricata, trinitas, inquam, non facta, sed faciens, non creaturae nomen in sese complectens, sed procreans, una, non plures. A qua profecta sunt omnia, quae et multiplicia sunt, neque cum ea numerantur. Quare neque communem quandam naturam cum incomparabili essentia participare dicuntur. Neque creata quaepiam natura in divina illa comprehenditur. Sed haec omnium opifex est, quae cum incomparabili ac singulari patris, filii, spiritusque sancti natura in eiusdem substantiae communionem venire nequeunt. Quemadmodum ei quidem, cui sit veritatis oblata cognitio, perspicue ipsa declarat. Nimirum solam ipsam adorandam esse, non ceterarum rerum quicpiam; cum et ipsa sola suo in nomine baptizet, ceterorum autem id nullum faciat.

Aetii Caput XXXIV. Si substantia omnis ingenita est, nihil a se invicem hac ex parte different, quod neutra dominationi subiecta sit alterius. Quare quinam affirmari potest, mutari unam, alteram mutare, cum deo minime permittant, ut ex nulla subiecta substantia producatur?

Confut. XXXIV. Quisquis veritatem oppugnavit aliquando, voculis quibusdam ad iniiciendam admirationem collectis, ad evertenda sacra dogmata impressionem facere visus est, atque a vitae tramite deducere, ac perniciem adferre. Quod Aëtius modo facit, qui cum hoc in capite nihil omnino dicat, rudioribus tamen fucum facere, ac terrere videtur, eadem ad fastidium usque repetens, ac vocabulum illud, quod identidem commemorare solet, hoc loco perperam usurpans. Igitur non substantia omnis sapientum iudicio censetur ingenita; alioqui nulla non divina statueretur. Cum ergo

2. ὑφιστᾶν *supra.*
3. *Sic edidit Petav. Cod. Rhedig.* ϑεολογοίτο, *cod. Ien. et ed. princ.* ϑεολογεῖτο.

νων τῶν οὐσιῶν, ἀλλὰ μιᾶς παρὰ [4] πάσας, ἥτις ἐστὶ θεότης μία ἐν τριάδι, πῶς ἔτι ὑπολειφθήσεται τῷ γεννάδᾳ τούτῳ τὸ καταπληκτικὸν αὐτοῦ χωρεῖν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας; Διοίσει δὲ καὶ ὁποτέρα τῆς ὁποτέρας, ὅτι ἡ μὲν τριὰς κτίζει, τὰ δὲ πάντα ἀπ' αὐτῆς κέκτισται. Καὶ ἡ μέν ἐστιν ἀδέσποτος, τὰ δὲ ὑπ' αὐτῆς γενόμενα δεσπόζεται· καὶ ἡ μὲν μεταβάλλεται, ἡ δὲ ἀπαράβατον ἔχει τὴν φύσιν, μεταβάλλουσα ἀεὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς μεταβαλλόμενα, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων τὰς οὐσίας καὶ τὰς ὑποστάσεις ὑφιστᾶν δυναμένη. Τοῦτο γάρ ἐστι συμπρέπον θεῷ ἐκ μὴ ὑποκειμένων, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων καὶ ὑποστάντων, κατὰ τὴν διακόσμησιν μετασκευάζειν ὡς βούλεται.

Ἀετίου κεφάλ. λε΄. **Εἰ πᾶσα οὐσία ἐστὶν ἀγέννητος, πᾶσά ἐστιν ἀπαράλλακτος. Τῆς [1] δὲ οὐσίας τὸ ἀπαράλλακτον ἔχουσης, τὸ ποιεῖν τε καὶ τὸ πάσχειν αὐτοματισμῷ ἀναθετέον. Πολλῶν δὲ ὄντων ἀγεννήτων καὶ ἀπαραλλάκτων, [2] ἀναριθμήτως διοίσουσιν ἀλλήλων. Οὐ γὰρ ἂν εἴη ἀριθμητὰ τὰ διεστῶτα ἢ καθόλου, ἢ κατά τι, πάσης διαστάσεως ἀποκλήρωσίν τινα ἐμφαινούσης αἰτίου ἀποτεταγμένης ἀγεννήτου φύσεως.**

Ἀνατρ. Οὐ πᾶσα οὐσία ἀγέννητος· ἠλίθιον γὰρ καὶ τὸ διανοεῖσθαι, καὶ Ἑλληνικῆς ἀγνωσίας οὗτος ὁ λογισμὸς, καὶ τὸ ἀπόφθεγμα, κἄν τε ἀποφαντικῶς, κἄν τε ἐρωτητικῶς τῷ Ἀετίῳ εἴρηται. Δῆλον [3] δὲ ὅτι ἐρωτητικῶς. Ἑλλήνων τοίνυν παῖδας τοῦτο ἐρωτάτω. Κἀκεῖνοι δὲ αὐτῷ συντιθέσθωσαν τοῦτο ἔχειν ἐκ συλλογισμῶν τὸ ἐρώτημα, ὕλην τινὰ σύγχρονον τῷ θεῷ ἐπιφημίζοντες. Ἁλισκέσθω δὲ ἅμα ἐκείνοις, εἰ συντιθοῖτο, ἐχούσης τῆς ἀληθείας ἓν εἶναι τὸ ποιοῦν, ἐν μιᾷ οὐσίᾳ τριάδος τελείας, καὶ οὐ κατὰ [4] συναλιφὴν ἀριθμουμένης. Τὰ δ' ἄλλα πάντα γεννητὰ, καὶ κτιστὰ, καὶ οὐκ ἀγέννητα. Τῆς δὲ θεότητος ἀκτίστου οὔσης, πατρὸς μὲν γεννῶντος, υἱοῦ δὲ γεννητοῦ, πνεύματος δὲ ἁγίου ἐξ αὐτοῦ ἀπεσταλμένου τοῦ πατρὸς καὶ τῶν τοῦ υἱοῦ λαμβάνοντος, πάντων δὲ ὄντων κεκτισμένων, τοῦ δὲ ἀπαραλλάκτου τῇ δυνάμει μένοντος, [5] συμπρεπόντως ἐν τῇ τριάδι πάσης θεότητος ἐπὶ τὸν πατέρα [6] ἀναφερομένης, διὰ τὸ εὔλογον καὶ ἄπτωτον τῆς μονάδος καὶ τὸ ἀναιρετικὸν τῆς πολυθεΐας τὸ μὲν ἀπαράλλακτον μένει τῇ δυνάμει, τὸ δὲ εὔλογον συμπρεπόντως ἀναλογεῖται υἱοῦ πρὸς πατέρα, καὶ ἁγίου πνεύματος. Τοίνυν τούτων οὕτως ἐχόντων ἐξ ὑπαρχῆς πεσεῖται τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ ἐρωτήματος ἡ ἐπίνοια. Οὐ γὰρ

pag. 984.

4. πάσης *mendum est ed. Petav. Colon. repet.*

1. δὲ *om. in ed. Petav. Colon. repet.*

2. ἀριθμητῶς *codd. mss. uterque et edit. princ. — De seqq. cf. supra.*

3. δ' ὅτι *cod. Rhedig., et Ien. a m. sec.*

4. συναλοιφὴν *edit. Petav.*

5. συμπρεπόντως *scripsi ex emendat. Cornarii, qui convertit* condecenter. *Libri vulgo* συμπρέποντος.

non omnibus divinitas tribuatur, sed uni prae ceteris, quae est una in trinitate divinitas, quid tandem egregio illi relinquetur, quo veritatis filiis terrorem admirationemque possit incutere? Sed et altera ab altera discrepabit, eo quod trinitas creat, cetera vero ab ipsa creantur omnia. Illa nullius dominatui subiecta est, haec illius potestati sunt subdita. Ad haec ista mutationibus obnoxia sunt, illa suapte natura immutabilis est, et inferiora omnia commutat, quorum naturas et substantias e nihilo producere potest. Hoc enim deo congruit, ut ex nulla substrata materia et ex nihilo productarum a se rerum ac subsistentium ordinem dispositionemque pro sua voluntate mutet.

Aetii Caput XXXV. Si substantia omnis ingenita est, perinde et nulla variabilis est. Quod si variari substantia non potest, agere, et pati ad fortuitum quendam casum referenda sunt. Quod si multa sunt ingenita et invariabilia, nullo certo a se invicem numero discrepabunt. Neque enim comprehendi numero poterunt, quae vel absolute, vel aliqua ex parte differunt, cum differentia omnis determinatae caussae in ingenita natura velut attributam sortem significet.

Confut. XXXV. Non omnis substantia ingenita dici potest, quod vel animo concipere stolidum est, atque ab gentilium ignorantia ea vel cogitatio vel sententia proficiscitur, sive affirmando, sive interrogando solum Aëtius ista protulerit. Quamquam interrogando istud quidem usurpasse videtur. Quare de gentilibus ista sciscitetur, atque ab illis hoc, quod in interrogatione sua ex ratiocinationibus collecta posuit, concedatur ultro, materiam esse quandam, quae tempore cum deo sit aequalis; sed et una cum illis eadem si sentiat convincatur Aëtius. Nam veritas quidem ipsa unam esse censet efficientem caussam; quod in una et eadem substantia perfecta trinitas sine ulla confusione numeretur. Reliqua vero omnia facta ac procreata sunt, non ingenita, divinitas vero a nullo creatur, sed pater gignit, filius genitus est; spiritus sanctus a patre missus est, et a filio accipit; cetera vero creata sunt; atque ipse deus immutabilis virtute permanens congruenter in trinitate consistit. Ceterum divinitas omnis ad patrem refertur, quod ita consentaneum sit, idque et ad unitatem retinendam, et multiplicium deorum vanitatem refellendam pertineat. Sic enim immutabilis est naturae divinae virtus, ut congruenter filii ad patrem spiritusque sancti consentanea ratio comparatioque servetur. Quae cum ita sese habeant, captiosae illius interrogationis commentum penitus intercidit.

6. ἀνωφερομένης *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

πολλὰ τὰ ἀπαράλλακτα, ἀλλὰ ἡ μία τριὰς ἐν μονάδι, καὶ μία θεότης ἐν τριάδι. Τὰ δ' ἄλλα πάντα ἀφέστηκεν, οὔτε αὐτοματισμῷ ἔχοντα τὸ πάσχειν, ἢ ποιεῖν, οὔτε τῆς ἁγίας τριάδος ἐν τῷ τι ποιεῖν δυναμένης πάσχειν, τῆς ὅλης ἀπαθοῦς οὔσης καὶ προσκυνητῆς, φημὶ δὴ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. Ἐποίησε γὰρ πάντα ὁ θεὸς δι' υἱοῦ, ἀλλ' οὐχὶ τὸν υἱόν. Οὐ γάρ ἐστι σὺν πᾶσι. [7] Συνυπουργεῖ γὰρ τῷ πατρὶ, καὶ συμπροσκυνεῖται. Οὔτε τὸ ἅγιον πνεῦμα. Οὐ γὰρ ἀριθμεῖται ἀπὸ πάντων, στερεοῖ δὲ τὴν δύναμιν τῶν ἁπάντων, καὶ συμπροσκυνεῖται. Τῶν δὲ πάντων ὑπὸ τὴν τοῦ ἑνὸς προνοησίαν ἐπιτεταγμένων ἕκαστα φέρεταί τε καὶ πράττει, πάσχει δὲ καὶ ὅσα ἕτερα. Διὸ ἡ μία τριὰς πρὸς ἑαυτὴν ἀπαράλλακτος, τὰ δὲ ἄλλα ἐξ αὐτῆς παρηλλαγμένα. Οὔτε γάρ ἐστι σύγχρονα, οὔτε συναΐδια. Μόνη δὲ ἀΐδιος, καὶ ἄκτιστος, καὶ ἀγέννητος, υἱοῦ μὲν γεγεννημένου ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἀεὶ δὲ ὄντος, καὶ μηδέποτε διαλείποντος τοῦ εἶναι. Ὅθεν ἠσφαλισμένως [8] κεφαλὴν, καὶ οὐκ ἀρχὴν τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ ἐδίδαξεν ὁ θεῖος λόγος, διὰ τὸ ὁμοούσιον, καὶ ἀϊδίως ὄντος τοῦ
pag. 985. πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ ἐκ πατρὸς ἀπεσταλμένου, ἀεὶ δὲ σὺν πατρὶ ὑπάρχοντος, καὶ μὴ ἀπὸ χρόνου ἀρξαμένου.

Ἀετίου κεφάλ. λϛ'. Εἰ τὸ ἀγέννητος καὶ τὸ θεὸς ἐκ παραλλήλου τὸ αὐτὸ δηλοῖ, [1] ὁ ἀγέννητος ἀγέννητον ἐγέννησεν. Εἰ δὲ ἕτερόν τι δηλοῖ τὸ ἀγέννητον, ἕτερον δὲ τὸ θεὸς, οὐκ ἄτοπον [2] τῷ θεῷ θεὸν γεγεννηκέναι, ἑκατέρου τὴν ὕπαρξιν λαβόντος ἐξ ἀγεννήτου οὐσίας. Εἰ δὲ [3] τὸ πρὸ τοῦ θεοῦ μηδὲν εἴη, ὥσπερ οὐκ [4] ἔστιν, ὁ θεὸς καὶ τὸ ἀγέννητον ταὐτὸν δηλοῖ, οὐ προσιεμένου τοῦ γεννήματος τὸ ἀγέννητον. Διὸ οὔτε [5] συνεκφωνεῖσθαι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ ἀνέχεται.

Ἀνατρ. Πόθεν βούλεται ἡμᾶς Ἀέτιος προσπορίσασθαι ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν τῶν ὑπ' αὐτοῦ προτεινομένων πνεύσεων τῶν αὐτοῦ λογισμῶν; Καὶ εἰ μὲν φάσκει ἐκ λογισμῶν καὶ συλλογισμῶν, πεσεῖται καὶ ἡμῶν ὁ πορισμὸς τῆς ὑπονοίας ἅμα αὐτῷ. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς συλλογίσοιτο πώποτε, οὔτε ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Τί με οὕτως ἐποίησας; κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἐξ εὐσεβοῦς δὲ λογισμοῦ καὶ δικαίας ἀσφαλείας ἐπὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν διδασκαλίαν ἀνακαμπτέον. Λέξεως δὲ ἀπαραβάτου διδασκούσης ἡμᾶς περὶ τῶν τῇ

7. *Edili vulgo mendose* συνηπούργει.

8. κεφαλὴν (κεφα^{λ} *cod. Ien.*) *codd. mss. uterque et edit. Petav.* κεφάλαιον.

1. *Supra* ἀγέννητον ἀγέννητος.

2. δὲ *particula, quae h. l. in sola Petavii editione, ut supra in omnibus libris, ante* τῷ θεῷ *inserta legitur, abest ab*

Etenim non multa sunt invariabilia, sed una duntaxat in singularitate trinitas, et una in trinitate divinitas, a qua reliqua omnia procul distant. Neque vero ut patiantur, aut agant, fortuito quodam casu consecuta sunt, neque sacrosancta trinitas dum agit pati quicpiam potest, cum tota patiendi expers, et adoranda sit, hoc est, pater et filius et spiritus sanctus. Quippe deus per filium universa condidit, filium vero non fecit, ut qui cum omnibus minime numeretur. Siquidem in operis communionem cum patre venit, et cum eodem adoratur. Neque postremo spiritum sanctum creavit, qui ne ipse quidem inter omnia numeratur. Huius enim proprium est universorum corroborare virtutem; unde et communiter adoratur. Porro cum omnia sub unius providentiam administrationemque subiecta sint, feruntur aguntque singula, et quae a deo sunt aliena patiuntur. Quocirca una a se ipsa trinitas invariabilis est, reliqua, quae ab ipsa producuntur, omnia variantur; quae nec tempore, nec aeternitate cum illa simul existunt. Sola itaque sempiterna, increata et ingenita est. Ac filius quidem sine ullo tempore initiove genitus idem ab aeterno est, nec unquam esse desinit. Quamobrem caute admodum *caput*, non *initium filii* patrem esse sermo divinus 1.Cor. 11, 3.
edocuit, idque propter eandem utriusque substantiam. Spiritus vero sanctus sempiternus est, et a patre missus, cum quo semper existit, nec ab aliquo tempore esse coepit.

Aetii Caput XXXVI. Si ingenitus, et deus pro uno eodemque sumantur, ingenitus ingenitum genuit. Sin diversum quiddam ingeniti ac dei vocabula declarant, nequaquam absurdum est deum a deo genitum esse, cum uterque ab ingenita substantia originem traxerit. Quod si ante deum nihil omnino fuit, ut revera nihil extitit, deus et ingenitum idem plane significant, cum genita soboles ingenitum non admittat. Unde cum deo ac patre suo simul appellari sese non patitur.

Confut. XXXVI. 1. Unde tandem nos Aëtius iubet earum quas proponit interrogationum ac ratiocinationum sensum ac sententiam assequi? Si ex argumentis et syllogismis censet istud esse quaerendum, quicquid cogitando quaesitum indagatumque fuerit, in nihilum una cum ipso redigitur. Deum enim nullus unquam argumentando comprehendet, neque opificium opifici suo dicet, *Quid me ita* Rom. 9, 20.
fecisti? ut scriptum est. Quamobrem pia mente et innocenti securitate ad sancti spiritus, quae per sacris literas patefacta nobis est, doctrinam revocandus est animus. Ubi cum solida immutabilique

utroque codd. mss. et edit. princ.
3. τὸ πρὸ *abest h. l. a libris tam scriptis quam editis. Supplevi locum de superioribus.*
4. *Supra* ἔστι, τὸ θεὸς.
5. *Supra* τὸ συνεκφωνεῖσθαι.

κτίσει λατρευσάντων ὡς ἐμωράνθησαν, πῶς οὐκ ἂν εὑρεθείη ἐπὶ κτίσματι θεὸν λαμβάνειν, καὶ τοῦτον προσκυνεῖν τε καὶ γεραίρειν; τῆς πίστεως φύσει παρεκβαλλούσης τὸ προσκυνητὸν ἀπὸ τοῦ κτιστοῦ, καὶ τὸ κτιστὸν ἀπὸ τοῦ προσκυνητοῦ. Καὶ γὰρ εἰ ὅλως τοῦτο οὐδὲν διοίσει, πρὸς τοὺς τῇ κτίσει τὸ σέβας νέμοντος οὐδὲν πρόκριτον ἔσται ἐν Χριστιανισμῷ, ἔσται δὲ ἡ τοιαύτη πίστις εἰδολολατρεία μᾶλλον ἢ θεοσέβεια. Προσκυνοῦσι γὰρ κἀκεῖνοι ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ δυνάμεις, οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ τὰ ἄλλα κτίσματα. Καὶ οὐ τὸ διάφορον τῶν κτισμάτων ποιεῖται τὸ θαῦμα· οὐδὲ διοίσει τὸ ἐξαίρετον [6] ἑαυτῷ τὸ τῆς ὁμοτιμίας διὰ τὸ ὁμώνυμον, κἄν τε ὑπερτεταλάντισται τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. Εἷς γάρ ἐστιν ὁ τὰ ἀμφότερα ποιήσας, καὶ
pag. 986. ἀποκληρώσας ἑκάστῳ, οὐκ ὀνόματος παραλλαγὴν, ἀλλ᾽ οὐσίας. Ἐν ἅπασι γὰρ τοῖς κεκτισμένοις τὸ δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσματος τὸ ὄνομα, ἀλλ᾽ οὐ τὸ ἐλεύθερον. Καὶ εἰ ἐν ἑνὶ μέρει τὸ δοῦλον προσκυνεῖται, οὐδὲν διοίσει πρὸς τὸ ἄλλο μέρος ἡ προσκύνησις, κἄν τε ὑποβέβηκεν. Ἴσον γάρ ἐστι τῷ ἀνωτάτῳ συγγενειάζον τῷ κτίσματι, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ τοῦ ὄντος κεκληρωμένον. Ἐντεῦθεν τὸ ἀγέννητον συμπρέπει θεῷ, καὶ τὸ θεὸς τῷ ἀγεννήτῳ. Διὸ τὸ γέννημα οὐκ ἔργον φαμὲν, οὐδὲ ποίημα, ἀλλὰ γέννημα οὐσιωδῶς ἀπὸ πατρὸς ἀχράντως γεγεννημένον, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ συμπροσκυνητὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀλλότριον, διὸ καὶ συμπροσκυνητόν. Ἑτέρῳ δὲ τῶν κεκτισμένων τὸ θεὸς ὄνομα οὐ συνεκφωνεῖται, διὰ τὸ μετηλλάχθαι τῆς ἀγεννησίας, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων κεκλήρωται τὸ εἶναι. Ἡ δὲ τριὰς ἔχει τὸ ἀεὶ εἶναι, καὶ οὐχ ἕτερόν τι θεὸς καὶ ἕτερον τὸ ἀγέννητον.

Συνομολογεῖς δὲ, Ἀέτιε, τὸν υἱὸν ἐκ πατρὸς γεγεννῆσθαι εἰρωνείᾳ, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Πᾶν γὰρ τὸ γεννητὸν οὐ κτιστὸν, καὶ τὸ κτιστὸν οὐ γεννητόν. Εἰ δὲ τὸ γεννητὸν κτιστὸν, κατ᾽ ἄλλον τρόπον ἐστὶν κτιστόν· ὡς οἷόν ἐστιν εἰπεῖν, Ἄνθρωποι γεννῶσιν ἀνθρώπους, ἀλλ᾽ οὐ κτίζουσιν· οὗτοι δὲ ἄνωθεν ἐκ θεοῦ εἰσι κεκτισμένοι. Διὸ αὐτοῖς τὰ μὲν γεννώμενα γεγέννηται, παρὰ θεοῦ δὲ τὰ πάντα κέκτισται. Θεοῦ δὲ ὄντος ἀκτίστου, γεννήσαντος δὲ ἑαυτῷ υἱὸν, καὶ οὐ κτίσαντος, οὐχ ἕτερον γεννᾷ παρὰ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν. Πῶς οὖν ἔσται τὸ ἐξ αὐτοῦ γέννημα κτιστὸν, τοῦ πατρὸς ἀκτίστου ὑπάρχοντος; Εἰ δὲ κτιστὸν παρ᾽ αὐτῷ τὸ γέννημα, οὐκέτι γέννημα καλεῖται. Καὶ πολλή ἐστι πρὸς τὴν τοιαύτην τῆς ἀτοπίας ὑπόνοιαν ἀντιλογία. Ἀπρεπὲς δὲ

6. *Rescribendum omnino est* ἑαυτὸ τῆς. *Ita supra pag.* 936. *dixit* οὐ διοίσας ἑαυτὸν παρὰ τὸν υἱόν.

sententia, *qui creaturam colunt, eos fatuos redditos esse doceamur,* Rom. 1, 21. nonne in istud ipsum incurrere videtur Aëtius ac creaturae divinitatem tribuere, eamque adoratione ac veneratione prosequi? cum sincera fides adorandum a creato, creatum ab adorando seiungat. Nam si nihil inter haec intersit omnino Christiana religio nihil supra creaturae veneratores eximium aut excellens habitura est, atque eiusmodi fides idololatria potius quam dei cultus esse censebitur. Nam et illi solem, lunam, virtutes, coelum et terram, ac ceteras creaturas adorant. Neque vero creatarum rerum admirabilis excellentia diversitatem affert ullam, neque quod eximiae quaedam sint, ullam in honoris aequalitate varietatem inducent, cum eodem nomine contineantur, tametsi unam alteri multis partibus antecellat. Unus enim est qui utraque molitus est, et unicuique non nominis, sed substantiae discrimen attribuit. Siquidem creatis omnibus rebus non liberum, sed servile creaturae nomen convenit. Ac si in uno genere quod servilis conditionis est adoretur, nihil obstabit quo minus et alteri generi, tametsi inferius sit, adoratio tribuatur. Aequale quippe est quod cum superioris ordinis creatura cognationem habet, utpote de nihilo ab eo qui est naturam sortitum. Hinc et ingenitum deo et deus ingenito congruit. Quare genitam sobolem non opus aliquod dicimus, aut effectum quicpiam, sed sobolem, naturaliter a patre sine labe progenitam, eiusdem cum patre substantiae, ac simul adorandam, spiritum vero sanctum ab illo procedentem, nec alienum, ob idque simul adorandum. Ceterum dei nomen creatarum rerum nulli conceditur, eo quod ab ingeniti proprietate discrepet, quoniam e nihilo ut esset obtinuit. At trinitas sempiterna est, nec aliud quiddam deus est, aliud ingenitum.

II. Tu vero filium, Aëti, irridendo scilicet, non bona fide a patre genitum affirmas. Quicquid enim genitum est, creatum non est, et quicquid creatum est, non est genitum. Quod si id quod genitum creatum etiam est, creatum alio modo dicitur. Nam exempli gratia homines gignunt homines, non creant, sed olim a deo creati sunt. Quare quae gignuntur, ab illis gignuntur, a deo vero universa creata sunt. Sed cum deus increatus sit,. ac sibi filium generet, non procreet, non eum gignit ab substantia sua diversum. Quocirca fierine potest ut quod ab ipso gignitur creatum sit, cum increatus sit pater? Nam si creatus est qui apud ipsum est genitus, non est quod amplius genitus dicatur. Multa sunt quae adversus tam absurdam opinionem disputari possunt. Sed in-

καὶ θεῷ τὸ εἶναί ποτε ἄνευ [7] υἱοῦ, ὕστερον δὲ καλεῖσθαι πατέρα μετὰ υἱόν. Καὶ ἀπρεπὲς τῷ υἱῷ τὸ εἶναι πρὸ αὐτοῦ χρόνον· ἔσται γὰρ ὁ χρόνος μείζων τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος. [8] Συμπρεπόντως δὲ πατρὶ τὸ ἀεὶ ἔχειν ἐν ταυτότητι τῶν ἀξιωμάτων τὸ ἀνέκλειπτον καὶ ἀΐδιον. Καὶ ὅτι πρὸ θεοῦ οὐδὲν ἦν, δῆλον τοῦτο. Τὸ θεὸς τοίνυν, ὡς ἔφη Ἀέτιος, καὶ τὸ ἀγέννητον ταὐτόν ἐστι δηλοῦν. Καὶ πῶς ἑαυτοῦ καpag. 987. ταπλέκων κατηγορεῖ μᾶλλον [9] δὲ ἤπερ συνίσταται; Εἰ γὰρ σὺν θεῷ τὸ θεὸς, ὡς καὶ ἔστι, καὶ τὸ ἀγέννητον προσίεται τὸν γεννητὸν υἱόν· ἔχει γὰρ συμπεριειλημμένως τὸ θεός. Συνεκφωνεῖται δὲ τῷ πατρὶ, ἀπὸ τοῦ θεὸς, καὶ ἄκτιστος, καὶ σὺν πατρὶ τιμώμενος θεὸς λόγος, κἄν τε τῷ Ἀετίῳ τοῦτο μὴ παρίσταται, τῶν πάντων κτισμάτων υἱῷ προσκυνούντων, καὶ πάσης γλώσσης ἐξομολογουμένης ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς, ᾧ ἡ δόξα πατρὶ ἐν υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΕΤΙΟΥ *ΕΝ ΤΩΙ ΤΕΛΕΙ ΤΟ ΕΡΡΩΣΘΑΙ.

Ἐρρωμένους καὶ ἐρρωμένας ὑμᾶς ὁ ὢν αὐτογέννητος θεὸς, ὁ καὶ μόνος [1] διὰ τοῦτο ἀληθινὸς θεὸς προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀποσταλέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑποστάντος τε ἀληθῶς πρὸ αἰώνων καὶ ὄντος [2] γεννητῆς ὑποστάσεως, διατηρήσει ἀπὸ τῆς ἀσεβείας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ [3] σωτῆρι ἡμῶν, δι' οὗ πᾶσα δόξα τῷ [4] θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ νῦν [5] καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἀνατρ. Καὶ ἐπὶ τῷ τέλει ὁ Ἀέτιος γράφων τῷ ἑαυτοῦ θιάσῳ, οἷς ἔφη [6] ἀθληταῖς τε καὶ ἀθλητρίαις, οὐκ ἀπελίπετο τῆς τοιαύτης τῶν λόγων μοχθηρίας, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐρρῶσθαι ἀπέδειξεν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ ἀλλότριον. Φάσκει γὰρ, Ἐρρωμένους ὑμᾶς ὁ ὢν αὐτογέννητος θεός· οὐ συνιδὼν ὅτι ἐν ἑνὶ λόγῳ ἔλυσε τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ ὑποσπορᾶς τοῦ ζητήματος. Φήσας γὰρ ἐν τοῖς ἀνωτάτω κεφαλαίοις περὶ ἀγεννήτου θεοῦ, [7] Οὐ προοῖδε καὶ ὅτι οὔτε ἑαυτὸν ἐποίει, ἐνταῦθα αὐτογέννητον ἡμῖν παρεισάγει. Πᾶσα δὲ [8] διάνοια ἐν λήθῃ ἑαυτῆς γίνεται, ὅπως φωραθείη. Εἶτά φησι, Ὁ καὶ μόνος διὰ τοῦτο

7. υἱοῦ *bis legitur in edit. Petav. Colon. repet.*

8. *Rescribendum fortasse* Συμπρέπον τῷ δὲ πατρὶ, *aut* Συμπρέπον ὄντως δὲ πατρί.

9. *Hoc* δὲ *delendum esse iam Petavio visum est, qui uncinis inclusit. Etiam Cornarius convertit* seipsum complicando accusat potius quam confirmat? *Pro* ἤπερ *in cod. Rhedig. legitur* εἴπερ.

* ἐν τῷ τέλει *codd. mss. Ien., Rhedig., Parisinus (teste Petavio).* ἐνταῦθα τελεῖ *edd. Cornarius vertit* Aetii conclusio ad finem.

1. διὰ τοῦτο *verba aberant supra.*

2. ἀληθῶς γεννητῆς *supra.*

primis indignum deo est, ut sine filio extiterit aliquando, tum postea post filii exortum pater appellari coeperit. Similiter et indignum filio est, uti tempus ipsius originem antecesserit, consequens enim est tempus maiestate illius esse maius. Et vero patri congruens est ut in eiusdem communione dignitatis participem cum semper habuerit qui desinere nunquam potest estque sempiternus. Quod vero deo nihil prius extiterit manifestissimum est. Atenim, ait Aëtius, deus et ingenitum idem omnino significant. Verum quam aperte semetipsum implicans accusat potius quam dogma suum confirmet. Nam si cum deo deus est, ut est revera, etiam ingenitum genitum filium admittit, qui dei vocabulum una complectitur, cum patre vero simul appellatur et coniungitur, exortus a deo, et increatus, et honoratus cum patre deus, idemque verbum, etsi aliter Aëtio videatur, cum creatae res omnes filium adorent, *et omnis lingua confiteatur, quoniam Iesus Christus in gloria est dei patris,* cui gloria patri in filio, cum spiritu sancto, in saecula saeculorum, Amen.

AETII SALUTATIO IN FINE POSITA.

Post haec salutationem subtexit his verbis: Deus ille, qui a nullo alio genitus est, quique solus verus deus ab Iesu Christo, quem ille miserat, appellatus est, Christo inquam, qui revera ante saecula omnia extitit, estque sine dubio genita substantia, sanos vos, et sanas, et incolumes ab impietate custodiat, *in Christo domino nostro,* per quem omnis gloria patri, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum, Amen.

Confutatio. Sub opusculi finem ad sodales suos scribens Aëtius, quod athletas et athletrias nominat, ne tum quidem ab impiis vocibus abstinuit, sed in valedicendo quoque abhorrere se ab sincera doctrina monstravit. Sic enim loquitur: *Sanos vos et valentes qui est a se genitus deus custodiat:* nec illud animadvertit, totam illam sparsam a se quaestionem una voce dissolvi, cum in superioribus capitibus de ingenito deo loquens nequaquam a seipso fieri statuerit, hoc vero loco a seipso genitum affirmet. Quaelibet enim hominis mens sui ipsius obliviscitur, ut in errore deprehendi possit. Addit praeterea, *Qui et solus propterea verus deus appellatur.*

3. κυρίῳ *supra.*
4. θεῷ καὶ *abest supra.*
5. *Repone, quod excidit,* καὶ ἀεὶ. *V. supra pag.* 930. *et infra pag.* 988.
6. *Supra pag.* 924.
7. *Supra cap.* 13. *Cornarius vertit* cum enim dixerit in superioribus capitibus de ingenito deo, Praevidit etiam quod neque seipsum fecit *cett. Inducendam igitur esse putavit negationem* οὐ *ante* θεοῦ.
8. ἄνοια *cod. Rhedig., quod verum esse videtur.*

ἀληθινὸς θεὸς προσαγορευθείς. Κατὰ δὲ τὸν αὐτοῦ λόγον καὶ διάνοιαν ἢ ἀναιρεῖ τὸ εἶναι τὸν υἱὸν θεὸν, καὶ μάτην συκοφαντεῖ τὸ ὄνομα, Χριστιανὸς τὸ ὄνομα καλεῖσθαι· ἢ [9] ὅτι θεὸν μὲν ἔχει τὸν υἱὸν, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸν, καὶ ἔσται αὐτῷ εἷς θεὸς ἀληθινὸς, καὶ εἷς οὐκ ἀληθινός. Κατὰ δὲ ὑπόβασιν ἕνα ὑφ' ἑνὸς εὑρίσκων ἔτι καὶ τὸ ἅγιον
pag. 988. πνεῦμα ἐν μικροτέρᾳ καὶ ἀποδεούσῃ τάξει τάττων, ἢ ὅτι μικρότερον πάλιν θεὸν ἕξει, ἢ τῇ τριάδι μὴ συναριθμῶν τοῦτο ἔσται παντάπασιν ἀλλότριον Χριστιανῶν τὸ ἐλεεινὸν ἀνθρωπάριον, καὶ λοιπὸν Ἕλλην ἀποκηρυχθείη τελειότατος, καὶ Σαδδουκαῖος τῷ ἀριθμῷ, ἀλλότριος μὲν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ὡς καὶ ἔστιν, Ἕλλησι δὲ συγκρινόμενος τῇ μερίδι, ἕνα μὲν θεὸν φάσκων μέγαν, καὶ ἕνα μικρὸν, ἕνα ἀληθινὸν, καὶ ἕνα οὐκ ἀληθινὸν, ὡς Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν, ἕνα μέγαν θεὸν, τοὺς δὲ ἄλλους μικροὺς ὀνομάζοντες· τῆς θείας γραφῆς αὐτὸν σαφῶς ἐλεγχούσης, καὶ περὶ πατρὸς μὲν λεγούσης ὡς ὁ θεὸς ἀληθινὸς, καὶ περὶ υἱοῦ τὸ θεὸς ὡσαύτως, [10] καὶ περὶ πατρὸς, Τὸ φῶς ὁ θεὸς, περὶ δὲ υἱοῦ, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ περὶ ἁγίου πνεύματος ὅτι, Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Ἀληθινῶς τοίνυν ἡμῖν ἡ τριὰς καταγγέλλεται ἐν σοφίᾳ καὶ βάθει πλούτου.

Εἶτα πάλιν ἀκολούθως φησὶ, Καὶ ὑπὸ τοῦ ἀποσταλέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ᾐδέσθη ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ θεοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ [11] μόνον ψιλῇ τῇ λέξει κέχρηται, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτάτω ὡμολόγησε κεφαλαίοις, ἕως ψιλῆς ὀνομασίας νέμων τῷ υἱῷ τὸ γέρας τοῦ ὀνόματος. Λέγει δὲ πρὸ αἰώνων ὑποστάντα ἀληθῶς, καὶ ὄντα ἀληθῶς γεννητῆς ὑποστάσεως. Διατηρήσει δὲ, φησὶ, ἀπὸ τῆς ἀσεβείας. Εἴωθε δὲ πᾶσα φαύλη γενὴ τοὺς [12] αὐτῆς τρόπους ἄλλοις προλαμβάνειν τε καὶ ἐπιφημίζειν. Οὐχ ὁρῶν γὰρ εἰς ὅσα ἠσέβησεν, ἑαυτὸν εὐσεβῆ νομίζει, ὡς οἱ τὴν παραπληξίαν κεκτημένοι νομίζουσι μὲν ἑαυτοὺς ἐν φρονήσει εἶναι, τοὺς δὲ ἄλλους φρενητιῶντας. Ἐνταῦθα δὲ, Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὐδὲ, Τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ἐτόλμησεν ἀποδοῦναι, ἀλλ' εἰρωνικῶς, Τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἔφησεν, καί φησι, Δι' οὗ πᾶσα δόξα τῷ πατρὶ καὶ νῦν καὶ [13] ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰπεῖν, Πᾶσα δόξα, ὅπως [14] περιαιροῖ τὸν υἱὸν ἀπὸ τῆς τιμῆς τε καὶ δόξης οὗ οὐδεὶς ἀνέξοιτό ποτε τῶν εὐσεβῶν καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου τὴν δωρεὰν τῆς ἀληθινῆς πίστεως εἰληφότων.

Ταῦτα δὲ πάντα διαλαβόντες τὰ ὑπὸ τούτου τοῦ Ἀετίου εἰρημένα ἐν διαλεκτικῇ τινι τέχνῃ καὶ συλλογιστικῇ ὑπονοίᾳ ἀνθρωπίνης μαγγανείας ἐν κεφαλαίοις λζ'. Οἷς νουνεχῶς ὑμᾶς ἐντυχεῖν παρακαλοῦμεν, καὶ

9. *Intellege* ἢ συκοφαντεῖ ὅτι κτλ.

10. *Verba* καὶ περὶ πατρὸς — περὶ δὲ υἱοῦ *Petavii interpretatio neglexit.*

11. μόνον *codd. mss.* μόνως *editi libri.*

12. αὐτοῦ *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*

Quamobrem ut illius animus opinioque fert, aut filium deum esse negat, et nomini ipsi calumniam facit, dum Christianus appellari cupit, aut deum esse quidem filium putat, sed minime verum, ut ex eius sententia deus alius sit verus, alius non verus. Quapropter cum alterum alteri subiiciat, et spiritum sanctum in minori atque inferiori sede collocet, necesse est ut aut minorem alium deum cognoscat, aut, si trinitati nequaquam annumerandum existimet, prorsus a Christianorum numero segregandus sit infelix homuncio, atque ad gentilium factionem, vel Sadducaeorum prorsus ablegandus. Est enim a spiritu sancto horum instar alienus. Ab gentilium vero partibus eatenus stat, dum unum esse censet summum deum, alterum minorem, verum unum, alterum non verum; id quod Graeci confitentur, qui unum maiorem deum, minorum gentium ceteros appellant. Sed nimirum perspicue illum sacrarum literarum convincit auctoritas, quae cum de patre loquuntur, *Deus,* 1. Ioann. 5, 20.
inquiunt, verus est; filium quoque itidem esse deum asserunt. Postremo cum de spiritu sancto loquuntur, *spiritum veritatis* appellant. Ibid. 1, 5. Ioann. 1, 9. Ioann. 16, 13.
Itaque trinitas vere nobis in *sapientiae et divitiarum altitudine nuntiatur.* Rom. 11, 33.

II. Pergit Aëtius: *Et a Iesu Christo,* inquit, *qui missus est.* Nec puduit ipsum unigenito dei nomen detrahere, quem nudo ac simplici vocabulo declaravit; id quod in superioribus capitibus professus est, cum illius decus ac dignitatem nominis filio appellatione sola concessit. Eundem tamen ante saecula subsistentem fuisse ac genitae revera substantiae extitisse narrat. Addit deinde, *Conservabit vos ab impietate.* Solet enim flagitiosa quaeque mulier convicium antevertens mores suos aliis exprobrare. Sic Aëtius impietatis suae magnitudinem non sentiens pium esse se ac religiosum arbitratur; ut qui animi delirio laborant sui se compotes ac prudentes, ceteros mente captos existimant. Idem porro cum, *In Christo Iesu,* dixisset, *dominum nostrum* adiicere non est ausus, sed cavillando, *Salvatore nostro* dixit. *Per quem gloria omnis patri, et nunc, et semper, in saecula saeculorum, Amen.* Ubi quod, *Omnis gloria,* scripsit, id eo consilio fecit, ut ab eo honore ac gloria filium excluderet. Quod quidem nemo pius ac veram fidem sancti spiritus beneficio consecutus admittet.

III. Haec adversus Aëtii dogmata disputanda putavimus, quae ille dialectica facultate et argumentandi subtilitate humanisque praestigiis fretus capitibus septem ac triginta disseruit. Ea vero cum

13. ἀεὶ καὶ εἱς codd. mss., uti supra pag. 930. ἀεὶ εἱς editi.

14. Libri vulgo περιάροι.

εὐθὺς μὲν εἴσεσθε, ὦ Χριστιανῶν παῖδες, καὶ δοῦλοι Χριστοῦ, καὶ υἱοὶ
pag. 989. τῆς ἀληθείας, τὴν πᾶσαν αὐτοῦ γηΐνην κενοφωνίαν καὶ ἀλλοτρίαν πνεύματος ἁγίου διδασκαλίαν. Ὃς οὐκ ἐτόλμησε κἂν ἐν μιᾷ λέξει μνησθῆναι θείου λόγου, ἢ ῥητοῦ τινος παλαιᾶς, ἢ καινῆς διαθήκης, οὐκ ἀπὸ νόμου, οὐκ ἀπὸ προφητῶν, οὐκ ἀπὸ εὐαγγελίων, οὐκ ἀπὸ ἀποστόλων, οὔ τινος τῶν πατριαρχῶν [15] μαρτυρίαν παρενέγκαι, οὔτ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, οὐ πατρὸς πώποτε, οὐχ ἁγίου πνεύματος ῥῆμα δι' ἀποστόλων εἰρημένον ἢ διὰ προφητῶν· ἵνα παντελῶς αὐτοφώρατος γένηται τοῖς φίλοις τῆς ἀληθείας, ὅτι παντάπασιν ἀλλότριος τυγχάνει θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ πίστεως. Νομίζω δὲ καὶ ἱκανῶς ἡμᾶς πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις κατὰ τὸ δυνατὸν ἰδιωτικῷ λόγῳ, συστάσει δὲ τῶν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ εὐσεβοῦς λογισμοῦ πρὸς αὐτὸν ἀπηντηκέναι. Καὶ ἐπειδὴ ἱκανῶς ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀνατροπαῖς περὶ πίστεως σαφῶς [16] διελέχθημεν, ἀρκετῶς ἡγούμεθα, ἵνα μὴ προσθέντες δυσχέρειάν τινα περὶ τὴν ἀνάγνωσιν περισσοτέραν ἐργασώμεθα. Ὀλίγα δὲ πάλιν ἐξ ὧν αὐτὸς ἀρθεὶς τὴν διάνοιαν μετὰ τὴν ἀλλόκοτον αὐτοῦ πίστιν καὶ εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα ἀπέχθειαν, ὅσα ἐτόλμησε τὸ αὐτοῦ στόμα καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ μεμαθητευμένων καὶ ἐν θράσει εἰς ὕψος ἆραι τὴν διάνοιαν καὶ ὑπέρογκα βλασφημῆσαι, αὖθις ἐπιλαβόμενος συντόμως λέξω.

Οὗτος γὰρ ἐφαντάσθη, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον, οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι τὸν θεὸν κατὰ πίστιν, ἀλλὰ φύσει κατὰ εἴδησιν. Ὡς καὶ ἄνω που ὑπέμνησα φασκόντων αὐτῶν, οὐχ ἁπλῶς εἰδέναι τὸν θεὸν ἐν γνώσει πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐὰν [17] γινώσκῃ τις πᾶν ὁρατὸν καὶ χερσὶν αὐτοῦ ψηλαφώμενον, ὡς εἴ τις λάβοι μετὰ χεῖρας λίθον, ἢ ξύλον, ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης ἐργαλεῖον· οὕτως ἔφη καὶ οὗτος ὁ γεννάδας ὅτι, Οὕτως οἶδα τὸν θεὸν, ὥσπερ ἐμαυτὸν, καὶ οὐ τοσοῦτον οἶδα ἐμαυτὸν ὡς τὸν θεόν. Λοιπὸν δὲ τὰ μωρὰ λέγειν καὶ ἀκούειν πολλοῖς μὲν ἔστιν εἰς ἀπάτην, τοῖς δὲ συνετοῖς εἰς χλεύην. Τίς γὰρ τῶν φρενοβλάβειαν ἑαυτοῖς κεκτημένων καὶ μεμηνότων οὐ δύναται καὶ ἄλλους ἐκμαίνειν, καὶ μάλιστα τοὺς συνεπομένους καὶ ὑπακούοντας;
pag. 990. Εἰ γάρ τις ἠρώτησεν αὐτὸν καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ, Μή μοι διήγησαι θεὸν εἰδέναι τὸν ἀσύγκριτον καὶ ἀκατάληπτον, τὸν κατὰ τὸ εἶδος μὲν μὴ καταλαμβανόμενον, πίστει δὲ γινωσκόμενον τοῖς αὐτοῦ δούλοις, ἀλλὰ διήγησαί μοι τοὺς πυθμένας τῆς γῆς, τὰ ταμιεῖα τῆς ἀβύσσου, τὰς φλέβας τῆς θαλάσσης, ᾅδου τὸν τόπον, ἀέρος τὰ μέτρα, οὐρανῶν

15. μαρτυρία *cod. Rhedig.*
16. διελέγχθημεν *codd. mss. et edit. princ.*
17. γινώσκει *cod. Rhedig. Et cod. Ien. in syllaba finali* ῃ *rasuram habet conspicuam.*

prudentia ut legatis postulo. Ita enim, o Christiani ac Christi servi, veritatisque filii, terrenam ac vanissimam illius doctrinam, atque a spiritu sancto prorsus abhorrentem esse cognoscetis. Qui divini verbi ne una quidem litera mentionem attigit, nec ullum veteris aut novi testamenti locum protulit. Nihil ex lege, nihil e prophetis, nihil ex evangeliis, nihil ex apostolis, nihil e patriarcharum testimoniis in medium adduxit. Non ipsius salvatoris sententiam ullam, non patris spiritusque sancti dictum aliquod ab apostolis vel prophetis commemoratum proposuit. Quo illud veritatis amantes intelligant, plane illum a deo esse et a fide ipsius alienum. Contra haec illius decreta abunde a nobis hactenus pro viribus disputatum arbitror, ac rudi quidem et simplici orationis stylo, sed allatis sacrarum literarum auctoritatibus, ac depromptis ex religioso animi sensu rationibus illius impetus esse discussos. Itaque cum in illius confutationibus de fide satis aperte disseruerimus, sufficere istud arbitramur; ne si amplius aliquid addamus molestiorem operis huius lectionem supervacanea longitudine faciamus. Sed pauca quaedam nihilominus retractanda ac breviter exponenda sunt ex iis quae post importuna illa absurdaque dogmata insolentius elatus in Christum eiusque spiritum sanctum prae utriusque odio nefarie contulit; quaeque ab impudenti illius ac discipulorum ipsius ore profecta et inaudito quodam animi fastu arrogantiaque in deum contumeliosissime sunt coniecta.

IV. Hic enim ipse cum suis in eam vanitatis amentiam incidit, ut supra mortales omnes deum se non fide sola, sed propria quadam scientia comprehendere iactaret. Quemadmodum paulo ante memini hoc ab illis usurpari solitum, deum se non fidei modo intelligentia, sed perinde animo concipere ac quilibet aspectabilia ista ac tractabilia cognoscit, utputa si quis lapidem aut lignum vel alterius materiae instrumentum capiat. Ita quidem audax ille ac temerarius loquitur: Tam deum intelligo quam meipsum; imo tam meipsum non novi quam deum. Verum nugas istas ultra dicendo persequi, vel audire, uti pluribus fraudem ac perniciem, ita sapientibus risum ac ludibrium consciscet. Ecquis enim mentis vecordia ac furore percitus alios in eandem insaniam trahere, praesertim obsequentes sibi ac dicto audientes, non possit? Quod si quis illum, vel eius discipulos rogaret: Ne tu mihi incomparabilis et incomprehensibilis dei scientiam iactites, cuius formam quidem ac naturam assequi nemo potest, fide vero ab ipsius servis utcumque cognosci potest. Sed hoc velim nobis edisseras, fundamenta terrae quae sint, quaeque abyssi penitiora receptacula, maris venas, infe-

τὸ εἶδος καὶ τὰ πάχη, τί τὸ ἄκρον τῶν ἄνω, τί τὸ τέρμα τῶν κάτω, τί ἐν δεξιᾷ, τί ἐν εὐωνύμοις, τῆς κτίσεως τῆς ἑαυτοῦ πλάσεως τὸ διήγημα, τῶν ἐπὶ [18] γῆς ἀμυθήτων τὸν ἀριθμὸν καὶ τὰ μέτρα, [19] λοιπὸν ταῦτα ἤκουσαν, ὡς ἠκούσαμεν παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένων, εἰς σοφιστικὰς προφάσεις παρεκκλίναντες εἰρωνείᾳ, λοιπὸν λέγουσιν ἀπ' ἐκείνου μεμαθηκότες ὅτι πάντα ταῦτα τὰ σωματικὰ [20] καὶ ἔστι καὶ οὐ δυνάμεθα εἰδέναι. Τὸν θεὸν δὲ τὸν αὐτὰ πεποιηκότα οἴδαμεν σαφῶς [21] ποταπός ἐστι καὶ πῶς ἐστι καὶ οἷός ἐστι καὶ τίς ἐστι. Τίς δὲ ἀκούσας ταῦτα οὐκ ἂν καταγελάσειεν εὐθύς; Εὔηθες γάρ ἐστι τὸ ὅλον ὅτι τὸν τεχνίτην καὶ ἀσύγκριτον καὶ ἀνεκδιήγητον λέγει εἰδέναι καὶ ἠκριβωκέναι (καὶ εἴθε ἔλεγε τῇ πίστει εἰδέναι καὶ ἠκριβωκέναι· ἀλλὰ μὴ κατὰ εἴδησίν τινα ψηλαφήσεως ἐτόλμα καὶ τολμῶσι λέγειν), τὰ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα τοῦ ἀσυγκρίτου διὰ τὸ κατὰ τὸ εἶδος δυνάμενα παρὰ τῶν ὁρώντων ὑπερθαυμάζεσθαι φάσκειν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ μὴ εἰδέναι, μάλιστα πάντη τῶν θείων γραφῶν σαφῶς περὶ θεοῦ κηρυττουσῶν τὸ ἀόρατον αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ἀπερινόητον, μόνον δὲ πίστει ἐν ἀληθείᾳ γινωσκόμενον ὅτι ἔστι καὶ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται.

Ὅταν δέ τις αὐτοῖς εἴπῃ τῶν ὀρθῶς περὶ θεοῦ δόξης πίστεώς τε καὶ ἀγάπης καὶ ἀκαταληψίας δοξαζόντων ὅτι, Ἡμεῖς οἴδαμεν θεὸν ἀκατάληπτον, θεὸν ἀόρατον, ἀνεκδιήγητον, οἴδαμεν δὲ αὐτὸν ὄντως, ὄντα δὲ ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον, ἐπισκωμματικῶς καὶ κωτίλως λοιπὸν ὡς μῦθον τινὰ διηγούμενος ἐτόλμησεν οὗτος ὁ τὴν καινὴν διαλεκτικὴν ἡμῖν φέρων, Τίνι οὖν ἐοίκατε, καὶ ἡ ὑμῶν πίστις; Παρθένῳ φθαρείσῃ, οὔσῃ δὲ τυφλῇ καὶ κωφῇ καὶ ἀλάλῳ, ἥτις ὅτι μὲν
pag. 991. πέφθαρται πᾶσι πέφηνε τοῖς αὐτὴν γινώσκουσιν. Ἐρωτωμένη δὲ τίς ὁ φθορεὺς οὐκ ἀκούει, ἵνα μάθῃ, καὶ οὔτε ἑώρακε τὸν [22] φθείραντα, διὰ τὸ τετυφλῶσθαι, οὔτε ἀπαγγεῖλαι δύναται, διὰ τὸ ἄλαλον· ὡς εἶναι ἀντιστρόφως πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ μῦθον κατὰ τὸ γεγραμμένον, [23] Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Αὐτὸς γὰρ ἔοικε τυφλῷ ἐκ γενετῆς οὕτω γεγεννημένῳ, λαλοῦντι δὲ, καὶ πολλὰ λαλοῦντι καὶ ἀκούοντι, καὶ εἰδότι μὲν λευκοῦ τὸ ὄνομα, καὶ μέλανος, κυανοῦ τε καὶ πρασίνου καὶ πυρροῦ, καὶ τῶν ἄλλων διαφόρων ὀνομάτων,

18. γῆς *scripti libri.* τῆς γῆς *editi.*

19. *Scribendum fortasse* εἴ που ταῦτα ἤκουσαν. *Editi praebent* λοιπὸν ταῦτα ἤκουσαν. *Cod. Ien.* λοιπὸν ταῦτα ἠκουσῶ, *cod. Rhedig.* λοιπὸν τὰ πάντα ἤκουσας, *uti legitur etiam in cod. Paris., teste Petavio, qui coniecit* λοιπὸν ὡς ταῦτα ἤκουσαν. — *Pro* τὸν ἀριθμὸν *in praecedentibus cod. Ien. habet* τῶν ἀριθμὸν, *cod. Rhedig.* τῶν ἀριθμῶν.

rorum domicilium, aëris mensuras, coelestium orbium formam ac crassitudinem, quodnam summum supra, quod infra sit infimum, quid ad dexteram sit, quid ad sinistram. Ad haec creatarum rerum naturam, tuique adeo molitionem explices, tum eorum omnium numerum modosque quae terris infinita continentur. Haec cum illis obiiciuntur, ut ab illius sectatoribus audire memini, ad sophistica quaedam commenta cavillationesque sese convertunt, et ex illius praescripto ita respondent: Haec omnia corporea sunt, nec a nobis percipi possunt. Deum vero, qui haec ipsa condidit, manifeste cuiusmodi sit, quove modo, ac qualis, quisve sit intelligimus. Quis haec sine risu possit audire? Est enim longe illud sane stultissimum: Summum illum, et incomparabilem opificem, qui nullo sermone declarari potest, scire se atque accurate percepisse profiteri (atque utinam fide saltem illum ipsum scire se, non velut contrectare manibus incredibili audacia praedicarent!), interim vero creatas ab incomparabili illo res omnes, quae in sua quaque specie consideratae spectatores ipsos sui in admirationem trahere possunt, negare illum cum suis a se cognosci. Praesertim cum ubique sacrae literae de deo testentur, neque oculis ipsum percipi, neque comprehendi, nec animo cogitari posse, sed id unum de illo ex rei veritate percipi, *Quod sit, quodque diligentes se remuneretur.* Hebr. 11, 6.

V. Iam vero quoties eorum aliquis, qui de dei gloria, fide, caritate, et incomprehensibili natura recte sentiunt, hoc illis obiicit: Novimus incomprehensibilem deum, qui nec oculis videri, nec explicari sermone potest, cum nos, inquam, revera cognoscimus, sed nec aspectabilem et incomprehensibilem esse scimus, ad haec novae iste dialecticae architectus illudendo ac deridendo velut fabulam quandam contexuit. Cuinam ergo vos vestramque fidem similem, inquit, esse dixerim? Nimirum vitiatae, ac caecae, surdae, mutaeque virgini, cui quidem oblatum esse stuprum qui eam norunt omnes intelligunt. At si quis ille vitiator fuerit interroges, nequaquam audiat; neque aut illum propter caecitatem videre potuit, aut indicare, quod muta sit, potest. Merito igitur in ipsum ipsiusque Psalm. 7, 17.
sermonem illud e scriptura retorquere licet: *Convertatur labor eius in caput ipsius; et incidet in foveam quam fecit,* ac cetera id genus. Hic enim caeci similis est, qui cum ea calamitate natus loquatur, audiatque quam plurima. Ac licet albi, ac nigri, caerulei, prasini, rufi, ac ceterorum a se discrepantium colorum, nec non et lucis

20. καὶ *om. in edit. Petav. Colon. repet.*

21. ποταπῶς *cod. Rhedig.*

22. φθείραντα *codd. mss.* φθείροντα *editi.*

23. ἐπιστρέψαι *libri omnes.*

Negat a Christo perfectam hominis naturam esse susceptam. Imo et nonnullos ab omni spe salutis deiicit, vehementer illos terri-

2. *Mallem* παρ᾽ ἑαυτοὺς *sive* παρ᾽ αὐτούς. *Cornarius vertit* aut a se ipsis recensentes ac proferentes turbam commoverunt. *Petavius volebat* παρ᾽ αὐτοῦ.

3. *Alterum hoc* ἐπίστρεφε *desideratur in edit. Petav.*

4. σουμανῖτις *cod. Ien.* σουμανίτις *edit. princ.*

γων ὅτι οὐ δεῖ τέλειον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν ἀνειληφέναι λέγειν, δῆθεν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ εἰρημένου, Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ κύριος. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, οὔτε διαφθοράν τινα ἐν τούτῳ τις ἔχει δεῖξαι, τῷ εἰπεῖν ἀναλαβεῖν σάρκα τὸν κύριον, ἢ λαβόντα τελείαν ἐνανθρώπησιν, ἢ ὥςπερ πολλάκις ἐν ἡμῖν ὁμωνύμως πολλαὶ λέξεις τυγχάνουσιν. Ἀναλαμβάνων γὰρ, φησὶ, πραεῖς ὁ κύριος, καὶ, Ἀνέλαβέ με ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων, καὶ, Ἀνελήφθη, καὶ εἶπον δύο ἄνδρες, Τί ἑστήκατε, ἄνδρες Γαλιλαῖοι; οὗτος ὁ ἀφ' ὑμῶν ἀναληφθείς. Καὶ οὐ πάντως τὸ ἀναλαβεῖν μίαν ἔχει διαφορὰν, ἐν τῷ λέγειν, Ἀνέλαβεν, ἢ, Ἔλαβεν, ἢ, Ἀνεπλάσατο εἰς ἑαυτὸν τὴν ἰδίαν ἐνανθρώπησιν· οὐκ ἀπὸ τῆς λέξεως ἡμᾶς ταύτης πτύρουσιν οἱ βουλόμενοι κατὰ τῶν ἀκεραίων ἐπεγείρεσθαι. [1] Καὶ οὕτως χρὴ λέγειν, καὶ μή τις νομίσῃ διαβάλλειν ἡμᾶς, ἢ χλευαστικῶς λέγειν περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης τὰ ῥήματα. Πολλάκις γὰρ ἐσκεψάμην περὶ τούτου γράφειν, ἵνα μή τις νομίσῃ ἡμᾶς κατ' ἔχθραν κατ' αὐτοῦ ἐπεγείρησθαι. Οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς οὐδεὶς ἔβλαψεν, ὡς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λέγω, οὐδὲ τὰ ἡμῶν ἐν κόσμῳ ἀφήρπασεν. Σκεπτόμενος δὲ τοῦ μὴ γράφειν, ἠναγκάσθην ὑπ' αὐτῆς
pag. 1014. τῆς ἀληθείας, [2] ἵνα μὴ παραλείψω τῶν παρὰ τὴν πίστιν τι πεφρονηκότων· ὡς καὶ ὕστερον οἱ θεοσεβεῖς ἐντυχόντες ἐπιγνώσονται, ὅτι οὐχ ἕνεκα ζήλου κοσμικοῦ ἡμῖν ὁ λόγος. Μᾶλλον γὰρ ὠφελεῖ ἡμᾶς ὁ ἀνὴρ τὰ μέγιστα τῶν κατὰ κόσμον καὶ κατὰ τὴν ἀγάπην, εἴπερ ὁμοφρόνως τῇ ἁγίᾳ θεοῦ ἐκκλησίᾳ κατὰ πάντα τοῖς πᾶσι συνετίθετο, καὶ μὴ ξένον τι παρεισήγαγε ῥῆμα. Ἤτοι οὖν παρ' αὐτῷ, ἢ τοῖς παρ' αὐτοῦ μεμαθητευμένοις ὁ λόγος ἄλλως νοούμενος διὰ τοῦ τοιούτου σχήματος καὶ προφάσεως ἐν παρόδῳ ᾄδεται, οὐκ ἔχω λέγειν. Πολλάκις δὲ διενοήθημεν, καὶ ἔκπληκτοι γεγόναμεν, ὅτι ἕνεκεν τοῦ λόγου τούτου ἡ ἔνστασις τῆς φιλονεικίας καὶ τοῦ ἀγῶνος ἕως θανατοῦ παρ' αὐτῶν ἐκδικεῖται. Καὶ ἐκ τούτου ἔγνωμεν ὅτι τάχα περιττοτέρᾳ τινὶ ὑπονοίᾳ παρ αὐτοῖς ὁ λόγος ᾄδεται.

Κεφ. κα'. Ὅταν γὰρ ἐρωτήσῃς τινὰς ἐξ αὐτῶν, διαφόρως μὲν οἱ πάντες ἀναγγέλλουσι. Τινὲς δὲ λέγουσι μὴ τελείαν εἰληφέναι τὸν κύριον ἐνανθρώπησιν, μηδὲ τέλειον αὐτὸν γεγονέναι ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο φευκτὸν ἐγίνετο πολλοῖς, λοιπὸν ὕστερον εἰρωνείᾳ ἐκέχρηντο, ὡς ὕστερον ἐκ τοῦ στόματος [1] αὐτῶν ἀκριβῶς μεμαθήκαμεν. Ἐπὶ τῆς Ἀν-

Cap. XX. — 1. Καὶ *omiss. in edit. Pelav. Colon. repet.* 2. *Scribendum forlasse* μή τινα. *Petavius pulavit* ἵνα μηδένα.

tans ac dicens non esse quod perfectam illum hominis naturam assumpsisse dicamus. Hoc vero potissimum scripturae testimonio nititur, *Suscipiens mansuetos dominus.* Verum nihil admodum his in verbis admiratione dignum est, nec ulla potest in eo diversitas ostendi, quod carnem dominus aut perfectam hominis naturam suscepisse dicatur. Nam a nobis saepius nonnullae dictiones homonymos usurpantur, velut ista sunt, *Suscipiens mansuetos dominus,* et, *Suscepit me de gregibus ovium,* item illud, *Assumptus est; et duo viri dixerunt, Quid statis, viri Galilaei? Hic, qui assumptus a vobis,* etc. Nec in illo *assumendi* vocabulo inest ulla varietas, si dicamus, *Assumpsit*, aut *Sumpsit*, aut *Expressit*, humanam in sese naturam. Neque hac obiecta voce terrere nos possunt qui adversus imperitos ac simplices insurgunt. Omnino vero ita loqui convenit. Ac ne quis calumniari me putet, aut istiusmodi vocabulis in eo argumento cavillari, velim illud omnes intelligant, diu nos, antequam ea scriberemus, multumque deliberasse, ne quis fortasse per simultatem ei nos insultasse crederet. Atqui nullam iste nobis, ut humano more loquar, iniuriam imposuit, nec quae in hoc mundo possidebamus eripuit. Sed cum in illa deliberatione de his praetermittendis cogitarem, a veritate ipsa sum coactus, ne quemquam eorum praeterirem qui contra fidem aliquid sensissent. Nec dubito quin pius lector facile illud agnoscat, nulla ex huius mundi propria aemulatione sermonem illum nostrum esse profectum. Nam e contrario multo plus ille nobis, quod ad externas disciplinas et caritatem attinet, utilitatis afferret, si cum sancta dei ecclesia concorditer in omnibus consentire vellet, nec peregrinum aliquid et inauditum inveheret. Sive igitur ab illo iactatum, sive ab eius discipulis aliter interpretatum dogma sub eiusmodi specie ac praetextu velut ab aliud agentibus occinitur, de quo certi nihil affirmare possum, illud quidem saepe animo versavimus, ac maiorem in modum obstupuimus, hisce in opinionibus propugnandis tanta illos cum animi contentione ac pugnandi libidine vel ad mortem usque pertinaciter insistere. Ex quo suspicari illud occurrit, ex alio quodam reconditiore sensu opinionem illam esse deductam.

Psalm. 116, 6. — Psalm. 77, 70. — Act. 1.

Nam cum eorum aliquos interrogaveris, variis illi modis respondere solent; nec desunt qui perfectam hominis naturam dominum assumpsisse negent, ac perfectum hominem extitisse. Quod autem ab eo complures abhorrebant, dissimulatione deinde uti coeperunt, id quod nos ex illorum sermonibus accurate postea cogno- Cap. XXI.

Cap. XXI. — 1. αὐτῶν codd. mss. uterque. αὐτοῦ editi.

τιοχέων γὰρ γενόμενοι τοῖς [2] ἀκραίμοσιν αὐτῶν συντετυχήκαμεν, ἐν οἷς καὶ Βιτάλιος ὁ ἐπίσκοπος ὑπῆρχεν, εὐλαβέστατος ἀνὴρ τῷ βίῳ, καὶ τῇ καταστάσει, καὶ τῇ πολιτείᾳ. Ἐλέγομεν δὲ συμβουλεύοντες καὶ παρακαλοῦντες συμφωνῆσαι τῇ πίστει τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ ἐᾶσαι τὸ φιλόνεικον ῥῆμα. Ὁ δὲ Βιτάλιος ἔλεγε, Τί γάρ ἐστι τὸ ἀναμέσον ἡμῶν; Εἶχε γὰρ οὗτος διάστασιν πρὸς αἰδέσιμόν τινα ἄνδρα καὶ ἐπίσημον, Παυλῖνον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Παυλῖνος πρὸς τὸν εἰρημένον Βιτάλιον, ὑφ' ἡμῶν μετακληθέντα. Βουλόμενοι τοίνυν ἀμφοτέρους εἰς εἰρήνην συμβιβάσαι, — ἀμφότεροι γὰρ ἐδόκουν ὀρθόδοξον πίστιν κηρύττειν, καὶ ἕκαστος διάστασιν εἶχε διά τινα πρόφασιν· ὁ μὲν γὰρ Βιτάλιος Παυλίνῳ ἐπέφερεν ὡς περὶ Σαβελλίου ὀνόματος ῥῆμα· διὸ [3] γενομένων ἡμῶν, ἐπεσχέθημεν τῆς πρὸς τὸν Παυλῖνον τελείας κοινωνίας, ἕως ὅτε μετὰ ἐκθέσεως ἡμᾶς ἐγγράφου ἔπεισεν, ἧς pag. 1015. ἤδη πρότερον ἀπολογίας χάριν πρὸς τὸν μακαρίτην Ἀθανάσιον ἐποιήσατο τὴν συγκατάθεσιν. Προσήνεγκε γὰρ καὶ ἐπέδωκεν ἡμῖν ταύτης τὸ ἀντίγραφον μεθ' ὑπογραφῆς σαφῶς περὶ τριάδος ἔχον ὁμοῦ, καὶ περὶ νοῦ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, χειρὶ αὐτοῦ τοῦ μακαρίτου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ἣν ἔκθεσιν καθυπέταξα. Καὶ ἔστιν ἥδε.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΧΕΙΡΟΣ ΠΑΥΛΙΝΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ.

Κεφ. κβ'. Ἐγὼ Παυλῖνος ὁ ἐπίσκοπος οὕτως φρονῶ, καθὼς παρέλαβον ἀπὸ τῶν πατέρων, ὄντα καὶ ὑφεστῶτα πατέρα τέλειον, καὶ ὑφεστῶτα υἱὸν τέλειον, καὶ ὑφεστὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τέλειον. Διὸ καὶ ἀποδέχομαι τὴν προγεγραμμένην ἑρμηνείαν [1] περὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἤτοι οὐσίας, καὶ τοὺς φρονοῦντας οὕτως. Εὐσεβὲς γάρ ἐστι φρονεῖν καὶ ὁμολογεῖν τὴν τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι. Καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς δι' ἡμᾶς γενομένης τοῦ λόγου τοῦ πατρὸς οὕτω φρονῶ καθὼς προγέγραπται, ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννην ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Οὐ γὰρ κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους τοὺς λέγοντας μεταβολὴν αὐτὸν πεπονθέναι, ἀλλ' ὅτι δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἔκ τε τῆς ἁγίας παρθένου καὶ ἁγίου πνεύματος γεννηθείς. Οὔτε γὰρ ἄψυχον, οὔτε ἀναισθητὸν, οὔτε ἀνόητον σῶμα εἶχεν ὁ σωτήρ.

[2] Καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἐπισκόπου Ἀθανασίου.

Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν τοῦ κυρίου ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γενομένου ἀνόητον αὐτοῦ εἶναι τὸ σῶμα. Ὅθεν ἀναθεματίζω τοὺς ἀθετοῦντας τὴν

2. *Ita fere ubique apud Epiphanium scriptum pro* ἀκρέμοσιν. *Cf. haeres.* 68, 1. *et* 5. *et* 7.

3. *Excidisse aliquid videtur.*

Cap. XXII. — 1. περὶ τῶν *verba omissa sunt in edit. Petav.*

vimus. Nam cum essemus Antiochiae, in primarios illorum incidimus, inter quos erat Vitalis episcopus, homo vita, moribus et instituto religiosissimus. Ac cum magnopere illum adhortaremur, et auctores essemus, ut cum ecclesiae catholicae fide consentiret, ac contentiosam illam vocem praetermitteret, ad haec ita Vitalis occurrebat. Quid est, inquit, controversum inter nos, et ambiguum? Habebat autem nonnihil cum Paulino episcopo religioso atque egregio viro discordiae, vicissimque Paulinus a Vitali, quem tum arcersivimus, dissidebat. Quos quidem inter sese conciliare studuimus; — ambo enim cum rectam ac sinceram fidem profiteri viderentur, certis de caussis a se mutuo dissentiebant; nam Vitalis Paulino Sabelliani quandam dogmatis vocem obiicebat: unde cum eo nos arcessissemus, ab absoluta cum Paulino communione temperavimus, donec oblata fidei professione, quam scripto comprehenderat, aliud persuasit. Quam quidem professionem assensione sua confirmarat antea, cum se apud beatum Athanasium purgaret. Huius igitur nobis exemplum, cui subscripserat, obtulit, in quo sacrosanctae trinitatis ac mentis, quae in humana Christi natura inest, mentionem expresserat, eratque illa ipsa beatissimi patris nostri Athanasii manu scripta. Hanc nos subiiciendam hoc loco putavimus.

EXEMPLUM PROFESSIONIS FIDEI, QUAM PAULINUS EPISCOPUS SUA MANU SCRIPTAM OBTULIT.

Ego Paulinus sic sentio, quemadmodum a patribus accepi: Cap. XXII.
Esse et subsistere perfectum patrem, et subsistere perfectum filium, et subsistere denique perfectum spiritum sanctum. Quare et illam trium hypostaseon, et unius hypostasis, sive substantiae interpretationem cum iis qui ita sentiunt amplector. Est enim pietati consentaneum trinitatem in una divinitate agnoscere ac confiteri. De incarnatione porro, quam propter nos verbum patris suscepit, ita, ut ante scriptum est, sentio, nimirum, ut Ioannes scripsit, *Verbum carnem esse factum.* Neque enim impiis ac sceleratis illis assentior qui mutatum illum esse definiunt, sed potius hominem esse nostra caussa factum, atque e sanctissima virgine de spiritu sancto esse genitum. Neque vero aut inanimum, aut sensus ac mentis expers corpus salvator habuit.

Illud quoque Athanasii episcopi manu fuerat adiectum.

Fieri quippe non potest ut domini nostri, qui propter nos homo factus est, mentis expers corpus sit. Unde et eos omnes

2. *Haec verba Petavio plane aliena esse videbantur, quo factum ut ea uncinis notaret. Sunt, puto, ab Epiphanio interposita, ut eam professionis partem significaret quae Athanasii manu conscripta erat.*

ἐν Νικαίᾳ ὁμολογηθεῖσαν πίστιν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας ἐκ τῆς οὐσίας, ἢ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονός. Ἔτι δὲ ἀναθεματίζω τὴν Σαβελλίου, καὶ Φωτεινοῦ, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν, στοιχῶν τῇ πίστει τῇ κατὰ Νίκαιαν, καὶ πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις.

ΕΠΛΗΡΩΘΗ.

pag. 1016. Κεφ. κγʹ. Ἐλέγομεν δὲ καὶ τῷ ἀδελφῷ Βιταλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, Τί καὶ ὑμεῖς λέγετε; εἴ τί ἐστιν ἀναμέσον ὑμῶν, διορθώσασθε. Ὁ δὲ ἔφη, Λεγέτωσαν. Ἔφησαν δὲ ὅτι οὐ λέγουσι τὸν Χριστὸν τέλειον γεγονέναι ἄνθρωπον. Ὁ δὲ εὐθὺς ἀπεκρίθη ὅτι, Ναὶ, ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν τέλειον ἄνθρωπον εἰληφέναι. Ἦν δὲ τοῦτο θαυμαστὸν τοῖς ἀκούσασι, καὶ χαρᾶς ἔμπλεον. Εἰδότες ἡμεῖς τὴν διάνοιαν τῶν προφάσεων τὸν νοῦν τῶν ἰδίων ἀδελφῶν σφετεριζόντων τὸ ἀκριβὲς ἐνεμείναμεν ἐρωτῶντες ὅτι, Φύσει σάρκα ὁμολογεῖς τὸν Χριστὸν εἰληφέναι; ὁ δὲ συνετίθετο ὅτι, Ναί. Ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου; ὁ δὲ καὶ τοῦτο ὡμολόγει. Φύσει ἐκ τῆς παρθένου ἐλθὼν τὴν σάρκα ἀνείληφεν ὁ θεὸς λόγος ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; ὁ μετὰ βάρους συνετίθετο. Ἤδη δὲ ἐν χαρᾷ καθιστάμεθα, ἐπειδὴ παρά τινων πρὸς ἡμᾶς εἰς Κύπρον ἐλθόντων ἠκούσαμεν τῶν προειρημένων παίδων ὅτι οὐδ᾽ ὅλως ἡ σὰρξ ἀπὸ Μαρίας ὡμολογεῖτο. Ὅτε δὲ αὐτὸς ὁ εὐλαβέστατος ἀνὴρ ἐκ Μαρίας τὴν σάρκα ἀνειληφέναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡμολόγησε, πάλιν παρ᾽ ἡμῶν ἠρωτᾶτο εἰ καὶ ψυχὴν εἴληφεν. Ὁ δὲ καὶ εἰς τοῦτο ὁμοίως μετὰ βάρους συνετίθετο, ὡς οὐ χρὴ λέγειν ἄλλως, ἀλλὰ κατὰ πάντα ἀληθεύειν. Χρὴ γὰρ τὸν περὶ ἀληθείας ἀνθρώποις γράφοντα τὸν πάντα νοῦν δοῦναι πρὸ ὀφθαλμῶν μὲν τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἔχειν, καὶ μηδὲν παραπεποιημένον εἰς τὴν τῆς γραφῆς ἐπαγγελίαν συντάττειν.

Κεφ. κδʹ. Ὡμολόγει οὖν ὁ Βιτάλιος καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην εἰληφέναι. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ εἰπὼν ὅτι, Ναὶ τέλειος ἄνθρωπος ἦν ὁ Χριστός. Εἶτα μετὰ τὸ ἐρωτῆσαι ἡμᾶς περὶ ψυχῆς καὶ σαρκὸς, τότε ἠρωτήσαμεν, Νοῦν ἔλαβεν ἐλθὼν ὁ Χριστός; Ὁ δὲ εὐθὺς ἠρνήσατο, λέγων, Οὐχί. Εἶτα ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν, Πῶς οὖν λέγεις τέλειον γεγονέναι ἄν-

anathemate damno qui propositam ac receptam in Nicaena synodo fidem respuunt, neque filium e patris substantia processisse, aut eidem consubstantialem esse confitentur. Sed et illos insuper condemno qui spiritum sanctum creaturam esse per filium productam asserunt. Postremo Sabellii ac Photini, adeoque reliquas omnes haereses damno eique fidei subscribo, quae in Nicaena synodo decreta est, ac denique ea amplector omnia quae supra scripta sunt.

HACTENUS FIDEI PROFESSIO.

Secundum haec Vitalem eiusque socios sic allocuti sumus: Quid autem et vos dicitis? Si quid invicem dissidii habetis, conciliata pace penitus tollite. At ille, Dicant, inquit. Tum obiicientibus aliis negare ipsos Christum hominem esse perfectum, contra Vitalis respondit, Imo vero Christum fatemur perfectum hominem induisse. Quod eius responsum non minorem audientibus voluptatem quam admirationem attulit. At nos, qui callidorum hominum, a quibus fratres nostri in errorem abducebantur, intimos sensus ac tergiversationes cognitas habebamus, acrius in interrogando perstitimus, et, Christumne, diximus, proprie carnem assumpsisse profiteris? Profiteor, inquit. Eandemne de Maria virgine sine virili satu, ac per spiritum sanctum accepisse? Ne istud quidem inficiatus est. Utrumnam proprie deum verbum deique filium existimas e coelo descendentem carnem sumpsisse de virgine? Magna ille cum gravitate assensus est. Ea res nobis summae voluptati fuit. Quippe a discipulis illis, quos in Cyprum ad nos venisse antea narravimus, eiusmodi esse dogma illorum audieramus, Christi carnem e Maria nullo modo esse susceptam. Quare cum religiosissimus iste Vitalis dominum nostrum Iesum Christum carnem e Maria traxisse praedicaret, iterum a nobis interrogatus est, num et animam indidem accepisset. Ille pari gravitate ac constantia accepisse fassus est, neque aliter asserendum, sed in omnibus quod verum est pronuntiandum esse dixit. Enimvero necesse est eum qui de veritate hominibus scribat toto animi conatu in id unum incumbere ut dei sibi timorem ob oculos proponat, neque falsum quicquam ac temere confictum ad susceptam scriptionem admisceat. Cap. XXIII.

Igitur Vitalis humanam a Christo animam susceptam esse confessus est. Sic enim aiebat: Omnino perfectus homo Christus extitit. Deinde postquam de anima et carne sciscitati sumus, tum demum istud ab eo quaesivimus, Mentemne Christus dominus accepit? Sine ulla cunctatione negavit. Tum nos ex adverso, Quinam Cap. XXIV.

θρωπον; Ὁ δὲ τὸν λογισμὸν τὸν ἴδιον ἀπεκάλυπτε τῆς διανοίας ὅτι, Τέλειον ἄνθρωπον λέγομεν εἶναι, εἰ τὴν θεότητα ποιήσομεν ἀντὶ τοῦ νοῦ, καὶ τὴν [1] σάρκα καὶ τὴν ψυχὴν, ὡς εἶναι τέλειον ἄνθρωπον ἐκ σαρκὸς καὶ ψυχῆς καὶ θεότητος, ἀντὶ τοῦ νοῦ. Τῆς οὖν φιλονει-
pag. 1017. κίας γνωσθείσης, καὶ πολλὰ ἡμῶν περὶ τούτου διαλεχθέντων, καὶ ἀπὸ γραφῆς συστησάντων ὅτι χρὴ ὁμολογεῖν τὰ πάντα τελείως εἰληφότα τὸν θεὸν λόγον, τελείως τε οἰκονομηκέναι ἐν τῇ [2] ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ, καὶ ἐν τελειότητι ταύτην, καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν συνηνωκέναι, καὶ ἐνδόξως πνευματικὴν αὐτὴν ὅλην, καὶ οὐκ ἄλλην, σὺν τῇ ἰδίᾳ θεότητι ἐν ἑαυτῷ ἡνωμένην ἔχειν, [3] τὴν ὅλην τελείωσιν μίαν θεότητα ἀποτετελεκέναι, καὶ καθέξεσθαι ἐν οὐρανῷ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς αὐτοῦ ἀϊδίου κυριότητός τε καὶ βασιλείας. Λοιπὸν ἀνέστημεν μὴ πεπεικότες ἀμφότερα τὰ μέρη διὰ τὴν προκειμένην φιλονεικίαν. Νενόηται δὲ ἡμῖν [4] ὅτι ἀπὸ τούτου οὐχ ἕνεκεν τοῦ νοῦ αὐτοῖς ὁ λόγος, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ νοῦ ἕτερόν ἐστι τὸ φρόνημα. Ποτὲ γὰρ οὐχ ὡμολόγουν οὔτε ψυχὴν αὐτὸν εἰληφέναι. Ἡμῶν δὲ ἀνθυποφερόντων καὶ λεγόντων, Τί γάρ ἐστιν ὁ νοῦς; ὑπόστασιν τούτων νομίζετε εἶναι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ; οὐκοῦν πολλοστός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος; εἶτα παρά τισιν ἐνομίζετο εἶναι τὸ πνεῦμα, τὸ ἀεὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ᾀδόμενον. Ὅτε δὲ ἐδείξαμεν ὡς οὐχ ὁ νοῦς ἐστι τὸ πνεῦμα, τοῦ ἀποστόλου σαφῶς λέγοντος, Ψαλῶ τῷ νοΐ, ψαλῶ τῷ πνεύματι, ἐντεῦθεν πολλοὶ μὲν ἦσαν οἱ λόγοι, οὐκ ἠδυνήθημεν δὲ αὐτοὺς πεῖσαι φιλονεικοῦντας.

Κεφ. κέ. Εἶτα πάλιν τισὶν ἡμῶν λεγόντων, Τί γάρ; ὑπόστασιν τὸν νοῦν εἶναι λέγετε; τινῶν δὲ αὐτῶν λεγόντων μὴ εἶναι ὑπόστασιν, ἀπὸ τοῦ ἡμᾶς πεπεικέναι αὐτοὺς ὅτι οὐ χρὴ νομίζειν αὐτὸν οὔτε τὸ καλούμενον ἀνθρώπου πνεῦμα, διὰ τὸ εἰπεῖν, Ψαλῶ τῷ νοΐ, ψαλῶ καὶ τῷ πνεύματι, μὴ ἐχόντων αὐτῶν πρὸς τοῦτό τι λέγειν, ἐλέγομεν, Οὐκοῦν εἰ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις ὁ νοῦς, ἀλλὰ κίνησις τῆς ἡμῶν πάσης ὑποστάσεως, νοῦν δὲ λέγετε τὸν Χριστὸν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, [1] ἄρα οὖν φαντάζεσθε ἀνυπόστατον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ μόνον ἕως λόγου, καὶ δοκήσεως τὴν ἐνδημίαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτὸν πεποιη-

Cap. XXIV. — 1. σάρκα τὴν ψυχικὴν *cod. Rhedig.*

2. *Scribendum haud dubie* ἐν σαρκὶ, *propter sequens* ταύτην.

3. *Repono* καὶ τὴν ὅλην μίαν, *aut* εἰς τὴν ὅλην τελείωσιν, μίαν τε θεότητα. *Cornarius vertit* perfecteque administrasse in adventu in carnem, et hanc in perfectione etiam post resurrectionem ex mortuis connivisse, et

igitur perfectum illum hominem fuisse censes? Ad haec ille intimos animi sui sensus nobis aperuit, et, Eatenus, inquit, perfectum hominem fuisse dicimus, si divinitatem illi loco mentis adscribamus, et carnem, atque animam adiungamus, sic ut perfectus homo ex carne, anima, divinitate, quae sit mentis instar, existat. Hoc igitur modo deprehensa in illo tanta contentionis libidine, cum ad eam rem pluribus disputassemus, et ex sacrarum literarum auctoritate comprobassemus, necessario fateri nos oportere omnia a verbo perfecte fuisse suscepta, et in assumpta carne perfecte itidem administrata, quam post resurrectionem suam perfecte sibi copularit; adeo ut eandem modo spiritualem omnino redditam, non aliam, ac diversam, cum propria divinitate in semetipso coniunctam habeat, et una ex illa perfectione divinitas consurgat, atque illa postremo natura ad dexteram patris in coelo et in sempiternae dominationis ac regni augustissimo throno consideat. Haec ubi disseruimus, cum utrique parti propter animorum pertinaciam contentionemque nihil persuaderemus, re infecta discessimus. Intellectum vero istud est, non de sola mente disputationem hanc illos ingressos, sed praeter illud de mente aliud quoque dogma sectari. Interdum enim ne animam quidem Christum assumpsisse ferebant. Contra quae illud obiiciebamus, Quid tandem putatis esse mentem? Utrumnam hypostasin esse quandam in homine creditis? Multiplex est igitur homo. Adhaec nonnullis placebat nihil esse mentem aliud quam spiritum, qui homini passim in scripturis tribuitur. Verum cum mentem nequaquam spiritum esse demonstraremus, ex eo quod diserte scripsit apostolus, *Psallam mente, psallam et spiritu,* multus 1. Cor. 14, 15.
ea de re nobis natus est sermo, nec ipsis tamen contentiose certantibus persuadere potuimus.

Postea vero cum nonnullos ex iis hunc in modum aggrederemur, Quid tandem? num hypostasin esse mentem asseritis? cui Cap. XXV.
cum ita quidam occurrerent ut hypostasin negarent esse quod eis persuaseramus non id esse mentem, neque *spiritum illum* qui appellatur *hominis,* cum scriptum sit, *Psallam mente, psallam et spiritu,* cum adversus haec nihil haberent quod opponerent, tum urgere sic coepimus: Si mens non hypostasis est, sed totius hypostasis nostrae quaedam motio, cum Christum mentem esse hac ex parte velitis, eundem minime subsistentem fingitis, ac verbis tenus et specie totum illud negotium incarnationis obiisse. Nihilo magis ad haec ra-

gloriose spiritualem totam, et non aliam, cum propria deitate in seipso unitam habere, totamque perfectionem unam deitatem effecisse, et sedere *cett.*

4. *Fortasse transponendum* ἡμῖν ἀπὸ τούτου ὅτι οὐχ κτλ.

Cap. XXV. — 1. ἆρα *codd. mss.*

κότα. Ὡσαύτως οὐκ εἶχον ἀποδοῦναι λόγον. Καὶ πολλὴ ἡμῖν γέγονε τότε λυπηρὰ ἡ τῆς ζωῆς κατάστασις, ὅτι ἐν τοῖς προειρημένοις ἀδελφοῖς καὶ ἐπαινετοῖς ἐβλήθησαν ἁπλῶς φιλονεικίαι, ἵνα διαστάσεις ἐν ἡμῖν πάντοτε ὁ προειρημένος τῶν ἀνθρώπων πολέμιος διάβολος ἐξεργάσηται. Πολλὴ δέ ἐστι τῆς τοιαύτης αἰτίας, ἀδελφοί, ἡ κατ᾽ ἔννοιαν βλάβη. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς περὶ τούτου οὐκ ἐκινήθη λόγος, ἁπλούστατον ἦν. Τί γὰρ τοῦτο τὸν κόσμον ὤνησε τὸ καινοτόμημα, ἢ τὴν ἐκκλησίαν ὠφέλησεν; ἢ οὐχὶ μᾶλλον ἔβλαψε, μῖσος καὶ στάσιν ἐργασάμενον; Ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος προεβλήθη, φοβερὸς γέγονεν· οὐ γὰρ εἰς τὸ κρεῖσσον τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Ἄρνησις γάρ ἐστιν, οὐ μόνον ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῷ μὴ ὁμολογοῦντι, ἀλλὰ καὶ ἐν βραχυτάτῳ τινί· οὐ χρὴ γὰρ οὐδὲ κἂν ἐν τῷ τυχόντι παρεξέρχεσθαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας. Λέξωμεν τοίνυν καὶ κατὰ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, βουλόμενοι μὴ ἔξω τῆς ἑαυτῶν ζωῆς βαίνειν, μηδὲ τὸν κανόνα καταλιμπάνειν τῆς ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ὁμολογίας. Οὐδενὶ γὰρ πώποτε τῶν παλαιῶν τοῦτο εἴρηται, οὔτε προφήτῃ, οὔτε ἀποστόλῳ, οὔτε εὐαγγελιστῇ, οὔ τινι τῶν ἐξηγητῶν, ἕως τούτων τῶν [2] ἡμετέρων χρόνων, ἐξ οὗ καιροῦ ἀπὸ τοῦ προειρημένου λογιωτάτου ἀνδρὸς τὸ τοιοῦτον σοφιστικὸν προῆλθε ῥῆμα. Παιδείᾳ γὰρ οὐ τῇ τυχούσῃ ὁ ἀνὴρ ἐξήσκηται, ἀπὸ τῆς τῶν λόγων προπαιδεύσεώς τε καὶ Ἑλληνικῆς διδασκαλίας ὁρμώμενος, πᾶσάν τε διαλεκτικὴν καὶ σοφιστικὴν πεπαιδευμένος, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον βίον σεμνότατος, καὶ [3] τῶν πρὸς ὀρθοδόξους ἀεὶ ἐν ἀγάπῃ ἐν πρώτῳ ἀριθμῷ ταττόμενος ἕως τούτου [4] τοῦ λόγου διέμεινεν. Ἀλλὰ καὶ ἐξορίαν ὑπέμεινε, διὰ τὸ μὴ τοῖς Ἀρειανοῖς [5] συγκατεῖναι. Καὶ τί με δεῖ λέγειν; πολλὴ ἡμῶν ἡ λύπη, καὶ πένθος ἡ ζωή, ὅτι λυπεῖν εἴωθεν ὁ διάβολος ἡμᾶς ἀεί, ὡς ἤδη πολλάκις εἶπον.

(pag. 1018 at line 6: "γάσηται.")

Κεφ. κϛ'. Ἄρξομαι τοίνυν περὶ τούτου τοῦ ῥητοῦ λέγειν, ἵνα μηδέν τι, ὡς ἔφην, τῆς ἀληθείας παραλείψω. Τί ἡμᾶς ὠφέλησε τὸ παρεκβάλλειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας Χριστοῦ; Εἰ γὰρ ὅλως τοῦ βοηθῆσαι, ἵν᾽ οὕτως εἴπω, τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ θεῷ λόγῳ καὶ υἱῷ θεοῦ, ὁ ὑμέτερος λογισμὸς προήχθη, ἵνα μὴ εἴπωμεν αὐτὸν εἰληφέναι νοῦν, ὅπως μὴ νοήσωμεν ἐλάττωσιν περὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα, πολλῷ μᾶλλον [1] προτιμότερον ἡμῶν τυγχάνουσι Μανιχαῖοι,

2. *Vocabulum* ἡμετέρων, *in cod. Ien. antea omissum, ab eadem, quae cetera scripsit, antiqua manu in margine adiectum fuit, at in cod. Rhedig. plane desideratur.*

3. *Fortasse* πρὸς τῶν ὀρθοδόξων. *Cornarius vertit* et inter orthodoxos semper in primo ordine locatus fuit.

tionem ullam extricare poterant. Ex iis longe acerbissimo dolore ac molestia sumus affecti, quod inter praeclaros illos ac laude dignos fratres nostros tantae contentiones ac simultates intercederent, ut perpetuas in nos dissensiones importunissimus ille humani generis hostis diabolus immittat. Et vero tali in erroris argumento, fratres, praecipua quaedam fraus circumveniendis hominum mentibus versabatur. Nisi enim de ea re initio foret excitata disputatio, simplicissimum quiddam erat. Ecquam enim mundo novitas haec utilitatem conscivit? aut quid ecclesiae profuit? Nonne vehementer nocuit, cum intestinum odium simultatemque conflarit? Sed ubi semel dogma illud coepit emergere, formidolosissimum extitit. Non enim ad expeditiorem aliquam salutis nostrae viam ac rationem refertur. Quicumque vero non in hac modo parte, sed vel in levissima aliqua veritatem minime profitetur, fidem is eiurasse censebitur. Quippe ne in minimo quidem a veritatis via deflectere oportet. Quapropter etiam adversus opinionem illam disputemus, cum nec abhorrere a vita nostra, neque sanctae dei ecclesiae, fideique regulam deserere omni ope studeamus. Nullus enim unquam ex veteribus illud asseruit, non propheta, non apostolus, non evangelista, non interpretum aliquis, qui ad nostrum usque tempus extiterunt, a quo sophistica illa cavillatoriaque vox ex eruditissimi illius hominis ore processit. Non enim mediocrem literarum scientiam fuerat ille consecutus, cum et humanioribus Graecisque disciplinis esset excultus, et dialecticam ac sophisticam artem inprimis calleret, esset idem porro praecipua in omni vita gravitate praeditus, imo vero et orthodoxis omnibus, antequam istiusmodi dogma proponeret, longe carissimus. Quinetiam et exilium sustinuit quod Arianis assentiri nollet. Sed quid attinet pluribus ista prosequi? Magnum omnino dolorem ea res nobis attulit, et acerbam vitam reddidit, quoniam diabolus molestia nos, ut saepe dixit, solet afficere.

Sed nunc de hoc argumento disputare aggredior, ne ullam, ut initio monui, veritatis partem praetermittam. Quid igitur nos adiuvat quod ab assumpta hominis in Christo natura mentem excludimus? Nam si eo cogitatio nostra perducitur ut domino nostro Iesu Christo, ac deo verbo, deique filio, ut ita dixerim, subveniret, si, inquam, mentem ideo illum assumpsisse negemus, ut ne, quod ad divinitatem pertinet, inferiore illum esse loco dicamus, longe Cap. XXVI.

4. οὐ *vitium est edit. Petav. Colon. repet.*

5. *Fortasse scribendum* συγκατανεῖν, *vel* συγκαταβαίνειν, *aut* συγκαταβῆναι, *quod verbum similiter usurpatum habes haer.* 64, 10.

Cap. XXVI. — 1. προτιμότεροι *vir doctus in marg. exempli Schottiani.*

καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ ἄλλαι αἱρέσεις, μὴ σάρκα αὐτῷ προσάπτειν βουλόμενοι, ἵνα μὴ ἐλάττωσιν τῇ θεότητι αὐτοῦ περιποιήσωνται.
pag. 1019. Ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων βούλησιν ἡ ἀλήθεια ἔχει τὴν δύναμιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῆς διακυβερνητικὴν σοφίαν καὶ οἰκονομικὴν ἀκαταληψίαν. Τοίνυν ἡμῶν οὕτως ὁμολογούντων, καὶ μὴ κατὰ τὸν Μανιχαῖον ἐχόντων (οὐ χάριν γὰρ ἐκεῖνος δώσει, δοκῶν εἰς ἔπαινον Χριστοῦ σάρκα λέγειν αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἀληθείας πεσεῖται, δοκήσει ὁμολογῶν τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν), οὕτω καὶ ἐν τῷ παρόντι τοῖς ἡμετέροις ἀδελφοῖς ἔσται ἡ χυδαιολογία ματαία χάρις τυγχάνουσα· ὡμολόγηται γὰρ παρ' αὐτοῖς τε καὶ παρ' ἡμῖν, ἐὰν μὴ θέλωσιν ἑτέρως φρονεῖν, καθὼς τινες πολλάκις ἀπ' αὐτῶν ὄντες ἑάλωσαν πιεζόμενοι, διὰ τοῦτο καὶ ἀρνούμενοι σάρκα ἀληθινὴν τὸν Χριστὸν εἰληφέναι, ὡς ἄνω μοι εἴρηται ὅτι τινὲς ἐτόλμησαν λέγειν ὁμοούσιον εἶναι τὴν σάρκα τῇ αὐτοῦ θεότητι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν παρεκβαλέσθωσαν ὡς μεταγνόντες, καὶ ἐλεγχθέντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἀτοπήματι παρὰ τοῖς περὶ σαρκὸς ἐν αὐτοῖς καλῶς φρονοῦσι. Πάντως γάρ που ὁ αὐτὸς εὐλαβέστατος Ἀπολινάριος οὐκ ἀρνήσεται.

Κεφ. κζ'. Εἰ τοίνυν σάρκα εἴληφεν ἐλθὼν ὁ λόγος, καὶ ἀπὸ Μαρίας ἐν ἀληθείᾳ, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ διὰ πνεύματος ἁγίου, ἐγκυμονηθεὶς δὲ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀναπλασάμενος [1] ἑαυτοῦ, ὡς θεὸς, καὶ πλάστης ὢν τοῦ [2] πρωτοπλάστου ἀνθρώπου καὶ πάντων, ἄρα γε οὐκ ἠλαττώθη ἐλθὼν ὁ λόγος, ἀλλ' ἔμεινεν ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀτρέπτῳ φύσει. Οὐ γὰρ λαβὼν τὴν σάρκα τροπὴν ὑπέστη, ὡς ὁμοούσιος θεῷ πατρὶ, καὶ οὐκ ἀλλότριος παρὰ τὸν πατέρα καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. Εἰ τοίνυν ὡμολόγηται σαφῶς σάρκα αὐτὸν εἰληφέναι, καὶ ἡδρύνθαι, ἄρα οὐκ ἐκτὸς ψυχῆς τυγχάνει (πᾶν γὰρ τὸ ἁδρυνόμενον, πλὴν τῶν ἀκινήτων, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνέστηκε), κατὰ τὸ εἰρημένον, Ὁ δὲ Ἰησοῦς προέκοπτεν ἐν σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ· ἵνα δείξῃ τὴν ἡλικίαν διὰ τὴν σάρκα. Ἡλικία δὲ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὡς ἔφην, καὶ σώματος τελειοῦται. Μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν, Προέκοπτεν ἡλικίᾳ, ἀκολούθως φησὶ, Καὶ σοφίᾳ. Ὁ ὢν δὲ σοφία πατρὸς, πῶς προέκοπτεν ἐν σοφίᾳ, εἰ
pag. 1020. ἀλλότριον ἦν τὸ σκεῦος νοῦ ἀνθρωπίνου; καὶ εἰ ἄνευ νοὸς ἐτύγχανε, πῶς σοφία ἐν ψυχῇ καὶ σώματι προέκοπτε; Καὶ ὁρᾷς πόση τίς ἐστι

Cap. XXVII. — 1. ἑαυτοῦ, *intellege* σάρκα. *Suspicor autem* ἑαυτῷ *esse rescribendum.* 2. πρωτοπλάστα *vitium est ed. Petav. Colon. repet.*

nobis anteponendi erunt Manichaei ac Marcionistae, ceteraeque haereses, quae, ne divinam maiestatem imminuere videantur, carnem ei tribuendam esse non existimant. Verum non ex hominum voluntate veritatis suspensa vis est, sed ex eiusdem gubernatrice sapientia administrandique facultate, quae nullo modo comprehendi potest, aestimanda. Quocirca cum eiusmodi sit fidei nostrae professio, neque cum Manichaeo sentiamus (non enim gratificari ille putandus est, cum ad maiorem Christi commendationem carnem ei detrahit, sed a veritate potius abhorret, dum illius incarnationem specie sola constare docet), eodem plane modo vanissima fratrum nostrorum erit illa disputatio, inanissimumque bene de Christo merendi studium. Etenim tam illi quam nos ipsi de carne Christi veritate recte sentimus; nisi forte aliter statuere voluerint; quemadmodum nonnulli saepe ex illorum numero argumentorum vi coacti convictique sunt ut veram a Christo carnem assumptam inficiari auderent, ut antea diximus, eo scilicet adductos quosdam ut carnem divinitati consubstantialem facerent. Sed praetermittendi a nobis illi sunt, utpote qui sententiam mutaverint, et a ceteris ex eodem grege de Christi carne non male sentientibus tam absurdum ob errorem confutati sint. Sed quicquid sit de aliis, certe religiosissimus illud non negabit Apollinaris.

Quare cum verbum dei coelitus delapsum vere ex Maria virgine, non ex virili semine, sed de spiritu sancto carnem susceperit, et in illius utero re ipsa gestatus sit, ac sibi corpus effinxerit, utpote deus, ac tam primi nostri parentis quam reliquarum omnium rerum fictor ac conditor, non utique verbi illius est imminuta dignitas, sed in propria et immutabili natura perstitit. Nam cum carnem induit, nullam vicissitudinem est passus, ut qui deo patri consubstantialis existat, nec a deo, vel ab illius spiritu sancto diversus aut alienus. Quod si istud in confesso est, carnem illum induisse atque incrementa cepisse, animae expers esse non potest. Quicquid enim adolescit, si immobiles res excipias, anima constat et corpore. Eo porro scripturae verba illa referenda sunt: *Iesus autem crescebat sapientia et aetate.* Ubi propter carnem aetatem significavit; aetas vero ex anima, uti dixi, et corpore perficitur. Ac posteaquam *aetate illum processisse* dixit, consentanee, *Et sapientia*, subdidit. Iam vero qui sapientia patris esset, quinam ullas sapientiae progressiones habere potuit, si ab humana mente diversum vas illud, ut ita dicam, fuit? Ac si mentis expers extiterit, quî fieri potuit ut sapientia corpore animaque progressus faceret? Vides quam detorta violentaque sit illorum sententia, quorum

Cap. XXVII.

Luc. 2, 52.

βεβιασμένη διάνοια τῶν τὸν νοῦν παρεκβαλλόντων; Ἀλλὰ, φησὶ, οὐ λέγω ὅτι νοῦν εἴληφεν ἀνθρώπινον, ἐπεὶ ποιήσωμεν αὐτὸν ἐπιθυμοῦντα, ἐρεθιζόμενον· ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμῖν ἐπιθυμητὴς ὁ νοῦς τυγχάνει. Καὶ ἁπλῶς πολλὴ τῶν ἀνθρώπων ἐρεσχελία, ὡς εἴρηκεν, Ἐποίησεν ὁ θεὸς ἁπλοῦν συνετὸν ἄνθρωπον, αὐτοὶ δὲ ἐποίησαν ἑαυτοῖς λογισμοὺς πολλούς. Εἰ γὰρ ὅλως [3] ὁμολογούντων ἡμῶν νοῦν εἰληφέναι τὸν ἀνθρώπινον, [4] νοήσομεν εἰς ἑαυτὸν τῆς ἡμετέρας ἐλαττώσεως τὰ μέρη, πολλῷ μᾶλλον ὁμολογούντων ἡμῶν σάρκα αὐτὸν εἰληφέναι δώσομεν κατὰ τὸ μέρος τοῦτο κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὅτι ἐν σαρκὶ ἠλάττωται, ὅπερ μὴ γένοιτο. Ὡς οὖν [5] οὐκ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλαττώθη, καίπερ ἀληθινὴν σάρκα ἔχων, ἐλθὼν ὁ λόγος, οὐδὲ ἐν τῷ νῷ τὰ μὴ τρέποντα τῇ αὐτοῦ θεότητι διανενόηται. Ἀλλ' ὅσα ἦν εὔλογα σαρκὶ, καὶ ψυχῇ, καὶ νῷ ἀνθρωπίνῳ, ταῦτα [6] ἐπετέλει ἐλθὼν ὁ κύριος, ἵνα μὴ ταράξῃ τῆς ἀληθινῆς ἐνσάρκου παρουσίας τὴν ἀκολουθίαν. Εὔλογον γὰρ ἦν πεῖνα, καὶ δίψα, καὶ κάματος, καὶ ὕπνος, ὁδοιπορία τε καὶ λύπη, κλαυθμὸς, καὶ ἐμβρίμησις. Ταῦτα δὲ ἀκολούθως ἐν αὐτῷ τελεσθέντα εὔλογα τῆς ἐνσάρκου ἀληθινῆς παρουσίας ὑπέφηνεν.

Κεφ. κη'. Οὐ γὰρ γέγραπται ὅτι ἐπεθύμησεν ἐπιθυμίαν φαύλην. Ἀγαθὴν δὲ ἐπιθυμίαν ἐπεθύμησε, φήσας, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. Ἐπιθυμία δὲ ἐκ θεότητος οὐ γίνεται, οὐδὲ ἐκ σαρκὸς μονωτάτης, οὐδὲ ἐκ ψυχῆς ἀνοήτου, ἀλλὰ ἐκ τελείας ἐνανθρωπήσεως σώματος καὶ τοῦ νοῦ, καὶ παντὸς οὗτινος τοῦ ἐν ἀνθρώπῳ τυγχάνοντος. Ἔσχε γὰρ ταῦτα ἐλθὼν ὁ λόγος, σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ νοῦν, καὶ πάντα εἴ τί ἐστιν ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας, χωρὶς ἐλαττώματος· κατὰ τὸ εἰρημένον, Πεπειραμένος κατὰ πάντα ὡς ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας. Εἰ δὲ τὰ πάντα πεπείραται, τὰ πάντα ἔσχεν ἐλθὼν ὁ λόγος. Πάντα δὲ ἔχων ἀνήττητα ἐν αὐτῷ ἦν, ἄχραντά τε διετήρησε, τέλειος ὢν θεὸς, ἐκ σαρκὸς γεγεννημένος, καὶ τε-
pag. 1021. λείως τὰ πάντα πληρώσας, ὡς πληρωτὴς ὢν ὅλου τοῦ σκεύους, μὴ μερισθείσης τῆς σαρκὸς [1] ἀναρμόστως ἐπιτηδεύσει, μὴ παρελκυσθεὶς τῷ τοῦ νοῦ ἀλλοίῳ ἐν ἡμῖν φρονήματι. Οὐ γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν εἰς τὸ ἁμαρτάνειν ἡμῖν γεγένηται, ἀλλὰ διὰ τὸ σκοπεῖν τῶν ἐν ἡμῖν ἀναθεωρουμένων κατ' ἀμφοῖν πραγμάτων τὰ τέλεια, καὶ τὴν ἐργασίαν τῆς δικαιοσύνης [2] καὶ ἐναντιότητος. [3] Νοῦς μὲν γὰρ ῥήματα διακρί-

3. ὁμολόγουν τῶν *cod. Ien.* ὡμολόγουν τῶν *ed. princ.* ὡμολόγουν τὸν *cod. Rhedig.*
4. νοήσωμεν *ed. princ.*
5. οὐκ *abest a libris omnibus.*
6. ἐπὶ τέλει *cod. Ien. et ed. princ.* ἐπιτέλει *cod. Rhedig.*

Cap. XXVIII. — 1. ἀναρμόσως *vitium est ed. Petav. Petavius coniecit* ἀναρμόστῳ.
2. καὶ *omiss. in edit. Petav. Colon. repet.*

mens a recto veritatis itinere deflexit. Atenim, inquiunt, mentem idcirco illum suscepisse nego; alioqui cupiditate illum affici, vel irritari sane dicamus, cum mens illa, quae nobis inest, variarum rerum cupiditate teneatur. Et, ut uno verbo dicam, mira est istorum hominum argutandi ac cavillandi libido; perinde ac scriptum est, *Fecit deus simplicem et prudentem hominem: sed ipsi varias sibi* Eccl. 7, 30. *cogitationes finxerunt.* Nam si ex eo quod humanam illi mentem attribuimus, nostros eidem defectus affingamus, cum et ipsum carnem induisse fateamur, multo magis hac ex parte, si illorum sermonibus adhibenda fides est, imminutus debet videri; quod quidem absit ut unquam opinemur. Quamobrem uti verbum nullam in carne diminutionem passum est, tametsi veram sibi carnem imposuerit, ita nec in humana mente quicquam cogitavit quod minus esset divinitate dignum, sed ea duntaxat quae carni, animae et humanae menti consentanea videbantur accedens dominus expressit, ne verae suae incarnationis ordinem seriemque perturbaret. Erant porro ista consentanea, fames, sitis, fatigatio, somnus, peregrinatio, dolor, fletus, indignatio, quae, ut par erat, in sese perfecta cum hominis, quam revera susceperat, natura coniuncta convenientiaque monstravit.

Neque enim scriptum est uspiam prava illum cupiditate fuisse Cap. XXVIII. correptum, quin potius optima illum cupiditas cepit, cum ita locutus est: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Atqui Luc. 21, 15. desiderium neque a divinitate proficiscitur, neque ex sola carne, aut ex anima mentis experte, sed a perfecta hominis natura, quae corpus et mentem, ac quicquid inest in homine complectitur. His enim omnibus, corpore, inquam, anima et mente ac reliquis, quae in homine sunt, omnibus praeditum verbum advenit, si peccatum ac defectum omnem excipias, pro eo ac scriptum est, *Tentatus per* Hebr. 4, 15. *omnia ut homo, praeter peccatum.* Quod si omnia expertus est, necesse est omnia penes verbum fuisse. Verum cum haec haberet omnia, eadem tamen in ipso superari non poterant, et sine ulla labe servata sunt, cum perfectus esset deus ex carne genitus, qui perfecte implevit omnia, tanquam perfecti vasis artifex, in quo neque caro minus convenienti aliquo studio divisa sit, nec ipse alieno aliquo mentis sensu, cuiusmodi in nobis cernitur, sit abstractus. Mens enim nostra non ad peccatum perpetrandum insita nobis est, sed ad earum rerum, quae in nobis utramque in partem considerantur, contemplandam perfectionem, nec non et officia iustitiae, vel ei contraria dignoscenda. Quippe *mentis est verba discernere, uti* Iob. 12, 12. et 34, 3.

3. „Vulgo οὖς" *Petavius.*

νει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται, καὶ ὀφθαλμὸς κατανοεῖ, καὶ νοῦς ὁρᾷ. Ὅρασις τοίνυν καὶ γεῦσις καὶ διάκρισις ὁ νοῦς ἐν ἡμῖν ὑπάρχει, ἐκ θεοῦ ἡμῖν κεχαρισμένος, οὔπω δὲ συγκαταθετικὸς τῶν ἀεὶ γινομένων, ἐὰν μὴ θέλῃ ὁ ἄνθρωπος. Ἡ δὲ σὰρξ ἀεὶ ἐν πάσῃ γραφῇ ἀποκηρύττεται διὰ τὴν ἐν αὐτῇ γινομένην ἐπιθυμίαν. Οὐ πάντως δὲ αὐτὴν τὴν σάρκα ἀποκηρύττει, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτῆς γινόμενα ἀπεκήρυξεν ὁ λόγος, ὡς ἔφη ὁ ἀπόστολος, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθὸν, διὰ τὰ ἐκ τῆς σαρκὸς ἐπιφυόμενα. Ἵνα δὲ ἀποκρούσηται τῶν αἱρέσεων τὴν διάνοιαν, μή πως νομίσωσι τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως [4] ἀπηλπίσθαι, λέγει, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, ἵνα μὴ παρεκβάλλων τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἃ σάρκα εἴωθεν ἡ γραφὴ καλεῖν, νομισθείη τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς παρεκβάλλειν. Τὰ γὰρ ἔργα τὰ ἐν αὐτῇ γινόμενα φαῦλα σαφῶς ἀπεκήρυξεν, αὐτὴν δὲ τὴν σάρκα ἅγιον ναὸν ἐπέδειξεν, ἐν τῷ ἁγιάσαντι αὐτοῦ τὴν σάρκα, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὅτι, Θρησκεία δὲ καθαρὰ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὕτη ἐστὶν, ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. Καὶ ἄλλῳ, [5] Μακάριοι οἱ ἁγνὴν τὴν σάρκα τηρήσαντες. Πολλάκις δὲ κατ' αὐτῆς λέγουσα ἡ γραφὴ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰς ἐπιθυμίας καὶ ἡδονὰς ἐξ αὐτῆς βλαστάνειν. Κατὰ δὲ τοῦ νοῦ οὐδὲν ἐξηγεῖται ἡ γραφὴ, ἀλλὰ, Ψαλῶ τῷ νοῒ, ψαλῶ τῷ πνεύματι, καὶ, Ἐὰν ψαλῶ πάλιν τῷ πνεύματι, ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Καὶ ὁρᾷς ὅτι ἐν αὐτῷ καρπὸς, ἐν τῷ νῷ. Κἄν τε μὴ ᾖ καρπὸς, οὐ πάντως τὸν νοῦν κατέλεξεν ἐν ἁμαρτίαις, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μᾶλλον τὸν καρπὸν ἀπεφήνατο.

pag. 1022. Κεφ. κθ'. Τί δὲ [1] τοῦτο πρὸς τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν δύναμιν τῆς θεότητος ἐνσκήψει; τί δὲ ἠμαύρωσε τὴν αὐτοῦ δύναμιν τῆς ἁγίας γυναικὸς γαστὴρ, μήτρα παρθένου, [2] τοκετῶν πόροι, ἀγκάλαι Συμεῶνος, [3] Ἄννης ὑποδοχὴ, Μαρίας βασταγμὸς, τῆς πόρνης ἁφαὶ, τρίχες γυναικὸς ποδῶν ἁπτόμεναι; ἀλλὰ τὰ δάκρυα, ἀλλὰ μνήματος αἱ θέσεις; Σινδὼν γὰρ εἰλήσας τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐ περιεγένετο ἐκείνου τοῦ ἀκραιφνοῦς καὶ τῆς αὐτοῦ μεγίστης δυνάμεως. Καὶ γὰρ ἔτι ἐν κοιλίᾳ τυγχάνων Ἰωάννης ἐσκίρτα, χαίρων ἐπὶ τῇ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν εἰσόδῳ, διὰ τῆς ἐγκυμονήσεως τῆς ἁγίας παρθένου· γεννηθεὶς δὲ, καὶ

4. *Libri vulgo* ἀφηλπίσθαι.
5. *Hunc locum, ubi extet, reperire non potui.*
Cap. XXIX. — 1. τοῦτο *codd. mss. uterque.* τούτου *editi libri.*
2. *Fortasse* τοκετικῶν. *Cf. infra cap.* 36.
3. Ἄννης *restitui ex auctoritate codicis Parisini, quam probavit etiam Petavius. In cod. Ien. legitur* αὐτῆς, *in cod.*

faucium degustare cibos. Sic et oculus considerat, et mens intuetur. Quocirca mens illa, quae in nobis residet, et a deo concessa est, visus est quidam et gustus ac discernendi facultas. Neque vero iis quae identidem fiunt assentitur, nisi homini collibuerit. At caro in omnibus fere sacris literis ob illam quae in ipsa est cupiditatem damnari solet. Quamquam non omnino caro ipsa damnatur, sed quae ab illa proficiscuntur sacrorum librorum auctoritas proscribit. Unde apostolus ita loquitur: *Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* Quod ad ea referendum est quae ex carne succrescunt. Atque ut haereticorum opiniones refelleret, ne carnem sibi persuaderent ab omni resurrectionis spe et communione deiectam, haec adiunxit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem;* ne opera carnis excludens, quae carnis nomine scriptura solet afficere, una et resurrectionis spem a carne videretur excludere. Siquidem quae in illa exercentur depravata opera manifeste damnavit; carnem ipsam vero sanctum quoddam esse templum in eo qui carnem suam sanctificavit esse docuit; quemadmodum scriptum est, *Religio munda deo et patri haec est, visitare orphanos et viduas in afflictione sua, et immaculatum se conservare ab hoc mundo:* item alio loco, *Beati qui puram castamque carnem suam servaverint.* Porro scriptura adversus illam saepe disputans cupiditates ac voluptates ab hac ipsa pullulare nos docuit, contra mentem vero nihil omnino dixit, sed illud duntaxat, *Psallam mente; psallam et spiritu:* item, *Si psallam spiritu, mens autem mea infructuosa sit.* Ubi vides suum menti fructum attributum; ac tametsi fructus nullus existat, nullo tamen modo mentem inter peccata numeravit, sed ex ipsa potius oriri fructum asseruit.

1. Cor. 15, 53.

Iacob. 1, 27.

1. Cor. 14, 15. et 14.

Cap. XXIX.

Ecquid vero ex istis omnibus adversus divinitatis domini nostri vim ac potestatem facit? aut qua in re eandem illam vim sanctissimae mulieris venter obscuravit? aut virginis uterus? aut partus exitus ac meatus? aut Symeonis ulnae? aut hominum exceptio? Mariae gestatio? meretricis attrectatio? mulieris capilli, qui illius pedes contigerunt? aut lacrymae? aut illa in monumentum depositio? Quippe sindon illa, quae ipsius corpus obvolvit, sincerum illum et integrum, vel summam illius potestatem superare minime potuit. Etenim Ioannes, cum in matris utero versaretur, ob ingressum ad sese domini sui, quem beata virgo parturiebat, prae gaudii magnitudine subsultavit. Idem porro dominus editus in lucem, et in prae-

Luc. 1, 44.

Rhedig. αὔνης, *in editis* ἀνθρωπίνη.

ἐν φάτνῃ κείμενος, οὐ λέληθεν ἀγγέλων χορόν. Παρεμβολαὶ δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως τοῦ αἰῶνος εἰςόδῳ δορυφορεῖν ἀπεστέλλοντο, ὕμνοι [4] ἐπινίκιοι ἐτελοῦντο, εἰρήνη ἐν τοῖς ποιμέσιν ἐκηρύττετο. Ἀλλὰ τί ἠμαύρωσε τὴν αὐτοῦ δύναμιν; Ἔτι γὰρ ὄντος αὐτοῦ βρέφους, καὶ βασταζομένου, ἀστέρος μὲν γίνεται σημεῖα ἀπὸ ἀνατολῶν, Μάγων παρουσία, προςκύνησίς τε καὶ [5] δορυφορία, γραμματέων ζήτησις βασιλεῖ, ἡ περὶ αὐτοῦ ἀπόκρισις καὶ ὁμολογία, τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ὅσα περιέχει ἡ ἀκολουθία, τί ἐνέσκηψε τῇ αὐτοῦ θεότητι; ποῖον ἐπικάλυμμα ἔσχεν, ὡς ἐν ἡμῖν, ἡ σαρκὸς κατοχή; Ἐπιτιμᾷ μὲν κλύδωνι, καὶ τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ οὐκ ἐπέχεται ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἡ τῆς αὐτοῦ θεότητος δύναμις, ἐπιτελοῦσα τὸ κατὰ φύσιν τῆς θεότητος. Ἀλλὰ καὶ ὄγκου καὶ βάρους τῆς σαρκὸς ὑπαρχούσης, οὐ βάρει συνέχεται. Περιπατεῖ γὰρ ὡς ἐπὶ τοῖς ὕδασιν, ὡς ἄτρεπτος θεὸς, ἐν σαρκὶ μὲν ὑπάρχων, οὐκ ἀπὸ σαρκὸς δὲ ἀλλοιούμενος, καὶ καλεῖ φωνῇ, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, οὐκ ἀντίθετον ἔχων τὴν σάρκα, οὐδὲ τῆς θεότητος ἐν σαρκὶ τῇ τελείᾳ ἐνανθρωπήσει δεδουλωμένης.

Κεφ. λ'. Καὶ πολλά μοι ἔστι [1] τοῦ λέγειν· ἀλλὰ καὶ ἐκ νεκρῶν ἀνίσταται, καὶ ἀναμοχλεύει τὰ καθ' ᾅδου, καὶ ἑλὼν ἀνήνεγκε τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀναστὰς τὸ τριήμερον ἐν αὐτῇ [2] τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ, καὶ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ, pag. 1023. καὶ νῷ, καὶ παντὶ τῷ σκεύει, καὶ ἐν τῇ θεότητι ἡνωμένος, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος, συνενώσας τὴν ἐνανθρώπησιν ἑαυτοῦ τῇ θεότητι, θανάτου αὐτοῦ μηκέτι κυριεύοντος. Τῇ δὲ θεότητι συνηνωμένος τὸ παχυμερὲς λεπτομερὲς ἐτελείου, εἰςερχόμενος θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ μετὰ τὴν εἴςοδον δεικνὺς σάρκα καὶ ὀστέα, ἵνα τὸ σωτήριον τῆς δυνάμεως ὑποφάνῃ, ἵνα τὴν [3] ἡμῶν ἐλπίδα ὑποδείξῃ, ὅτι τὰ πάντα ἐτελείωσεν ἐλθὼν ὁ λόγος, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἀναληφθεὶς ἐνδόξως ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄγκου πιεζόμενος, οὐκ ἐκτὸς τοῦ σώματος ὑπάρχων, τὸ δὲ σῶμα πνευματικὸν ἐγείρας. Εἰ τὸ ἡμέτερον σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν, πόσῳ γε μᾶλλον τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ; διὸ πεπλήρωται, Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν, οὐδὲ ἐάσεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. Ἀλλὰ ταῦτά μοι πάντα περὶ τῆς τελείας αὐτοῦ ἐνανθρωπήσεως εἴρηται, ἵνα μή

4. ἐπινίκιοι desideratur in edit. Petav. Colon. repet.
5. δωροφορία suspicatus est Petavius.
Cap. XXX. — 1. Suspicor που λέγειν.
2. τῇ σαρκὶ τῇ ἁγίᾳ cod. Rhedig.
3. ἡμῶν codd. mss. uterque. ὑμῶν editi.

sepi iacens, ab angelorum est choro cognitus. Mittebantur tum coelestes illi exercitus, qui sempiterni regis ingressum apparitorum ac satellitum more stiparent; triumphalia carmina concinebantur, pax insuper pastoribus nuntiabatur. Qua igitur in re illius est in- Matth. 2, 2.
fuscata maiestas? Nam cum adhuc infans esset, et alienis brachiis gestaretur, novae ab oriente stellae prodigium apparuit; quod subsecutus deinceps Magorum adventus, adoratio et obsequium. Tum ab rege facta a scribis inquisitio, eorumdemque responsum ac veritatis confessio. Reliqua demum alia, quae consequenter exponuntur, quid divinitati illius officere potuerunt? Quodnam vero ut in nobis usuvenit, carnis detentio, velut integumentum illi et involucrum obduxit? Nam et tempestatem cum ventis ac mari increpat, Luc. 8, 24.
nec divina illius potestas, cum id quod naturae suae consentaneum est efficeret, carnis ulla contagione praepediebatur. Quinetiam cum sua carni moles gravitasque constaret, nequaquam tamen haec illum gravitas retardavit. Nam supra aquas ambulavit, uti immuta- Matth. 14.
bilem deum par erat, qui sic in carne versabatur nulla ut in ipsum ex illa mutatio redundaret. Itaque et contenta voce sic exclamat: *Lazare veni foras.* In quo carnem sibi repugnantem minime est ex- Ioann. 11, 43.
pertus; neque divinitas ipsa in carne perfectaque hominis natura residens velut servitute quadam est oppressa.

Possumus et alia complura subtexere, velut quod a mortuis Cap. XXX.
excitatus est, quod inferorum claustra perfregit, quod captivorum Eph. 4, 8.
agmen in potestatem redegit et eduxit, quod tertia die cum carne sua sanctissima, nec non et anima, mente, ac toto denique vase ipso surrexit, et cum divinitate copulatus homo perfectus extitit, humanamque naturam ad divinitatis consortium evexit, adeo ut *mors ipsi non dominetur amplius.* Igitur cum divinitate coniunctus quod crassum erat et concretum tenue ac subtile reddidit tum cum clausis foribus ingressus est, et cum intrasset, carnem et ossa monstravit, ut et salutarem suam potentiam ostenderet, et quod spei nostrae propositum est exhiberet, planumque faceret omnia a verbo post susceptam carnem esse perfecta. Praeterea eodem illo corpore magnifice sublatus in coelum ad patris dexteram consedit, non mole praegravatus corporis, aut vero corpore ipso penitus exsolutus, sed idem ipsum spiritale suscitavit. Quod si *nostrum illud corpus in* 1. Cor. 15, 42.
corruptione seminatur, surgit in incorruptione, seminatur corpus animale, spiritale corpus excitatur, quanto id magis de unigeniti filii dei corpore par est arbitrari? Propterea istud impletum est: *Non* Psalm. 15, 15.
dabis sanctum tuum videre corruptionem, neque relinques animam meam in inferno. Atque haec quidem omnia de perfecta hominis natura

τινες νομίσωσι διὰ τὸ σάρκα αὐτὸν ἀνειληφέναι τελείαν μὴ [4] ἄρα καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἄλογα ἔπραξεν. Οὐδεὶς γὰρ τῶν εὐσεβῶς πιστευόντων εἰς αὐτὸν τοῦτο νοεῖ, ἢ λέγει. Εἰ δὲ οὐδεὶς νοεῖ περὶ αὐτοῦ τὰ τῆς σαρκὸς ἄλογα πεπραχέναι, οὔτε τὰ τοῦ νοῦ ἄλογα αὐτὸν πεποιηκέναι νοήσειεν. Καὶ ὅτι μὲν τελείως ἐνηνθρώπησεν ἐλθὼν ὁ λόγος, τοῦτο δῆλον. Καὶ ἐὰν εἴπωμεν Τελείως, οὐ δύο Χριστοὺς ἔχομεν, οὐ δύο βασιλέας υἱοὺς θεοῦ, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν θεὸν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ [5] οἰκήσαντα, ἀλλ' αὐτὸν ὅλον ἐνανθρωπήσαντα, οὐκ ἄνθρωπον ὄντα, ἐλθόντα εἰς προκοπὴν θεότητος, ἀλλὰ θεὸν ἀπ' οὐρανῶν ἐλθόντα, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναπλασάμενον τὴν ἰδίαν ἐνανθρώπησιν κατὰ τὴν αὐτοῦ δυνατὴν θεότητα. Ὡς λέγει ὅτι [6] Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Τὸ δὲ, Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα μή τινες νομίσωσιν ὅτι πρῶτος ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἦλθε Χριστὸς εἰς ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο λόγον πρῶτον ἔταξε τὸ θεῖον εὐαγγέλιον, εἶτα τὴν σάρκα ὡμολόγησεν, pag. 1024. ὅτι, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἡ σὰρξ λόγος ἐγένετο, ἵνα δείξῃ πρῶτον λόγον ἀπ' οὐρανῶν ἐλθόντα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ὑποστήσαντα τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ πᾶσαν τὴν ἐνανθρώπησιν τελείως εἰς ἑαυτὸν ἀναπλασάμενον. Κἄν τε γὰρ εἴπῃ, Ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐχ ὅτι ἐτράπη ὁ λόγος εἰς σάρκα, καὶ γέγονεν ὁ λόγος σὰρξ, ἢ ἡ θεότης μετεβλήθη εἰς σάρκα, ἀλλὰ σὺν τῇ θεότητι ἔλαβε τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν ἐλθὼν ὁ θεὸς λόγος.

Κεφ. λα'. Καὶ προέκοπτε, φησὶ, ἐν ἡλικίᾳ Ἰησοῦς, καὶ σοφίᾳ. Ὁ δὲ νοῦν μὴ ἔχων ἀνθρώπινον πῶς προέκοπτε; καθὼς ἤδη μοι εἴρηται. Ὡς καὶ μαρτυρεῖ τούτῳ τῷ λόγῳ ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ προφήτης Ἡσαΐας φήσας, Ἰδοὺ, συνήσει ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ᾧ εὐδόκησα. Καὶ ὁρᾷς ὅτι τὸ Συνήσει ἐπὶ τελείαν ἐνανθρώπησιν φέρεται; οὐ δύναται γάρ τις συνιέναι νοῦν μὴ ἔχων, οὔτε ἐπὶ τῇ θεότητι τοῦτο πληροῦται. Οὐκ ἐπιδεὴς γὰρ συνέσεως ἡ οὖσα αὐτοσύνεσις, οὐδὲ ἐπιδέεται σοφίας ἡ οὖσα αὐτοσοφία· ἀλλὰ τὸ Συνήσει ἐπὶ τῷ νῷ ἀνθρωπίνῳ λαμβάνεται. Πόθεν δὲ ἐπείνα; λέγει μοι. Εἰ μὲν γὰρ σὰρξ μόνον ἦν, πῶς ἠδύνατο μνησθῆναι πείνης; καὶ εἰ ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος ἦν μόνης, ψυχῆς μὴ ἐχούσης τὸ λογικὸν τοῦ νοῦ, τὸν λογισμὸν τῆς ἐναν-

4. ἄρα cod. Rhedig. ἆρα cod. Ien. et edili.

5. οἰκήσαντα emendavit Petavius, Cornarii versionem Latinam secutus. οἰκήσαντι librorum est scriptura.

6. Articulus ὁ abest ab ed. Petav. Colon. repet.

ab illo suscepta eo a me disputata sunt, ne cui veniret in mentem pro eo quod perfectam carnem induerit ea ipsa quoque quae ad carnem pertinent absurda abhorrentiaque praestitisse. Nemo enim, qui quidem religiose de illa sentiat, de eo eiusmodi quiddam animo concipiat, aut verbis exprimat. Quod si nemo est qui rationi contraria et absurda illa carnis officia praestitisse illum existimet, ne ea quidem quae a mente proficiscuntur absona et abhorrentia perfecisse putandus est. Iam vero dei verbum perfecte hominem esse factum nemo non intelligit. Cum autem perfectum dicimus, non duos idcirco Christos asserimus, vel duos reges dei filios, sed eundem deum, et eundem hominem; non ideo quod habitarit in homine, sed quod ipse totus homo sit factus. Neque porro merum illum hominem progressione quadam ad divinitatis conditionem processisse credimus, sed deum e coelo delapsum pro divinitatis suae potentia, suam sibi hominis affinxisse naturam. Id quod scripturae illa verba declarant, *Verbum caro factum est.* Quae idcirco ita concepta sunt Ioann. 1. 14. ne quispiam sibi forte persuaderet primum hominem extitisse, in eumque postea infudisse se Christum. Ob id verbum primo loco sacrosanctum evangelium posuit, deinde quid de carne profiteretur subiecit: *Verbum,* inquit, *caro factum est.* Non dixit Caro verbum est facta, quo nimirum verbum inprimis ostenderet descendisse de coelo, sibique carnem e sacro virginis utero formasse, atque omnem in sese perfecte naturam hominis expressisse. Cum enim ita loquitur, *Verbum caro factum est,* non illud indicat, verbum in carnem fuisse conversum, aut in eam omnino transiisse, sive divinitatem in carnem esse mutatam, verum cum divinitate verbum propriam hominis assumpsisse naturam.

Κεφ. δ'. Οὕτω γὰρ τῶν κυνῶν ἡ φύσις, ἐπὰν εἰς λύσσαν ἐκτραπείη. Οἵ ποτε δεσπότην γινώσκοντες καὶ τοὺς αὐτοῦ υἱεῖς, οἰκείους τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας τοῦ οἰκοδεσπότου γνησίους, ὅταν λάβῃ αὐτοὺς ἡ μανία, ἀλλοιοῦνται τὰ πρόσωπα ἐνώπιον τῆς αὐτῶν ὁράσεως, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐγείρονται τοὺς γνησίους, οὓς ποτε τιμῶντες τῇ μὲν κέρκῳ ἔσαινον,

Cap. III. — 1. μελχεσεδεκιανῶν *codd. mss.* Μελχισεδεκιανῶν *ed. Petav.* 2. *Scribendum puto* βλασφήμων. *Petavio videbatur* βλασφημοῦσι.

que a spiritu sancto aliena sunt, in hac aetate nostra sunt exhausta, ad alia se quaedam nova convertunt. Quidam enim in patrem universorum deum ac conditorem contumelias iaciunt, quales sunt qui Gnostici dicuntur. At Marciones et Archontici, nec non et illorum asseclae Manichaei, qui non sine divina quadam providentia furiosum illud nomen sortiti videntur, igitur omnes isti cum plerisque aliis haeresibus, Cainorum, Setianorum, Melchisedecianorum, Colorbasiorum, Cerdonianorum, ac ceteris id genus, eundem illum universorum patrem contumeliis afficiunt, dum ipsum negant deum illum extitisse qui in lege ac prophetis locutus est, quique iure a creatis rebus omnibus, tanquam creator et opifex adoratur; cuius illi cultum una cum dominatu ac potestate conantur evertere, ut et illum, qui revera est, eiurent deum et alterum, qui nusquam est, falsa ac fabulosa opinione sua confingant, atque et verum illum amittant, et, quem falso sibi proponunt, nequaquam assequantur. Nam haec est nugacis istius doctrinae, quae ex diaboli satu proficiscitur, vis et natura, ut tumultationem ac perturbationem immittat, et procreatorum hominum mentes contumeliosis in deum cogitationibus excitet, ut depravatis quibusdam opinionibus, quae cum dei negatione coniunctae sunt, contra dominum suum hostile bellum suscipiant. Sed rursum velut quodam hinc divortio facto nonnulli aliam in partem deflectere non dubitarunt, ut unicum redemptorem suum ac dominum abnegarent, unigenitum viventis dei filium Iesum Christum, qui ab eodem patre revera est sine ullo initio ac tempore genitus, quique ab eo et cum eo semper existit, qui ratione quadam quae omni comprehensione superior est sine ulla inquinatione genitus est eiusdem cum patre substantiae, nec ab eo ullo modo discrepans. Contra hunc igitur insanientes alii, velut rabidi canes, dominum suum allatrantes, quemadmodum olim Iudaei, quod illum ignorarent, merito *muti canes* a propheta vocantur. Quae in illos appellatio pro- Esai. 56, 10.
pter impudentem ac temerarium illorum in dominum, et susceptam ab eo naturam impetum et insultum iure confertur, ut ex eo constare potest quod rabiosos canes ob id mutos esse narrant, quoniam ipsa illos rabies edentulos facit.

Est enim haec natura canum, postquam rabie tentati sunt, ut, Cap. IV.
qui dominum antea, eiusque liberos ac domesticos, ceterosque illius propinquos et familiares cognoverant, simulatque morbo illo correpti sunt, omnium istorum vultus illorum oculis commutati videantur, atque in notos insiliant, quos antea partim cauda blan-

3. *Suspicor* οἳ μὲν. ἕνεκα τῆς.
4. *Fortasse* ἐκ τῆς, *vel* κατηξιωμένοι

τοῖς δὲ τρόποις ὑπετάσσοντο. Αὐτίκα οἱ προσδοκῶντες Χριστοῦ τὴν παρουσίαν, οἱ ἑτοιμαζόμενοι δέξασθαι τὸν νυμφίον, οἱ προφήτας εὐχόμενοι κατιδεῖν, οἱ πείθεσθαι θείοις λόγοις ὑποσχόμενοι, οἱ τῷ Μωϋσῇ ἐν συνθήκῃ [1] συνεληλυθότες, ὅτι, Γενοῦ σὺ τὰ πρὸς κύριον, καὶ, Πάντα ὅσα ἐὰν εἴποι σοι ὁ [2] κύριος, ἀκουσόμεθα καὶ [3] ποιήσομεν, ὅτε εἶδον τὸν αὐτῶν δεσπότην παραγενόμενον, ἀγνοήσαντες τὴν μορφὴν καὶ τοὺς τύπους τῆς ἀληθείας οὓς οἱ προφῆται πρὸ αὐτοῦ ἐν σαρκὶ [4] γενομένου διετύπουν, διεχάραττον, κατήγγελλον, ἐσήμαινον, πρῶτον μὲν οὖν αὐτῷ ἔλεγον, Τίς οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας; ἄλλοτε δὲ δαιμόνιον αὐτὸν ἔχειν, οὐκ αἰσχυνόμενοι, τετολμήκασιν εἰπεῖν· ἔτι δὲ καὶ Σαμαρείτην αὐτὸν ἀποκαλεῖν οὐκ ἠρυθρίων. Πέρας οὖν, καθάπερ μοι προδεδήλωται, ὡς μεμηνότες κύνες, ἐπανέστησαν, καὶ τὰς μὲν χεῖρας [5] προσέπηξαν, ὡς ἀεὶ μετὰ τῆς μανίας ὁ κύων, ἀνακρεμάσας αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἐπέρχεται καὶ τὰ πρόσωπα τῶν ἰδίων αὐτοῦ δεσποτῶν καταγλύφειν οὐκ αἰσχύνεται, παρέδωκαν ἐκεῖνοι τὸν αὐτῶν κύριον εἰς τὸ σταυρωθῆναι, προφήτας τε τοὺς οἰκειακοὺς τοῦ αὐτοῦ δεσπότου τὸν μὲν ἔπρισαν, τὸν δὲ λίθοις κατέλευσαν, ἄλλον δὲ φόνῳ μαχαίρας διεχρήσαντο. Μετὰ τούτους δὲ ὡσαύτως νῦν οἱ νέοι Ἰουδαῖοι ἀλλεπαλλήλως τῇ αὐτῇ κεχρημένοι ἀγωγῇ οἱ μὲν φυσικοὶ Ἰουδαῖοι κατὰ σάρκα μὲν ἠρνήσαντο, οἱ δὲ νῦν ἀρνούμενοι τὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τελείαν πρὸς πατέρα γνησιότητα, κτίσμα αὐτὸν καὶ ποίημα, καὶ ἀλλότριον πατρὸς παντάπασι, μεμηνότες καὶ βεβροντημένοι ἀδιαλείπτως διϊσχυρίζονται.

Κεφ. ε΄. pag. 1037. Ἐκ τούτων δὲ πάλιν ἄλλοι ἀφέντες τὰς προειρημένας βλασφήμους διδασκαλίας, καθὼς εἰπεῖν, αὐτὴν τὴν κατὰ φύσιν θεασάμενοι ἐπουράνιον θεωρίαν, καὶ τὰ ἄνω ἐμβατεύσαντες, καὶ πολυπραγμονήσαντες, ὡς ἄνωθεν ἥκοντες, αὐθαδείᾳ [1] ἀπαγγέλλουσι καὶ ἰσχυρῶς διϊσχυρίζονται ἐκβάλλοντες ἐκ τῆς θεότητος τὸ ἅγιον πνεῦμα. Καὶ τὸν μὲν πατέρα οὐκ ἤρνηνται, οὔτε τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς αὐτὸν γνησιότητα, ἐφ' ἑτέραν δὲ πάλιν ὁδὸν βαδίζουσιν, ἵνα πάντοθεν πληρωθῇ τὸ, Ἐξέλιπεν ἡ πίστις ἐκ στόματος αὐτῶν. [2] Τί γὰρ ἀλλ' ἢ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λοιπὸν, τὸ οὐκ ἀλλότριον πατρὸς καὶ υἱοῦ, τὸ ἐκ τῆς αὐτῆς

Cap. IV. — 1. συνεληλυθότες *ed. Petav.* εἰσεληλυθότες *codd. mss. et edit. princ.*

2. κύριος *codd. mss.* ὁ κύριος *editi.*

3. ποιήσομεν *codd. mss.* ποιήσωμεν *editi libri.*

4. γενομένου *correxerunt Cornarius et Petavius. Libri habent* γενόμενον.

5. *Gatakerus Adverss. Miscell. pag.* 518. „*Mendas si non prorsus sustulerimus, sensum tamen plenius paulo exhibituros speramus. Sic ergo ex coniectura legendum existimo* — προσέπηξαν. ὡς δ' ἀεὶ κατὰ μανίας ὁ κύων ἀναχειρίσαντος (*vel* ἀνακηλήσαντος, *vel* ἀνακελαίνοντος) αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐπέρχ., κ. τὰ πρ. τῶν ἰδ. αὐτοῦ δεσπ. καταδρύπτειν (*sive* καταδρύφειν) οὐκ αἰσχύνεται. παρέδωκαν κτλ., et manus quidem eius confixerant: sicut autem canis rabie affectus solet demulcentis, sive tractantis eum, manus invadere, nec dominorum suorum faciem lacerare veretur, ita et illi dominum suum crucifigendum tradiderunt. *Atque hanc fuisse Epiphanii mentem (verba enim ipsa praestare non au-*

diendo, partim sese subiiciendo, velut honore prosequebantur. Ecce tibi Iudaei illi, qui et domini adventum expectabant, et ad excipiendum sponsum sese comparabant, qui prophetas videre cupiebant, qui divinis vocibus obtemperaturos se esse profitebantur, qui cum Moyse pactionem eiusmodi fecerant, *Esto nobis in his quae sunt apud dominum*, item, *Omnia, quaecumque dixerit tibi dominus, audiemus et faciemus*, illi, inquam, cum praesentem dominum intuerentur, veritatis expressas species ac notas ignorantes, quas prophetae, qui illum antecesserunt, describendo, delineando, nuntiando, significandoque praescripserant, primum haec in illum iecerunt, *Quis est hic, qui loquitur blasphemias?* alias vero, *Daemonium habere* illum impudenter ac praefracta quadam audacia iactarunt. Sed nec ipsos Samaritanum eundem appellare puduit. Postremo ut dixi, sic tanquam rabidi canes in eum insilierunt, ac manus affixerunt, id quod furiosi canes factitare solent, qui dominorum suorum manus ac vultus incurrentes laniare nihil verentur, sic illi dominum ad crucis supplicium tradiderunt, prophetas eiusdem domesticos partim serra consecuerunt, partim lapidibus obruerunt, partim gladio interfecerunt. Secundum illos vero perinde et hodie novi illi Iudaei iisdem invicem institutis ac disciplina formati, uti veri illi Iudaei, dominum cum carne praesentem abnegarunt, ita ipsi filii dei perfectam cum patre germanitatem inficiantes, creaturam esse illum et opificium, et a patre penitus alienum furiosi ac vecordes identidem affirmant.

Deut. 5, 27. — Luc. 5, 21. — Matth. 11, 18. — Ioann. 7, 20. et 48. — Hebr. 11.

Cap. V.

Alii porro contumeliosa illa in deum dogmata relinquentes, quasi divinam ipsam in coelo naturam, ut ita dicam, aliquando contemplati fuerint, et altius in arcana illa ac coelestia penetrarint, ac diligenter introspexerint (ut e coelo putes esse delapsos) arroganter illud praedicant, ac vehementer affirmant, spiritum sanctum a divinitatis communione separandum. Qui cum neque patrem abnegent, nec ab germana cum illo coniunctione filium abiudicent, ad aliud viae diverticulum deflectunt, ut omnino dictum illud impleatur, *Periit fides ex ore ipsorum.* Quid enim aliud faciunt, nisi perinde ac si in spiritum sanctum ius ac potestatem haberent (qui quidem a

Hier. 7, 28.

sim) *nihil ambigo.“ Aliter, quamquam minus feliciter, corrigit I. B. Cotelerius Eccl. Gr. Monum. tom. III., pag.* 669., *scribens* ἀνακρ. αὐτὸν, τὰς χεῖρας ἐπέρχεται, *et vertens*, sicut semper furiosus canis suspendens se, manus invadit ac vultus *cett. Cornarius transtulit* velut rabiosi canes insurrexerunt, et manus iniecerunt, velut semper cum rabie canis immissis antea manibus invadit, et personas propriorum *cett. Mihi videntur transponenda haec ita, et corrigenda,* προσέπηξαν, ἀνακρεμάσαντες αὐτὸν, ὡς ἀεὶ κατὰ τὴν μανίαν (*vel* μετὰ τῆς μανίας) ὁ κύων τὰς χεῖρας ἐπέρχεται, καὶ – – αἰσχύνεται, καὶ παρέδωκαν κτλ.

Cap. V. — 1. ἐπαγγέλλουσι *cod. Rhedig.*

2. *Scribendum puto* Τί γὰρ ἄλλο εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λοιπὸν τὸ οὐκ κτλ.

θεότητος ὂν, καὶ μὴ ἐνδεχόμενον εἶναι ἀλλότριον τῆς θεότητος, βούλονται, ὡς αὐτοὶ ἐξουσίαν ἔχοντες κελεύειν μᾶλλον θεῷ ἤπερ κελεύεσθαι; Οὐκ αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀλλότριον τὸ πνεῦμα λέγουσι, καὶ δοῦλον, καὶ κτίσμα, καὶ πρόσφατον, καὶ ποιητὸν, καὶ εἴ τι ἕτερον αἰσχρὸν πρὸς ὑπόνοιαν περὶ αὐτοῦ ἑαυτοὶς μᾶλλον ἐπινοοῦσι προςπορίσασθαι. [3] Ἐπεὶ οὖν ὁ κόσμος νυνὶ οὕτως μᾶλλον πληγεὶς πληγὴν ἀνίατον ἀπιστίας, ἵνα μηδέν τι παραλείψῃ ἡ ἀνομία ἡ τοὺς ἀνθρώπους ἀπολλύουσα τῇ κακονοίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ἀγνωσίᾳ, οἷα τοὺς ἀποδράσαντας τῆς περὶ τὴν ἁγίαν τριάδα βλασφημίας εἰς ἕτερα πάλιν ἡ ἀργὴ καὶ κακόβουλος ἔννοια περιέσπασεν, ἵνα μηδεὶς λάθοι ἁμαρτάνων. Κενὸν γάρ τι ἀκούω περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου τινὰ διανοεῖσθαι, καὶ τολμᾶν βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν ἐπ' αὐτὴν ἐνσκήπτειν, εἰς τὸ ἐκ πανταχόθεν εἶναι τὸν χρόνον ἡμῶν δίκην κακοῦ ὄφεως [4] καὶ θηρὸς ἰοβόλου ἐν σκότῳ ἐμφωλεύοντος, καὶ τοῖς δήγμασι πάντας πειράζοντος, τὸν μὲν περὶ τὸ πρόςωπον, ἄλλον περὶ τὴν πτέρναν, ἕτερον περὶ τὴν χεῖρα· ἵνα μηδένα λάθοι τὸ δῆγμα τῆς ἀπιστίας, ἀλλὰ ὁ δοκῶν ἐν τούτῳ ἀποδρᾶναι, ἑτέρως τὸν ἰὸν μὴ λάθῃ, ὁ δὲ ἐν ἄλλῳ ὑγιῆ ἔχων τὴν πίστιν, ἄλλως πως βλάπτεσθαι ἑαυτὸν προξενήσειεν.

Κεφ. ς'. Πόθεν αὕτη ἡ κακόνοια; Πόθεν ἡ τοσαύτη τόλμα; [1] Αὐτὸ τὸ ὄνομα οὐ μαρτυρεῖ, οὐ πείθει σε, ὦ φιλόνεικε; Τίς ποτε, ἢ ἐν ποίᾳ
pag. 1038. γενεᾷ τετόλμηκε καλεῖν τὸ ὄνομα Μαρίας τῆς ἁγίας, καὶ ἐρωτώμενος οὐκ εὐθὺς ἐπήνεγκε τὸ, Παρθένον; Ἐξ αὐτῶν γὰρ τῶν ἐπιθέτων ὀνομάτων καὶ τῆς ἀρετῆς ὑποφαίνει τὰ τεκμήρια. Ἀξιώματα μὲν γὰρ ὀνομασιῶν εἰλήφασιν οἱ δίκαιοι ἑκάστῳ πρεπόντως, καὶ ὡς ἥρμοζε. Καὶ τῷ μὲν Ἀβραὰμ προςετέθη τὸ Φίλος θεοῦ, καὶ οὐ διαλυθήσεται, τῷ δὲ Ἰακὼβ τὸ Ἰσραὴλ καλεῖσθαι, καὶ οὐκ ἀλλοιωθήσεται, καὶ τοῖς ἀποστόλοις τὸ Βοανεργὲς, τουτέστιν Υἱοὶ βροντῆς, καὶ οὐκ ἀποκαταλειφθήσεται, καὶ τῇ ἁγίᾳ Μαρίᾳ τὸ Παρθένος, καὶ οὐ τραπήσεται. Ἄχραντος γὰρ διέμεινεν ἡ ἁγία. Αὐτὴ ἡ φύσις οὐ διδάσκει ὑμᾶς; Ὢ καινῆς μανίας, ὢ καινῶν πραγμάτων. Πολλὰ δέ ἐστιν ἕτερα ἃ ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις οὐκ ἐτολμήθη τοῖς πατράσι· νῦν δὲ ἄλλος μὲν βλασφημεῖ εἰς τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ἕτερα λαλῶν εἰς αὐτὴν τὴν θεότητα, ἄλλος δὲ ἐλλιπῆ ποιεῖται ἐν ἑαυτῷ τὴν τῆς πάσης ἐνσάρκου παρουσίας πραγματείαν, ἕτερος δὲ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀσχάλλει

3. *Cornarius haec ita interpretatur* Quandoquidem igitur mundus nunc sic magis immedicabili incredulitatis plaga percussus est, et ignorantia, vana et mali consilii intelligentia velut fugitivos a blasphemia in sanctam trinitatem rursus ad alia traxit, ut ne quis peccans lateat.

1. καὶ *omiss. in edit. Petav. Colon. repet.*

Cap. VI. — 1. *Malim distinguere cum edit. princ.* Πόθεν αὕτη ἡ κακόνοια, πό-

patre filioque nequaquam alienus ex eadem est divinitate, nec ab ea separari potest), ita deo praescribere quam eius praescriptis obtemperare malunt? Non enim illos pudet alienum spiritum sanctum, servum, creaturam, recentiorem ac factum dicere, ac si quid aliud de illo confingi turpe potest, eo in ipsum libentius excogitare. Sic igitur mundus iste vehementiori et insanabili infidelitatis vulnere confossus est, ut iniquitas, quae humanum genus funditus perdit, nihil ad summam nequitiam, perfidiam ignorantiamque praetermittat. Qua ratione miseros istos, qui priorem illam in sacrosanctam trinitatem contumeliam effugerant, otiosa ac nequissima sua cogitatio ad alia quaedam transversos abripuit, ne quis peccatum suum dissimulare possit. Etenim nescio quem audio adversus sanctissimam perpetuamque virginem Mariam meditari nonnihil, ac contumeliosa quadam opinione illius honorem incessere. Ex quo illud apparet, nostram hanc tempestatem letifero cuidam serpenti ac venenato esse simillimam, qui in tenebris delitescens, infestis omnes morsibus appetat, atque in huius vultum illius calcem, manum alterius incurrat, ut ne quis infidelitatis morsum penitus possit evadere, sed qui in uno genere virus effugerit, in altero se ab eo subducere ac devitare nequeat, ac qui in aliis incorruptam fidem retinet, alio modo fraudem sibi perniciemque consciscat.

Undenam vero haec improbitas emersit? Unde tanta prorupit audacia? Nonne vel ipsum nomen abunde testificatur? Non tibi, homo pervicacissime, istud ipsum persuadet? Quis ullo tempore unquam extitit qui sanctae Mariae nomen appellare auderet, et non rogatus subinde virginis vocabulum adiiceret? Nam in adiunctis istiusmodi vocibus virtutis indicia collucent. Quippe iustis omnibus, pro eo ac singulos decebat, sua cuique sunt dignitatis attributa nomina. Ita Abraamo *amici dei* titulus accommodatus est, neque is unquam intercidet. Iacob vero *Israelis* cognomen sine ulla mutatione concessum. Apostoli quoque *Boanerges*, hoc est, *tonitrui filii*, nominati sunt, nec ulla dies nomen istud obliterabit. Sic sancta Maria virgo nuncupatur, nec appellatio ista aliquando commutabitur. Haec enim perpetuo incorrupta permansit. Cur igitur vos natura ipsa non docet? O inauditam insaniam! o praeposteram novitatem! Multa sunt praeterea quae priscis temporibus maiores nostri nequaquam aggressi sunt. Hodie vero alius in assumptam a Christo naturam contumeliosus est, et inusitata quaedam de divinitate ipsa praedicat. Alius ipsum illud incarnationis negotium mancum atque imperfectum constituit, alius resurrectione mortuorum offenditur.

Cap. VI. — Iac. 2, 23. — Gen. 32, 28. — Marc. 3, 17.

θεν ἡ τοσαύτη τόλμα, αὐτὸ τὸ ὄνομα οὐ μαρτυρεῖ; οὐ πείθει σε, ὦ φιλόνεικε;

τῶν νεκρῶν, ἕτερος δὲ μέρος. [2] Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὦ τῆς ἡμῶν τεθολωμένης γενεᾶς, ἧς ἡ ζωὴ ἐν κινδύνῳ διάκειται, ἐκ πανταχόθεν περιαντλουμένη κακαῖς ὑπὸ διαβόλου ἐπισποραῖς διανοημάτων τε καὶ λογισμῶν κακοπιστίας. Πῶς [3] τολμῶσι τὴν ἄχραντον παρθένον, καὶ τὴν οἰκητήριον καταξιωθεῖσαν γενέσθαι τοῦ υἱοῦ [4] θεοῦ, τὴν εἰς ταὐτὸ τοῦτο ἐκλεχθεῖσαν ἐκ τῶν μυριάδων [5] τοῦ Ἰσραὴλ, ὅπως σκεῦος καὶ οἰκητήριον [6] ἠξιωμένον εἰς σημεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετῶν;

Κεφ. ζ. Ἤκουσα γάρ παρά τινος ὥς τινες τολμῶσι περὶ ταύτης λέγειν ὅτι μετὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν σωτῆρα συνήφθη ἀνδρί. Καὶ οὐ θαυμάζω. Ἀεὶ γὰρ ἡ ἄγνοια τῶν μὴ τὰ ἀκριβῆ ἐγνωκότων τῶν θείων γραφῶν, μηδὲ ἱστορίαις προσεγγισάντων, ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα τρέπει καὶ περισπᾷ [1] τὸν ἀπ' ἰδίου νοὸς βουλόμενόν τι περὶ τῆς ἀληθείας ἰχνηλατεῖν. Πρῶτον γὰρ ὅτε ἡ παρθένος παρεδίδοτο τῷ Ἰωσὴφ, [2] κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκασάντων αὐτὴν ἥκειν, οὐ παρεδόθη αὐτῷ εἰς συνάφειαν, εἰ δεῖ τὰ ἀληθῆ λέγειν, ἐπειδὴ χῆρος ἦν. Ἀλλὰ διὰ τὸν νόμον μὲν ἀνὴρ κέκληται τῆς αὐτῆς· κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ἐκ τῆς
pag. 1039. τῶν Ἰουδαίων παραδόσεως δείκνυται ὡς οὐχ ἕνεκεν τοῦ ζευχθῆναι αὐτῷ παρεδίδοτο αὐτῷ ἡ παρθένος, ἀλλ' ὅπως διαφυλαχθείη εἰς μαρτύριον τῶν ἐσομένων, ὅτι οὐ νόθος ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία ἐπεδήμησεν, ἀλλὰ μεμαρτυρημένη ἐν ἀληθείᾳ, ἐκτὸς μὲν σπέρματος ἀνδρὸς ἐν πνεύματι ἁγίῳ οἰκονομηθεῖσα ἐν ἀληθείᾳ. Πῶς γὰρ ἠδύνατο ὁ τοσοῦτος γέρων παρθένον ἕξειν γυναῖκα, ὢν ἀπὸ πρώτης γυναικὸς χῆρος τοσαῦτα ἔτη; [3] Οὗτος μὲν γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς γίνεται τοῦ Κλωπᾶ, ἦν δὲ υἱὸς τοῦ Ἰακὼβ, ἐπίκλην δὲ Πάνθηρ καλουμένου. Ἀμφότεροι οὗτοι ἀπὸ τοῦ Πάνθηρος ἐπίκλην γεννῶνται. Ἔσχε δὲ οὗτος ὁ Ἰωσὴφ τὴν μὲν πρώτην αὐτοῦ γυναῖκα ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, καὶ κυΐσκει αὐτῷ αὕτη παῖδας τὸν ἀριθμὸν ἓξ, τέσσαρας μὲν ἄρρενας, θηλείας δὲ δύο, καθάπερ τὸ εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Μάρκον

2. *Distinguendum procul dubio* μέρος καὶ ἁπαξαπλῶς. Ὦ τῆς κτλ. *Cornarii versio verba* ἕτερος δὲ μέρος *omisit.*

3. *Gatakerus Opp. Critt. pag.* 813. *supplet* ἐπέρχεσθαι, *vel simile verbum infinitum in quod illud* τολμῶσι *transeat. Ego potius mutarem* τολμῶσι *in* κοινοῦσι *vel* ἀτιμῶσι.

4. θεοῦ, *quod desideratur in libris, repetendum erat ex vocabulo* υἱοῦ, *quod absorpserat.*

5. τοῦ *desideratur in edit. Petav. Colon. repet.*

6. ἠξιωμένον *cod. Rhedig.* ἠξιώμενον *cod. Ien. et edit. princ.* ἠξιώμενος *ed. Petav. Gatakerus l. l. suspicatus est* ἠξιωμένη τῶν σεμνῶν μόνον, *vel* ἀξιώτατον εἰς σημεῖον μόνου ὑπάρξῃ τοκετόν. *Cornarius transtulit* quo vas et habitaculum dignum esset, in signum solum partus? *Corrigerem* τοκάδων, *et verterem,* ut vas et habitaculum electum sola insignis esset inter genetrices? *Petavius cogitavit* εἰς θεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετόν.

Cap. VII. — 1. τὸν ἀπ' ἰδίου *correxerunt Cornarius (in versione Latina) et Petavius, et ita mihi legere sum visus correctum etiam in cod. Rhedig. Libri vulgo habent* τὸν ἀσπιδίου.

2. *Contra Casaubonum (Exercitt. Eccles. c. Baron. I, 13.) et Grotium (Annot. in Matth. I, 16. et Luc. 3, 23.), qui haec verba ita acceperunt ac si virgo sanctissima hoc ideo diceretur quia esset* ἐπίκληρος, *vertentes* cum iura heredita-

alius denique aliud sibi ad oppugnandum arripit. O turbulentum nostrum saeculum! in quo hominum vita summum in discrimen adducitur, quae undique pessimis a daemone propagatis opinionum erroribus, ac perfidiae commentis obruitur. Quanam vero fronte incorruptam illam virginem aggrediuntur, quae dei filii domicilium esse meruit? quae ex infinito Israëlitarum numero ad id unum est electa, ut vas quoddam et habitatio uni esset divino partui consecrata.

Hoc enim certo ex auctore cognovi, nonnullos id de illa affirmare ausos esse, postquam salvatorem pepererit, cum viro consuetudinem habuisse. Quod equidem minus admiror. Nam eorum inscitia qui neque sacras literas accurate callent, neque in veterum historiarum lectione triti sunt, hos ipsos ab aliis ad alia transfert et abripit, cum ex ingenio suo ac mente veritatis vestigia consectantur. Inprimis itaque cum beata virgo Iosepho tradita est, quo illam sortis necessitas adduxerat, nequaquam ei ad copulationem est concessa, si quod res est asseverare volumus, cum utique viduus esset. Sed propter legem tamen vir illius appellatur; porro ex Iudaica traditione consequenter istud ostenditur, non, ut cum illo copularetur, virginem ei fuisse traditam, sed ut ad futurorum testimonium servaretur, palamque fieret susceptam hominis a deo naturam non adulterinam ac spuriam fuisse, sed certissimis suffragantibus testimoniis, sine virili satu, spiritus sancti vi et efficientia constitutam. Quomodo enim tam affectae senex aetatis virginem habere uxorem potuit, qui tot annis antea priori coniuge esset orbatus? Siquidem hic ipse Iosephus Cleophae frater, Iacobi filius cognomento Pantheris, fuit, ambo, inquam, illi Panthere patre nati sunt. Ceterum Iosephus primam e tribu Iudae coniugem habuit, e qua sex liberos suscepit, mares quatuor, feminas duas; id Cap. VII.

tis quam possidebat, eo ipsam adegissent, *recte monuit Th. Gatakerus Adverss. Miscell. p.* 813. *Epiphanium ipsum sui extitisse interpretem meliorem in Ancorato cap.* 60. „Οὗτος ὁ Ἰωσὴφ, γέρων ὢν καὶ χῆρος, κατ᾽ ἀνάγκην τῶν κλήρων βαλλομένων ἐπὶ χήρους καὶ ἀγάμους καθ᾽ ἑκάστην φυλὴν εἰς τὰς ἀπὸ ναοῦ παρθένους, διὰ τὸ ἀφιερωθῆναι ἐν τῷ ναῷ τοὺς πρωτοτόκους παῖδας, ἄρσενας τε καὶ θηλείας, ἔλαβε κατὰ κλῆρον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν.“ *Ad haec Gatakerus* „Sunt ista revera, *inquit*, mera nugamenta; neque enim primogeniturae ratione nisi mares soli erant deo sacri, neque qui deo erant sacri, in templo educabantur, sed redemptione ex iure usuque peracta, ad suos liberi referebantur; nec aut virgines ullas in loco sacro asservari solitas, aut de nupturientibus sortitiones istiusmodi institutas historia ulla monumentumve fide dignum denarrat. Veruntamen patet hinc eam fuisse in loco altero illo Epiphanii mentem, etiamsi tam a rei veritate alienam eam quam mente ipsius fuit viri doctissimi utriusque opinatio. Quod ego eo magis monui quia V. Cl. Fried. Spanheimius in Dub. Evangel. 14, sect. 5. Casaubonum in hac opinatione falsa secutus, idem ex Epiphanio probare contendit.“

3. *Excerpsit hunc locum Anastas. Sin. Quaestt. pag.* 618. *Grets.*

καὶ κατὰ Ἰωάννην ἐσαφήνισαν. Ἔσχε μὲν οὖν πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα Ὠβλίαν, ἑρμηνευόμενον Τεῖχος, καὶ Δίκαιον ἐπικληθέντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἅγιος. Καὶ πρῶτος οὗτος εἴληφε τὴν καθέδραν τῆς [4] ἐπισκοπῆς, ᾧ πεπίστευκε κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ· ὃς καὶ ἐκαλεῖτο ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου· καθάπερ καὶ ὁ ἀπόστολος συνᾴδει τούτοις, ὧδέ που λέγων, Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀδελφὸς δὲ τοῦ κυρίου [5] οὕτως καλεῖται διὰ τὸ ὁμότροφον, οὐχὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ χάριν. Μαρία [6] μὲν γὰρ ἁρμοσθεῖσα τῷ Ἰωσὴφ ἐδόκει γυνὴ εἶναι τοῦ ἀνδρὸς, μὴ ἔχουσα πρὸς αὐτὸν σωμάτων συνάφειαν. Ἐκ ταύτης δὲ τῆς ὑποθέσεως ἡ γειτνίασις ἀγχιστείας τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ πρὸς τὸν σωτῆρα ἐν ἀδελφῶν τάξει κέκληται· μᾶλλον δὲ καὶ ἐλογίσθη. Ὡς γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Ἰωσὴφ, μὴ σχὼν κοινωνίαν πρὸς τὴν γέννησιν τὴν κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος, ἐν τάξει πατρὸς λογίζεται κατ' οἰκονομίαν, καθὼς λέγει Λουκᾶς εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, ὅτι, Ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσὴφ, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ Μαριὰμ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, Ἰδοὺ, ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ἐζητοῦμέν σε ὀδυνώμενοι. Τίς οὖν ἂν εἴποι τὸν Ἰωσὴφ πατέρα τοῦ κυρίου, ὃς οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶχον αἴτιον, μάλιστα τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἐκτὸς σπέρματος ἀνδρὸς ὑ-
pag. 1010. παρχούσης· ἀλλὰ διὰ τῆς οἰκονομίας τοῦτον εἴληφε τὸν κλῆρον τὰ πράγματα.

Κεφ. η'. Τίκτει μὲν τοῦτον τὸν Ἰάκωβον ἐγγύς που περὶ ἔτη γεγονὼς τεσσαράκοντα πλείω ἐλάσσω. Μετ' αὐτὸν δὲ γίνεται παῖς Ἰωσῆ καλούμενος, εἶτα μετ' αὐτὸν Συμεὼν, ἔπειτα Ἰούδας· καὶ δύο θυγατέρες, ἡ Μαρία, καὶ ἡ Σαλώμη καλουμένη. Καὶ τέθνηκεν αὐτοῦ ἡ γυνή. Καὶ μετὰ ἔτη πολλὰ λαμβάνει τὴν Μαρίαν χῆρος, κατάγων ἡλικίαν περί που ὀγδοήκοντα ἐτῶν καὶ πρόσω ὁ ἀνήρ. Καὶ μετὰ ταῦτα λαμβάνει τὴν Μαρίαν, ὡς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει, Μνηστευθείσης γὰρ, φησὶ, τῆς Μαρίας, καὶ οὐκ εἶπε, Γαμηθείσης. Καὶ πάλιν ἄλλοτε, Οὐκ ᾔδει αὐτήν. Θαυμάσαι δὲ ἔστιν ἐπὶ πᾶσιν [1] οἷς αἱ προφάσεις θηρῶνται αἱ πονηραὶ, καὶ ὧν οὐκ ἔστι χρεία ἐρευνᾶν τὰς αἰτίας, καὶ ζητεῖν τὰ μὴ ζητούμενα, ἀπὸ δὲ τῶν ἀναγκαίων τρέπεσθαι ἐπὶ μωρὰς ζητήσεις, ἵνα πάντως που ἐκ πανταχόθεν συναφθῇ ἡμῖν ὄλεθρος ἀπιστίας καὶ βλασφημίας, διὰ τὰς πρὸς τοὺς ἁγίους ἀτιμίας. Καὶ πρῶτον μὲν οὖν ἐλέγχει αὐτοὺς πανταχόθεν ἡ ἀκολουθία, ὅτι πρῶτον

4. *Cf. Chron. Pasch. pag.* 382. *ed. Bonn. cum adnot.*

5. οὗτος *Cornarius, vertens* Frater autem domini hic appellatur.

6. μὲν *omiss. in cod. Rhedig.*

Cap. VIII. — 1. *Rescribendum puto* ὡς αἱ προφάσεις *cum Galakero l. l. p.* 813., *qui vertit* Omnium vero maxime

quod Marci ac Ioannis evangelia declarant. Primus ex omni stirpe natus illi filius est Iacobus, cognomento *Oblias* (quod murum, vel castellum interpretari licet), qui et Iustus appellatus est, et Nazaraeus fuit, quod vocabulum Sanctum significat. Idem ille primus episcopalem cathedram cepit, cum ei ante ceteros omnes suum in terris thronum dominus tradidisset. Qui quidem *domini frater* est vulgo nominatus. Quibus omnibus adstipulatur apostolus his verbis, *Alium autem ex apostolis vidi neminem, nisi Iacobum fratrem* Gal. 1, 19.
domini etc. Verum domini ille frater ob communem educationem, non natura, sed gratia vocatur. Nam Maria cum Iosepho coniuncta viri uxor esse videbatur, cum nullum inter ipsos corporum commercium interesset. Ex quo illa Iosephi filiorum cum salvatore propinquitatis affinitas est nata, quae fraternam appellationem obtineret, vel ea potius necessitudine censeretur. Ut enim Iosephus ipse, licet nihil haberet cum salvatoris secundum carnem origine commune, certa tamen providentiae ratione loco patris est habitus; quemadmodum Lucas evangelista de salvatore ipse testatur, *Qui* Luc. 3, 23.
erat, inquit, *filius, ut credebatur, Ioseph.* Sed et Maria ipsa illum alloquens in evangelio Lucae idem asserit, *Ecce ego et pater* Ib. 2, 46.
tuus dolentes quaerebamus te. Quis igitur Iosephum domini patrem audeat dicere, quo cum nullam principii, aut caussae rationem habebat, cum incarnatio ipsa sine virili semine perfecta administrataque fuerit? Sed, quod providentiae ratio postulabat, ea rebus est sors atque conditio tributa.

Redeo ad Iacobum illum, quem Iosephus annos plus minus na- Cap. VIII.
tus XL genuit. Post hunc alius ei filius nascitur, cui Iose nomen fuit. Inde Symeon ac Iudas, filiae vero duae, Maria et Salome. Tum mortua uxore multis post annis viduus Mariam duxit, cum octogesimum, atque eo amplius annum attigisset. Mariam, inquam, id aetatis accepit, ut evangelium narrat. *Cum esset*, inquit, Matth. 1, 18.
desponsata Maria. Non dicit, Cum nupsisset. Idem alio loco, *Non cognovit illam.* Subit vero illos omnes admirari, qui pravas quasdam occasiones ac species captantes eorum quae nihil scire attinet caussas investigant, ac quae minime perscrutanda sunt inquirunt, et a necessariis rebus ad stultas quaestiones sese convertunt, ut ex ea quae sanctis imponitur ignominia infidelitatis ex omni parte ac blasphemiae perniciem atque exitium importent. Quocirca primum illos rei series atque ordo ipse convincit. Quod inprimis

id admiratione dignum est quomodo pravae captantur occasiones, quodque eorum caussas scrutantur homines, quorum nullus est usus, et in ea inquirunt quae inquirenda non sunt *cett.* Petavius suasit οἷς αἱ προφ. θ. οἱ πονηροὶ, καὶ κτλ.

μὲν γέρων ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονὼς οὐκ ἔλαβε παρθένον εἰς χρῆσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ᾠκονομήθη αὐτῷ εἰς τὸ φυλάττειν· δεύτερον δὲ πάντως που καὶ αὐτοὶ ὑπῆρχον δίκαιοι. Καὶ οὐκ ἐτόλμα ὁ ἀκούσας ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐστὶ τὸ ἐν αὐτῇ, ἔτι ἐπιβάλλεσθαι μετὰ τοιαύτην οἰκονομίαν χρῆσθαι τῷ σκεύει τῷ καταξιωθέντι χωρῆσαι ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ οὐκ ἐχώρει, δι' ὑπερβολὴν τῆς αὐτοῦ δόξης, εἰ γὰρ καὶ νῦν εἰς ὄνομα αὐτοῦ παρθένοι διατελεῖν ἀγωνίζονται, καὶ ἁγνεύειν, καὶ ἐγκρατεύεσθαι, πῶς μᾶλλον οὐκ ἦν πιστότερος Ἰωσὴφ καὶ αὐτὴ ἡ Μαρία, πάντα συμβάλλουσα εἰς καρδίαν αὐτῆς, ὡς γέγραπται; Ἀλλὰ μετὰ τοσαύτην καὶ τοιαύτην καὶ τηλικαύτην οἰκονομίαν συναφθῆναι πάλιν γέροντα παρθένῳ ἁγνῇ καὶ τετιμημένῃ, καὶ σκεύει χωρήσαντι τὸν ἀχώρητον, καὶ ὑποδεξαμένῳ τοιοῦτον μυστήριον σημείου ἐπουρανίου καὶ ζωῆς ἀνθρώπων;

Κεφ. θʹ. Πόθεν γὰρ οὐ δείξωμεν ὅτι ἁγνὴ διετέλεσεν ἡ παρθένος; Δειξάτωσαν ἡμῖν εὐθὺς ὅτι μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κύησίν τινας ἐγέν-
pag. 1041. νησεν ἡ Μαρία. Εἴπωσι τὰ ὀνόματα πλάττοντες, οἱ πλαστουργοὶ καὶ ῥαψῳδοὶ τῆς ἀπάτης καὶ κακομηχανίας, καὶ οὐκ ἔχουσι δεῖξαι. Οὐ γὰρ [1] συνήφθη ἔτι παρθένος, μὴ γένοιτο. Εἰ γὰρ ἐγέννησεν, ἀεί ποτε σὺν αὐτῷ ὑπάρχουσα τῷ σωτῆρι, ἅμα ἔλεγον καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς συνεῖναι. Πλανᾷ δὲ αὐτοὺς τὸ εἰρημένον, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἔστηκαν ζητοῦντές σε. Καὶ οὐκ οἴδασιν ὃ πρὸ τούτου ἦν γεγραμμένον ὅτι, Οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ [2] ἐπίστευον εἰς αὐτόν. Προβαίνοντες γὰρ καὶ ἡμεῖς τῷ χρόνῳ, καὶ θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ὡς εὐτελῶς γεγραμμένοις, ἰδοὺ κατὰ πᾶν ἐν αἰσθήσει γινόμενοι εὐχαριστοῦμεν θεῷ τῷ προασφαλισαμένῳ διὰ τῶν δοκούντων βραχέων ῥημάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ παριστᾶν πάσης γραφῆς τὴν ἀλήθειαν. Ἀεὶ γὰρ ἀκούοντες περὶ Ἰακώβου, ὅτι οὗτος ἀδελφὸς ἐκαλεῖτο τοῦ κυρίου, θαυμάζοντες ἐλέγομεν, Τίς ἡ χρεία; νῦν δὲ ἔγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν, ὡς προεῖπεν ἡ θεία γραφὴ, ἀλλὰ πάντως ἵνα, ὅταν ἀκούωμεν ὅτι, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι ζητοῦντές σε, μάθωμεν ὅτι περὶ Ἰακώβου λέγει καὶ τῶν ἄλλων υἱῶν Ἰωσὴφ, καὶ οὐ περὶ υἱῶν Μαρίας τῶν μὴ γινομένων. Δῆλον γὰρ [3] ἦν ὅτι μείζων ἦν ὁ Ἰάκωβος τῇ ἡλικίᾳ, κατὰ τὴν ἔνσαρκον τοῦ [4] κυρίου παρουσίαν. Ἀδελφοὺς δὲ αὐτοὺς λέγει [5] διελέγχουσα ἡ γραφὴ, καὶ ὀνομαστὶ καλοῦσα Ἰάκωβον, καὶ Ἰωσῆ, καὶ [6] Συμεῶνα, καὶ Ἰούδαν, καὶ Σαλώμην, καὶ Μαρίαν· ἵνα μάθωσι τοίνυν τίνος

Cap. IX. — 1. συνῆφθαι cod. Paris., teste Petavio. συνήφθαι cod. Rhedig.
2. „Deest οὐκ." Petavius.
3. ἦν non habet cod. Rhedig.
4. Χριστοῦ cod. Rhedig.
5. ἐλέγχουσα cod. Rhedig.
6. συμεῶνα καὶ ἰούδα cod. Rhedig.

homo senex supra LXXX annos natus virginem ad usum corporis non acceperit, sed divina potius providentia ad illam custodiendam est appositus. Deinde ambo erant utique iusti; neque qui hoc semel audiisset foetum illum, quem in utero ipsa gestabat, e spiritu esse sancto, post tantam dei administrationem vase illo auderet uti, quod eum capere meruerat quem ob excellentem gloriam coelum ac terra continere non possunt. Nam si hoc ipso tempore virgines in eius nomine perseverare in illo statu ac castimoniam, et continentiam servare contendunt, quanto maior Iosephi religio erat ac Mariae, quae ut scriptum est, *omnia in corde suo conferebat?* Cuius- Luc. 2. 15.
modi vero erat illud, post tale tantumque divinae providentiae mysterium decrepitum senem cum virgine castissima et honoratissima consuescere, cum eo inquam vase quod eum qui capi non potest ceperat ac tam stupendum prodigii coelestis et humanae salutis mysterium complexum fuerat?

Nam quae rationes ad illud ostendendum non suppetant bea- Cap. IX.
tam virginem in castimonia perstitisse? Doceant nos illi post salvatorem in lucem editum ullos Mariam peperisse liberos. Dicant horum nomina, ac si placet confingant, fraudis ac versutiae omnis architecti. Sed illud demonstrare nunquam poterunt. Non enim ullam virgo viri consuetudinem habuit. Absit ut habuisse putemus. Si enim aliquos liberos peperisset, quae cum salvatore ipso versabatur assidue, una et ipsius filios vixisse dicerent. Sed hoc illis evangelii dictum imposuit, *Ecce mater tua et fratres tui foris stant,* Luc. 8, 20.
quaerentes te. Nec illud animadvertunt quod antea scriptum est, *Quoniam fratres eius non credebant in illum.* Enimvero nos pro- Ioann. 7, 5.
gressu temporis instructiores redditi, cum aliquando sacras literas tam simpliciter scriptas esse miraremur, postquam penitus omnia pervidimus, deo gratias agere coepimus, qui paucissimis quibusdam verbis eorum omnium quae in sacris literis scripta sunt munitam ac stabilitam veritatem exhibere voluit. Cum enim de Iacobo assidue illud audiremus, fratrem ipsum domini vocatum fuisse, qui istud toties necesse foret repetere admirabundi quaerebamus. Nunc autem cur id in sacris literis ante sit inculcatum intelligimus. Videlicet ut cum audimus, *Ecce mater tua et fratres tui foris stant quaerentes te*, de Iacobo ac ceteris Iosephi filiis, non Mariae, qui nulli sunt, dictum illud esse doceamur. Neque enim dubium est quin Iacobus, quo tempore Christus in hoc mundo versabatur, esset aetate provectior. Ceterum fratres ipsos scriptura vocat, contrarias haereses tacite redarguens, ac nomina illorum exprimens, Iacobum, Iose, Symeonem, Iudam, Salomen, et Mariam. Ex quo declara-

υἱὸς τυγχάνει, καὶ ἐκ ποίας μητρὸς ὁ Ἰάκωβος, νοήσωσι δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν τίς ἐστι μείζων. Ὁ γὰρ Ἰησοῦς σταυροῦται ἐν ἔτει τριακοστῷ τρίτῳ τῆς αὐτοῦ ἐνσάρκου παρουσίας. Τοῦ δὲ Ἡρώδου ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, υἱοῦ δὲ Ἀρχελάου, ἔτος εἰκοστόν.

Κεφ. ι'. Ἐν γὰρ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ πρώτου Ἡρώδου, υἱοῦ Ἀντιπάτρου, γεννᾶται ὁ σωτὴρ ἐν [1] Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ὅπερ ἦν τεσσαρακοστὸν δεύτερον Αὐγούστου βασιλέως. Καὶ ποιήσας ἔτη δύο λαμβάνεται ὑπὸ τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον, διὰ τὰ ὑπὸ τῶν Μάγων τῷ Ἡρώδῃ εἰρημένα, τοῦ Ἡρώδου ζητοῦντος τὸν παῖδα. [2] Κάτεισι δὲ εἰς Αἴγυπτον, καὶ τελεῖ ἐκεῖσε ἄλλα δύο ἔτη. Καὶ τελευτᾷ Ἡ-
pag. 1042. ρώδης ὁ βασιλεὺς ἔτει τριακοστῷ ἑβδόμῳ. Διαδέχεται δὲ τοῦτον Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐπὶ ἔτεσιν ἐννέα. Καὶ οὕτως ἡ πραγματεία τελειοῦται, καὶ παραδίδοται σταυρῷ, ὀκτωκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει Τιβερίου Καίσαρος, τοῦ δὲ Ἀγρίππα ἐπικληθέντος Μεγάλου, Ἡρώδου [3] δὲ νεωτέρου, υἱοῦ δὲ Ἀρχελάου, ἔτος ἦν εἰκοστόν. Οὐδαμοῦ δὲ ἠκούσαμεν τὸν Ἰωσὴφ υἱοὺς πεποιηκότα. Ἀλλ' οὔτε μετὰ τὸ ἐλθεῖν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ὁ αὐτὸς ἐβίωσεν ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσι. Τέταρτον γὰρ ἦν ἔτος τῷ σωτῆρι, τῷ δὲ Ἰωσὴφ ὑπὲρ ἔτος ὀγδοηκοστὸν τέταρτον, ὅτε ἐκ τῆς Αἰγύπτου χώρας παρεγένετο. Καὶ [4] διέμενεν ἄλλα ἔτη ὀκτὼ [5] ὁ Ἰωσὴφ περιών, καὶ ἐν [6] τῷ δεκάτῳ ἔτει ἀνιόντων ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, ἐζητήθη, ὅτε οὐχ εὑρίσκετο ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, ὡς ἔχει τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον. Μέσον δὲ τούτων τῶν ἐτῶν τελευτᾷ Ἰωσὴφ, καὶ ἀνετράφη οὐκέτι ὑπὸ τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ' εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἰωσήφ. Ὅθεν οὐκέτι τὸ εὐαγγέλιον [7] φάσκει λέγων ὅτι, Ἦλθεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, ἀλλ', Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασιν. Ἀλλ' οὔτε ὅτε ἔλεγον αὐτῷ ἐν τῇ [8] Ἰδουμαίᾳ, Οὐδεὶς ταῦτα ποιῶν θέλει ἐν κρυπτῷ εἶναι· εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν, οὐκ εἶπεν ὅτι, Εἶπεν αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἀλλ', Οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς τοῦ Ἰωσὴφ μηκέτι ὑπάρχοντες κατὰ τὸ σῶμα. [9] Εἶτα δὲ ἐπ' αὐτῇ τῇ τελειώσει, ὅτε ὁ σωτὴρ ἐν τῷ σταυρῷ ἕστηκεν, ὡς ἔχει τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, Στραφεὶς, φησὶ, εἶδε τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ κύριος, καὶ εἶπεν αὐτῷ περὶ Μαρίας, Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου· καὶ τῇ αὐτῇ λέγει, Ἰδοὺ ὁ υἱός σου. Εἰ ἦσαν δὲ τέκνα τῇ Μαρίᾳ, καὶ εἰ ὑπῆρχεν αὐτῇ ἀνὴρ, τίνι λόγῳ παρεδίδου τὴν Μαρίαν τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τὸν Ἰωάννην τῇ Μαρίᾳ; τίνι δὲ τῷ λόγῳ Πέτρῳ μᾶλλον οὐ παραδίδωσι; τίνι δὲ τῷ λόγῳ [10] Ἀνδρέᾳ, Ματθαίῳ τε καὶ Βαρθολομαίῳ; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι Ἰωάννῃ διὰ τὴν παρθενίαν. Ἰδοὺ γὰρ ἡ μήτηρ σου· καί τοί γε οὐκ

Cap. X. — 1. ἐν τῇ Βηθλεὲμ. — *De re cf. Montacut. Apparat. ad Origg. Eccles. p. 191 sq., et p. 205 sqq.* — 2. κάτεισι *emendavit Petav., ex marg. exempli Schottiani, ni fallor, in quo eam scripturam deprehendo, addito siglo M.*

tum illud voluit, cuius filius, et ex qua matre Iacobus esset genitus; tum uter natu grandior foret. Etenim Iesus anno aetatis suae XXXIII. in crucem actus est, qui erat Herodis Archelai F. vigesimus.

Anno quippe Herodis senioris Antipatri F. tertio ac tricesimo Cap. X. Christus Bethleemi Iudaeae nascitur, Augusti vero XLII. Deinde post annos duos in Aegyptum ab Iosepho transportatus est, cum Herodes ob ea quae Magi renuntiaverant puerum ad necem requireret. Quare in Aegyptum profectus biennio illic moratus est. Post haec Herodes obiit anno regni sui XXXVII. Cui successit Archelaus filius, qui IX annis regnavit. Ita postmodum Christus eo omni, cuius gratia venerat, absoluto negotio, in crucem tollitur, anno Tiberii Caesaris XVIII., qui erat Agrippae Magni, sive Herodis iunioris Archelai F., annus XX. Nusquam vero Iosephum suscepisse liberos accepimus. Sed neque posteaquam ex Aegypto rediit, diu supervixit. Agebat tum Christus annum aetatis quartum. Iosephus LXXXIV. excesserat, cum ex Aegypto reversus est. Post haec aliis VIII vixit. Nam Christus annum agens XII., cum Hierosolymam profecti essent, quaesitus est, quod in itinere non esset repertus, ut Lucae testatur evangelium. Porro nondum Luc. 2. evolutis annis illis Iosephus moritur, ac Iesus non amplius sub illo, sed in eius domo duntaxat educatus est. Hinc est quod in evangelio non iam illud dicitur, Venit pater ipsius, et mater, et fratres eius, sed, *Ecce mater tua et fratres tui foris stant.* Sed neque cum Luc. 8, 20. in Galilaea sic illum alloquerentur, *Nemo haec agens in occulto ver-* Ioann. 7, 4. *sari cupit; si haec facis, praebe te manifestum,* non dixit, Pater ipsius et fratres, sed Fratres ipsius; eo quod Iosephus in corpore esse desiisset. Quinetiam in ipso vitae exitu, cum Christus in cruce penderet, ut in Ioannis evangelio scriptum est, *Conversus,* Ioann. 20, 26. inquit, *vidit discipulum, quem diligebat dominus,* eique de Maria dixit, *Ecce mater tua,* tum matri, *Ecce filius tuus.* Atqui si Maria liberos habuisset, aut superstes vir eius fuisset, cur illam Ioanni, Ioannem illi commendaret? Verum cur non Petro potius, vel Andreae, vel Matthaeo, Bartholomaeove commendat? Nimirum Ioanni propter virginitatem hoc tribuit. *Ecce,* inquit, *mater tua.*

κάτισι codd. mss. uterque et ed. princ.
3. δὲ *om. cod. Rhedig.*
4. διέμενεν *codd. mss.* διέμεινεν *editi libri.*
5. ὁ Ἰωσὴφ *codd. mss. uterque.* Ἰωσὴφ *editi libri.*
6. *Scribendum* δωδεκάτῳ, *quemadmodum etiam verterunt Cornarius atque Petavius.*
7. λέγει φάσκων *cod. Rhedig.*
8. Γαλιλαίᾳ *coniecit Petavius.*
9. εἶ δὲ *cod. Rhedig.*
10. Ἀνδρείᾳ *edit. Petav.*

ἦν μήτηρ αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου κατὰ σάρκα, ἀλλ᾿ ἵνα δείξῃ αὐτὴν μητέρα ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας, ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἡ ζωὴ ἦν· καὶ τῷ Ἰωάννῃ, καί τοί γε ὄντι κατὰ σάρκα ἀλλοτρίῳ, ἔλεγεν, ἵνα διδάξῃ τιμᾶν τὴν ἰδίαν αὐτοῦ μητέρα, ὅτι τῷ μὲν ὄντι κατὰ σάρκα ἐξ αὐτῆς αὐτὸς ὁ κύριος γεγέννηται, ἵνα μή τις νομίσῃ δόκησιν εἶναι τὴν πραγ-
pag. 1043. ματείαν, καὶ οὐκ ἀλήθειαν. Εἰ μὴ γὰρ ἦν αὐτοῦ ἀληθῶς μήτηρ κατὰ σάρκα κυήσασα αὐτὸν, οὐκ ἂν περὶ αὐτῆς τὴν ἐπιμέλειαν [11] ἐποιεῖτο τὸ παραδοῦναι τὴν ἀειπάρθενον, μητέρα μὲν γεγονυῖαν διὰ τὴν οἰκονομίαν, ἄχραντον δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν αὐτὸν τιμὴν, καὶ τὸ σκεῦος τὸ θαυμαστόν. Λέγει δὲ τὸ εὐαγγέλιον, Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν. Εἰ δὲ εἶχεν ἄνδρα, εἰ εἶχεν οἶκον, εἰ εἶχε τέκνα, εἰς τὰ ἴδια ἀνεχώρει, [12] καὶ οὐ πρὸς τὸν ἀλλότριον.

Κεφ. ιαʹ. Ἀλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς [1] ἐπικαλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν, διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. Ἐκεῖσε γὰρ τὰ πράγματα ἐτελεῖτο κατ᾿ οἰκονομίαν, [2] διῃρημένων τῶν πραγμάτων ἀπὸ τῆς ἄλλης ἁπάσης κατὰ θεὸν ὀφειλούσης φυλάττεσθαι ἀκριβείας. Καὶ γὰρ ὅτε τοῦτο γεγένητο, καὶ παρείληφεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, οὐκέτι παρέμεινε παρ᾿ αὐτῷ. Ἀλλὰ καὶ εἰ δοκοῦσί τινες ἐσφάλθαι, ζητήσωσι τὰ ἴχνη τῶν γραφῶν, καὶ εὕρωσιν ἂν οὔτε θάνατον Μαρίας, οὔτε εἰ τέθνηκεν, οὔτε εἰ μὴ τέθνηκεν, οὔτε εἰ τέθαπται, οὔτε εἰ μὴ τέθαπται. Καί τοί γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστειλαμένου τὴν πορείαν, καὶ οὐδαμοῦ λέγει ὅτι ἐπηγάγετο μεθ᾿ ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν παρθένον. Ἀλλ᾿ ἁπλῶς ἐσιώπησεν ἡ γραφὴ, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ θαύματος, ἵνα μὴ εἰς ἔκπληξιν ἀγάγῃ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐγὼ γὰρ οὐ τολμῶ λέγειν, ἀλλὰ διανοούμενος σιωπὴν ἀσκῶ. Τάχα γάρ που [3] καὶ ἴχνη εὕρομεν τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ [4] μακαρίας, ὡς οὔτε εὑρεῖν ἔστι τὸν θάνατον αὐτῆς. Πὴ μὲν γὰρ ὁ Συμεὼν φάσκει περὶ αὐτῆς, Καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως [5] ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ, πὴ δὲ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου φασκούσης ὅτι, Καὶ ἔσπευδεν ὁ δράκων ἐπὶ τὴν γυναῖκα τὴν γεννήσασαν τὸν ἄρρενα, καὶ ἐδόθησαν αὐτῇ πτέρυγες ἀετοῦ, καὶ ἐλήφθη εἰς τὴν ἔρημον, ὅπως ἂν μὴ λάβῃ αὐτὴν ὁ δράκων. Τάχα δὲ δύναται ἐπ᾿ αὐτῇ πληροῦσθαι· οὐ πάντως δὲ ὁρίζομαι τοῦτο, καὶ οὐ λέγω

11. ἐποιεῖτο τὸ *codd. mss. uterque, et edit. Petav.* ἐμποιεῖ τὸ *edit. princ. Cornarius vertit* non sane de ipsa curam habuisset.

12. καὶ *omiss. in edit. Petav. Colon. repet.*

Cap. XI. — 1. καλουμένας *cod. Rhedig.*

2. *Libri vulgo habent* κατ᾿ οἰκονομίαν δὲ διῃρημένων. *Delevi voculam* δὲ, *utpote repetitam per errorem ex vocabulo proximo, sensumque ita plane turbantem.*

3. καὶ *om. cod. Rhedig.*

4. μαρίας *cod. Rhedig.*

Quamquam si corpus consideres, Ioannis mater non erat, sed eam ipsam virginitatis esse principem significare voluit, quoniam ab illa vita processit. Ad haec Ioannem, licet alienus ac minime propinquus esset, verbis illis affatus est, uti matrem honorandam esse monstraret. Siquidem ex illa dominus, quod ad corpus attinet, revera natus est; ne quis fortasse totum incarnationis negotium putet externa specie, non veritate constare. Nam nisi vere mater eius extitisset, a qua carnem acceperat, quaeque ipsum pepererat, non tantam ei curam adhiberet, ut perpetuam virginem commendaret, quae et mater ob susceptum ex ipsa corpus fuisset, et ob illius honorem atque admirabile corporis sui vas nullam labem admisisset. Sed pergit evangelium et, *Ex illa*, inquit, *die accepit eam discipulus ad sese.* Atqui si et virum haberet, et domum, et liberos, ad sua potius quam ad alienum sese conferret.

Vereor ne hoc ipsum quod dicimus fraudi sit aliquibus, ut ad Cap. XI.
contubernales ac dilectas, quas vocant, feminas retinendas, quod genus pessimo sibi animi errore machinati sunt, fucum inde aliquem et colorem arcessisse videantur. Verum illic certa quadam providentiae ratione administrata sunt omnia, ita ut totum hoc negotium ab aliorum omnium, quae ex dei mandato praestanda sunt, officiorum lege esset ac necessitate seiunctum. Praeterea posteaquam illud ita gestum est, et ad sese illam accepit, non amplius apud ipsum permansit. Quod si falso iactari quispiam a nobis existimet, licet sacrarum literarum vestigia consectari, in quibus nullam de Mariae obitu mentionem reperiet, mortua sit, necne, sepulta, an non sepulta fuerit. Ac cum Ioannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen b. virginem itineris comitem secum illum habuisse significat, sed de ea re penitus scriptura conticescit, id quod propter admirationis vehementiam factum arbitror, ne hominum animos maiorem quendam in stuporem coniiceret. Ego enim pronuntiare illud vereor, et tacita apud me cogitatione reputans mihi silentium indico. Quippe haud scio an de sanctissima illa ac beatissima virgine obscura quaedam inveniri vestigia possint, quae incertam nobis illius mortis fidem faciant. Nam ex una parte illud occurrit, quod de illa pronuntiat: *Et tuam ipsius animam pervadet gladius, ut re-* Luc. 2. 35.
tegantur ex multorum cordibus cogitationes. Aliunde vero in Apoca- Apoc. 12, 13.
lypsi Ioannis legimus, *Draconem adversus mulierem properasse, quae marem pepererat, et datas ei esse pennas aquilae, et translatam esse in desertum, ne eam draco comprehenderet.* Quod quidem in illa esse potest impletum. Quamquam illud non affirmo penitus, neque aut

5. ἂν omiss. in edit. Petav.

ὅτι ἀθάνατος ἔμεινεν· ἀλλ' οὔτε διαβεβαιοῦμαι εἰ τέθνηκεν. Ὑπερέ-
pag. 1044. βαλε γὰρ ἡ γραφὴ τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἐν μετεώρῳ εἴασε, διὰ τὸ σκεῦος τὸ τίμιον καὶ ἐξοχώτατον, ἵνα μή τις ἐν ὑπονοίᾳ γένηται περὶ αὐτῆς σαρκικῶν πραγμάτων. Κἄν τε οὖν τέθνηκεν, οὐκ ἔγνωμεν. Καὶ εἰ τέθαπται, οὐ συνῆπται σαρκί· μὴ γένοιτο. Τίς δὲ φρενοβλάβειαν ἑαυτῷ συναγαγὼν θελήσει ἐνσκῆψαι βλάσφημόν τινα ὑπόνοιαν, καὶ [6] ἐπᾶραι στόμα, χαλάσαι τε γλῶτταν, διελεῖν δὲ χείλη ἐκ διανοίας κακῆς; μᾶλλον δὲ ἀντὶ ὕμνων, καὶ δόξης, ὕβρεις τινὰς ἐπινοεῖν, καὶ ἐμπαροινεῖν εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ μὴ τιμᾶν τὸ τετιμημένον σκεῦος.

Κεφ. ιβ'. Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἄλλης τινὸς θεωρίας χρὴ λαβεῖν τὰ πράγματα, ψηλαφήσωμεν καὶ φυσιολογιῶν σχέσεις. Φασὶ τὴν λέαιναν μὴ τίκτειν πλὴν μιᾶς γαστρὸς μόνης, ἔχειν δὲ τὴν αἰτίαν τοιάνδε. Τὸ ζῶον μέν ἐστι [1] τραγότατον, χαρωπὸν δὲ τῷ εἴδει, ἐμβριθέστατον τῇ ἀλκῇ, ὡς εἰπεῖν, βασιλικώτατον γένος ἐπὶ τὰ ἄλλα ζῶα. Ἔχειν δὲ τὴν σύλληψιν ἐξ ἑνὸς συζύγου, τελεῖν δὲ τὸ καταβαλλόμενον σπέρμα εἰκοσιὲξ μῆνας ἐν τῇ νηδύϊ, ὥςτε τὸν σκύμνον ἔνδον ἐπὶ τελειότητα φέρεσθαι διὰ τὸν χρόνον, εἰς τὸ [2] καὶ τοὺς πάντας ὀδόντας ἔχειν ἤδη, πρὶν ἢ ἐκ τῆς γαστρὸς προέλθοι, καὶ τοὺς ὄνυχας ἐν ἡλικίᾳ στασίμῳ, τούς τε πασσαλίσκους καλουμένους, καὶ κυνόδοντας, τάς τε μύλας, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περίεστι τῷ ζώῳ. Ἐν τῷ οὖν εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐν ταῖς σκιρτήσεσι, κινήσεσί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τρόποις διὰ τῶν ὀνύχων κατασπᾶν, ξέειν τε τὰς ἐγκυμονικὰς μήτρας τε καὶ ὑστέρας. Ἐν τῷ οὖν ἐπὶ [3] τὸ τίκτειν τὴν μητέρα ἥκειν, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν παντὸς ἀργαλέου κυοφορικῆς φύσεως ἀλλοτρίαν τὴν γαστέρα γίνεσθαι. Μετὰ γὰρ τοῦ τοκετοῦ καὶ τὰς ὑστέρας καὶ τὰς μήτρας ἐκκρίνεσθαι ἅμα φασὶν οἱ φυσιολόγοι, ὥστε μηκέτι τὴν θήλειαν ὀρέγεσθαι, εἰ μή τις ἄρα βία γένοιτο, μήτε μὲν, εἰ καὶ τύχοι συναφείᾳ τινὶ ἀναγκασθῆναι, ἔτι δύνασθαι κυΐσκειν, μὴ οὐσῶν τῶν μητρῶν, εἴτ' οὖν ὑστερῶν. Ἆρα γοῦν δέδωκεν ἡμῖν καὶ αὕτη ἡ ἀκολουθία πορίσασθαι εἰς τὴν ἐπιζητουμένην πραγματείαν ἔννοιάν τινα σχέσεως ἐπὶ τὸ συμφέρον μᾶλλον ἢ ἐπὶ τὸ βλάπτον. Εἰ γὰρ, [4] Σκύμνος λέοντος Ἰούδας, αἰνίττεται Ἰακὼβ λέγων τὸν Χριστὸν, [5] καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει
pag. 1045. Ἰωάννου, Ἰδοὺ, ἐνίκησεν ὁ λέων, φησὶ, ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, λέοντι ἄρα παρεικασμένου τοῦ κυρίου, οὐχὶ κατὰ

6. ἐπᾶραι *corrigendum esse viderunt Cornarius* (*vertens* et os tollere) *et Petavius. Libri vulgo* ἐπάραι. *Etiam in marg. exempli Schottiani legitur emendatum* ἐπᾶραι, *addito siglo M.*

Cap. XII. — 1. *Scribendum* γοργότατον, *id quod margo exempli Schottiani (siglo M. addito) suadet.*

2. κετοὺς *cod. Rhedig.*

3. τω *cod. Ien.* τῷ *cod. Rhedig. et*

immortalem perseverasse definio, aut utrum mortua sit confirmare possum. Quippe scriptura sacra mentis humanae captum praetergressa rem in incerto reliquit, propter vas illud eximium ac praestans, ne quis carnis propriam ullam ei foeditatem adscribat. Sive igitur mortua sit, nescimus, sive consepulta sit, non tamen ullam est coniunctionem corporis experta; absit ut illud existimemus. Quis est autem qui furorem sibi et insaniam asciscens tantam beatae virgini contumeliam velit imponere, et os suum adversus illam attollere, laxare linguam, ad pestiferam illam pronuntiandam sententiam labra diducere? pro laudibus, ac praeconiis probra contumeliasque comminisci? sacrosanctae insultare virgini? vas illud denique omni honore dignum nullo honore prorsus afficere?

Quod si et aliunde rationes transferre liceat, quid rerum natura ipsa ferat paululum consideremus. Leaenam itaque ferunt non nisi semel parere; cuius rei hanc esse rationem quod animal istud voracissimum sit, colore fulvum, validissimo robore atque, ut uno verbo dicam, regia quadam dignitate ceteris antecellat, porro ex uno coniuge concipiat foetumque sex et viginti totos menses in utero gerat, adeo ut ille prae longinquitate temporis adultus dentibus omnibus atque unguibus cum iusta corporis statura praeditus sit antequam in lucem prodeat, atque et claviculares, quos vocant, et caninos dentes ac molares habeat, et alia omnia quae animali huic a natura concessa sunt. Dum igitur matris utero continetur, subsultando movendoque sese, aut alio quovis modo, matris uterum laniare unguibus ac discerpere narrant. Quare cum ad partum mater venerit, eadem illa die ab omni parturiendi conditione ac molestia ventrem illius liberari. Siquidem in ipso partu uterum simul, ac matricem excerni naturalium rerum indagatores asserunt, adeo ut nulla in posterum veneris cupiditate tangatur, nisi aliqua vis adhibeatur. Quod si marem experiri cogatur, non amplius tamen foetum gestare posse, utpote quae matrice careat. Qua quidem ex narratione ad id de quo agimus similitudinem quandam licet transferre, quae utilitatem potius quam damnum aliquod continere videatur. Etenim si catulum leonis Iudam Iacob nominans Christum quadam sermonis figura adumbravit, cum eoque illud ex Ioannis Apocalypsi congruit, *Ecce vicit leo de tribu Iuda, et de stirpe David;* cum leoni dominus assimuletur, non natura quidem, sed similitudi-

Cap. XII.

Gen. 49, 9.

Apoc. 5, 5.

editi.

4. σκυμνὸς *cod. Ien.* σκῆμνος *cod. Rhedig.* σκύμνος *edit. princ.* σκύμνον *ed. Petav.*, *et Cornarius qui vertit* Si enim catulum leonis Iudam obscure dicit Iacob.

5. *Scribendum fortasse* καί που ἐν τῇ. *Petavio videbatur* κατὰ τοὺς ἐν τῇ. *Cornarius vertit* et in Apocalypsi scriptum est.

φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ αἴνιγμα, καὶ διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι τὸ ζῶον, πάντων ζώων ἰταμώτατόν τε καὶ ἰσχυρότατον, καὶ τἄλλα πάντα χαριέστατον, ἆρά γε καὶ τὴν γεννήσασαν λέαιναν εἴποιμ' ἄν. Πόθεν γὰρ λέων γεννᾶται πάντως, εἰ μὴ λέαινα ἡ μήτηρ κληθήσεται; λεαίνῃ δὲ δευτέρα οὐ γίνεται κύησις· ἄρα οὐκέτι κύησιν οἶδεν ἡ Μαρία, οὐκέτι συνάφειαν σωμάτων ἡ ἁγία παρθένος.

Κεφ. ιγ'. Ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ἴδωμεν θεωρίας, [1] ἵν' ἡ ἀκόλουθος τῷ Ἰησοῦ ἅμα αὐτῷ πάντοτε τυγχάνουσα. Ἐκλήθη Ἰησοῦς εἰς γάμους, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, καὶ οὐδαμοῦ Ἰωσήφ. Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Καὶ οὐκ εἶπε, Τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν, ἄνθρωποι; παρειστήκει [2] Μαρία ἡ [3] Μαγδαλήνη, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία [4] μήτηρ Ῥούφου, καὶ Μαρία ἡ ἄλλη, καὶ Σαλώμη, καὶ ἄλλαι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἦν ὁ Ἰωσὴφ ἐκεῖ, ἢ, Ὁ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, [5] ὃς Ϙϛ' ἐτῶν τελευτᾷ, παρθένος γεγονώς· ἐφ' οὗ κεφαλῆς σίδηρος οὐκ ἀνῆλθεν, ὃς οὐκ [6] ἐκέχρητο βαλανείῳ, ὃς ἐμψύχου οὐ μετέσχε, ὃς χιτώνιον δεύτερον οὐκ ἐνεδύσατο, ὃς τριβωνίῳ ἐκέχρητο λινῷ μονωτάτῳ, καθάπερ ἐν [7] τῷ εὐαγγελίῳ φησὶ, Ἔφυγεν ὁ νεανίας, καὶ ἀφῆκε τὴν σινδόνα, ἣν ἦν περιβεβλημένος. Ἰωάννης [8] γὰρ καὶ Ἰάκωβος, οἱ τρεῖς οὗτοι ταύτην τὴν πολιτείαν ἐσχήκασιν, οἱ δύο μὲν παῖδες τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ὁ παῖς τοῦ Ἰωσὴφ Ἰάκωβος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ κυρίου, διὰ τὸ ὁμοδίαιτον, διὰ τὸ σύντροφον, διὰ τὸ ἐν τάξει ἀδελφοῦ αὐτὸν ἐσχηκέναι, δι' ἣν εἶχεν Ἰωσὴφ μόνον πρὸς τὴν Μαρίαν γνησιότητα, ἀπὸ τοῦ [9] ὁρμασθῆναι αὐτὴν αὐτῷ. Μόνον τούτῳ τῷ Ἰακώβῳ ἐξῆν ἅπαξ εἰσιέναι τοῦ ἔτους εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, διὰ τὸ Ναζωραῖον αὐτὸν εἶναι, καὶ μεμίχθαι τῇ ἱερωσύνῃ. Ἔνθεν γὰρ ἡ Μαρία κατὰ δύο τρόπους συγγενὴς ἐτύγχανε τῆς Ἐλισάβετ, καὶ ὁ Ἰάκωβος διέφερε τῇ ἱερωσύνῃ, ἐπειδήπερ αἱ δύο φυλαὶ συνήπτοντο μόναι πρὸς ἀλλήλας, ἥ τε βασιλικὴ τῇ ἱερατικῇ καὶ ἡ ἱερατικὴ τῇ βασιλικῇ· ὡς καὶ ἄνω ἐν τῇ ἐξόδῳ Ναασσὼν
pag. 1046. ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα φύλαρχος λαμβάνει τὴν Ἐλισάβετ, τὴν ἀρχαίαν θυγατέρα Ἀαρὼν, ἑαυτῷ γυναῖκα. Ὅθεν πολλαὶ τῶν αἱρέσεων κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ σωτῆρος ἀγνοοῦσι, καὶ διὰ τὸ ἀπορεῖν αὐτοὺς ἀπιστοῦσι, καὶ δοκοῦσιν ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ, λέγοντες, Πῶς

Cap. XIII. — 1. *Scribendum cum Cornario (in vers. Lat.) et Petavio* θεωρίας. Ἦν ἡ ἀκόλουθος.

2. ἡ μαρία *cod. Rhedig.*

3. μαγδαλίνη *cod. Rhedig.*

4. ἡ μήτηρ *cod. Rhedig.*

5. ὃς *non deprehendo neque in cod. Ien., neque in cod. Rhedig. Habent solummodo* Ϙϛ' ἐτῶν.

6. ἐκέχρητο *suspicatus est Petavius.* ἐχρῆτο *scriptum legitur in cod. Rhedig., in reliquis* ἔχρητο.

7. τῷ *omiss. in ed. Petav. Colon. repet.*

τοῖς βουλομένοις καταμαθεῖν τῆς γραφῆς τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ μάτην παροινεῖν τοῖς λόγοις καὶ βλάσφημόν τινα ἑαυτοῖς ἐξοπλίζεσθαι γλῶτταν. Εἰ δὲ βούλονταί τινες [1] ἀνέχεσθαι, οὐδὲ καταδέχεσθαι τὰ ἐπωφελῆ, ἀλλὰ μᾶλλον τἀναντία, καὶ ἀφ' ἡμῶν τῶν εὐτελῶν ἔσται ῥητέον τὸ, Ὁ ἀκούων ἀκουέτω, καὶ ὁ ἀπειθῶν ἀπειθείτω· μή [2] τι τοῖς ἀποστόλοις κόπον παρεχέτω, μήτε ἡμῖν μηκέτι. Ἃ γὰρ ᾔδειμεν σεμνότερα καὶ ἐπωλῆ τῇ ἐκκλησίᾳ, ταῦτα περὶ τῆς ἁγίας παρθένου εἰρήκαμεν, συνηγοροῦντες τῇ κατὰ πάντα κεχαριτωμένῃ, ὡς εἶπεν ὁ Γαβριὴλ, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. Εἰ δὲ ὁ κύριος μετ' αὐτῆς, πῶς ἔσται ἐν συζυγίᾳ ἑτέρᾳ; Πῶς δὲ σαρκὶ πλησιάζουσα ἔσται ὑπὸ κυρίου φυλαττομένη; Οἱ ἅγιοι ἐν τιμῇ, ἡ ἀνάπαυσις αὐτῶν ἐν δόξῃ, ἡ ἀπεντεῦθεν αὐτῶν ἐκδημία ἐν τελειότητι, ὁ κλῆρος αὐτῶν ἐν μακαριότητι, ἐν μοναῖς ἁγίαις, ὁ χορὸς μετ' ἀγγέλων, ἡ δίαιτα ἐν οὐρανῷ, τὸ πολίτευμα ἐν θείαις γραφαῖς, τὸ κλέος ἐν τιμῇ ἀσυνεικάστῳ καὶ διηνεκεῖ, τὰ βραβεῖα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα τῷ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς αἰῶνας, ἀμήν.

Προσαγορεύουσιν [3] ὑμᾶς πάντες οἱ ἀδελφοὶ, προσείπατε δὲ καὶ αὐτοὶ πάντας τοὺς παρ' [4] ὑμῖν ἀδελφοὺς πιστοὺς ὀρθοδόξους, στυγοῦντας ὑπερηφανίαν, μισοῦντας κοινωνίαν Ἀρειανῶν καὶ Σαβελλιανῶν ἐρεσχελίαν, τιμῶντας δὲ [5] ὁμοουσίως τὴν τριάδα, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις, μίαν οὐσίαν, καὶ θεότητα μίαν, καὶ ἁπαξαπλῶς μίαν δοξολογίαν, καὶ μὴ σφαλλομένους περὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σωτήριον οἰκονομίαν καὶ ἔνσαρκον παρουσίαν, ἀλλὰ πι-
pag. 1057. στεύοντας τελείως τὴν Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν, τέλειον θεὸν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον, χωρὶς ἁμαρτίας, λαβόντα αὐτὸ τὸ σῶμα ἀπὸ Μαρίας, καὶ ψυχὴν λαβόντα, καὶ νοῦν καὶ πάντα εἴ τί ἐστιν ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ δύο ὄντα, ἀλλ' ἕνα κύριον, ἕνα θεὸν, ἕνα βασιλέα, ἕνα ἀρχιερέα, θεὸν καὶ ἄνθρωπον, ἄνθρωπον καὶ θεὸν, οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα, συνενωθέντα οὐκ εἰς σύγχυσιν, οὐδ' εἰς ἀνυπαρξίαν, ἀλλ' εἰς μεγάλην χάριτος οἰκονομίαν. Ἔρρωσθε.

Τῷ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἀντιγράφῳ ἀρκεσθέντες, καλῶς ἔχοντι πρὸς τὴν τούτων ἀντίθεσιν, ἕως ὧδε ἱκανῶς ἔχειν δοκιμάζοντες, καὶ ταύτην ἐν θεῷ ὑπερβεβηκότες ὡς ἑρπετὸν ἀπὸ ὀπῆς προκύψαν, διὰ συνετῆς

Cap. XXV. — 1. ἀντέχεσθαι *volebat Petavius, et ita revera in cod. Ien. a manu pr. fuisse scriptum videtur.* 2. τις *cod. Rhedig.*

scriptione complecteremur qui sacrarum literarum veritatem percipere student, neque temere sermonibus insultare, aut contumeliosam sibi ipsis linguam producere. Quod si qui refragari malint, ac spretis utilibus quae his contraria sunt amplecti a nobis infimis usurpandum illud erit, *Qui audit, audiat; qui contumax est, contumax esto,* ac neque apostolis, neque nobis amplius molestus sit. Ezech. 3, 27.
Quae enim religiosissima et ecclesiae fructuosa esse putabamus, haec de sanctissima virgine sumus professi; ut eius patrocinium susciperemus quae *gratia plenissima est:* ut Gabriel locutus est, *Ave* Luc. 1, 28.
gratia plena, dominus tecum. Quod si cum ipsa dominus est, quomodo alterum coniugium admisisse potest? Quonam, inquam, pacto quae carnis consuetudinem haberet, a domino servari dicitur? Enimvero sancti omnes magno in honore sunt. Horum est gloriosa requies; horum ex hac vita discessus ad perfectionem transitus est, eorumdem in felicitate sors, in sanctissimis domiciliis inter angelorum choros versantur, habitatio in coelo, occupatio in sacris literis est, decus ac splendor sempiterno in honore consistit, quem nulla coniectura potest assequi; praemia denique in Christo Iesu domino nostro posita sunt, per quem et quocum gloria patri cum sancto spiritu in saecula, Amen.

Omnes vos fratres plurimum salutant. Vos vicissim salutem omnibus qui apud vos sunt fratribus dicite, hoc est fidelibus sincerae fidei cultoribus, qui superbiam aversantur, qui Arianorum communionem, et Sabellianorum proterviam oderunt, qui consubstantialem trinitatem profitentes adorant patrem et filium et spiritum sanctum, tres personas et unam substantiam ac divinitatem unamque gloriam, quique de salutari incarnationis domini mysterio sincere ac citra errorem sentiunt, ac Christum plane hominem esse factum perfectumque deum ac perfectum hominem arbitrantur, peccati omnis expertem, qui corpus de Maria susceperit una cum anima et mente ceterisque quibus hominum natura constat, adeo ut non duo sint, sed unus dominus, unusque deus, unus rex, unus pontifex, deus et homo, homo ac deus, non duo, sed unus, inquam, ex duplicis naturae coniunctione conflatus, non ut aliquid confusum, aut in nihilum redactum sit, sed in eo omnia sint ad summam divinae gratiae administrationem perfecta. Valete.

Hoc epistolae exemplo contenti, quod ad illorum refellendum errorem idoneum est, ac satis superque egisse nos arbitrati, ab hac haeresi discedemus, quam serpentis e foramine prodeuntis in-

3. *Libri vulgo* ἡμᾶς.
4. ὑμῖν *codd. mss.* ἡμῖν *libri editi.*
5. ὁμοούσιον *cod. Rhedig.*

θεοῦ διδασκαλίας τε καὶ δυνάμεως, τῆς ὡς στύρακος πνεούσης εὐοδμίαν ἐν κόσμῳ, ἐπ' ἀρετῇ καὶ ἁγίων παίδων τῆς παρθενίας, ἀπὸ Μαρίας ἀρξαμένης τῆς ἁγίας, διὰ τοῦ ἐξ αὐτῆς φῶς τῷ κόσμῳ ἀνατείλαντος, διελέγξαντες, καὶ τὸν κακὸν ἰὸν τῆς ἑρπετώδους μοχθηρίας αὐτῶν ἐπιδείξαντες, ἐπὶ τὰς ἑτέρας πάλιν βαδίσωμεν, εἰς τελείωσιν τῆς πάσης ἐν θεῷ πραγματείας.

ΚΑΤΑ ΚΟΛΛΥΡΙΔΙΑΝΩΝ,

τῶν τῇ Μαρίᾳ προσφερόντων, πεντηκοστὴ ἐνάτη, ἡ καὶ ἑπτακοστὴ ἐνάτη.

Κεφ. α΄. Ἑξῆς δὲ ταύτῃ εἰς φήμην πέφηνεν αἵρεσις, περὶ ἧς ἤδη ὑπεμνήσαμεν ὀλίγῳ ἐν τῇ [1] πρὸ ταύτης, διὰ τῆς εἰς Ἀραβίαν γραφείσης ἐπιστολῆς, τῆς περὶ τῆς Μαρίας ἐχούσης. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ αἵρεσις πάλιν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἀπὸ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν ἄνω μερῶν τῆς Σκυθίας ἀνεδείχθη, καὶ εἰς ἡμῶν ἀκοὰς ἀνηνέχθη· ἥτις ἐστὶ καὶ [2] αὐτὴ γελοῖος καὶ χλεύης ἔμπλεως παρὰ τοῖς συνετοῖς εὑρισκομένη. Ἀρξόμεθα περὶ αὐτῆς φωράσαι καὶ τὰ κατ' αὐτὴν διηγήσασθαι. Εὐηθείας γὰρ μᾶλλον κριθήσεται, ἤπερ συνέσεως αὕτη, καθὼς καὶ ἄλλαι ὁμοῖαι ταύτῃ ἦσαν. Ὡς γὰρ ἄνω πολὺ διὰ τῆς πρὸς Μαρίαν ὕβρεως οἱ δόξαντες ταῦτα ὑπονοεῖν βλαβερᾶς ὑπονοίας σπείρουσι λογισμοῖς ἀνθρώπων,
pag. 1058. οὕτω καὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος κλίναντες ἐν ἀκρότητι βλάβης [3] καταλαμβάνονται· ὅπως κἀκεῖνο τὸ παρά τισι τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων ᾀδόμενον καὶ ἐν αὐτοῖς πληρωθήσεται ἐν τῷ λέγειν, [4] ἀκρότητες ἰσότητες. Ἴση γὰρ ἐπ' ἀμφοτέραις ταύταις ταῖς αἱρέσεσιν ἡ βλάβη, τῶν μὲν κατευτελιζόντων τὴν ἁγίαν παρθένον, τῶν δὲ πάλιν ὑπὲρ τὸ δέον δοξαζόντων. Οὗτοι γὰρ οἱ τοῦτο διδάσκοντες τίνες εἰσὶ, ἀλλ' ἢ γυναῖκες; Γυναικῶν γὰρ τὸ γένος εὐόλισθον, σφαλερὸν [5] δὲ καὶ ταπεινὸν τῷ φρονήματι. Καὶ αὐτὸ γὰρ ἔδοξεν ἀπὸ γυναικῶν ὁ διάβολος ἐξεμεῖν· ὡς καὶ ἄνω παρὰ Κυϊντίλλῃ καὶ Μαξιμίλλῃ καὶ Πρισκίλλῃ περιγέλαστα τὰ διδάγματα, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Τινὲς γὰρ γυναῖκες [6] κουρικόν τινα κοσμοῦσαι, ἤτοι δίφρον τετράγωνον, ἁπλώσασαι ἐπ' αὐτὸν ὀθόνην ἐν ἡμέρᾳ τινὶ φανερᾷ τοῦ ἔτους, ἐν ἡμέραις τισὶν ἄρτον προτιθέασι, καὶ ἀναφέρουσιν εἰς ὄνομα τῆς Μαρίας. Αἱ πᾶσαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρτου μεταλαμβάνουσιν, ὡς ἐν αὐτῇ τῇ εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐπιστολῇ γράφοντες ἐκ μέρους περὶ τούτου διελέχθημεν. Νῦν δὲ σαφῶς

Cap. I. — 1. *Supra haer.* 78, 23.
2. *Libri vulgo* αὕτη, *quod vitium iam correxit Cornarius in versione Latina.*
3. καταλαμβάνονται *scripsi secutus Cornarium, qui vertit* sic etiam hi ad alteram partem inclinantes in summo detrimento deprehenduntur. καταλαμβάνοντες *cod. Ien. et editi libri.* καταλαβόντες *codd. Rhedig. et Paris.*
4. ἀκρότητες *Cornarius* (*qui* Extremi-

star, sapientissima dei doctrina ac potentia (quae velut styrax orbem terrarum fragrantia sua, hoc est sanctorum virginitatis filiorum, cuius beata virgo princeps est, virtute complevit), et illius praesidio qui per eandem virginem huic mundo lumen invexit, cum hactenus in lucem eruerimus, atque exitialis illius nequitiae virus patefecerimus, ad ceteras orationem promovebimus, quo huic operi singulari dei ope suscepto finem aliquando tandem adhibeamus.

ADVERSUS COLLYRIDIANOS, qui Mariae sacrificium offerunt. Haeresis LIX., sive LXXIX.

Post superiorem illam haeresin, proxime ad nos alterius cuiusdam fama perlata est, de qua Paulo ante mentionem in epistola illa faciebamus quam de Maria virgine in Arabiam scripsimus. Haec enim haeresis in Arabiam e Thracia ac superiore Scythia diffusa ad aures usque nostras pervenit. Quae quidem apud prudentes homines ridicula ac ludibrio digna censetur. Sed nos errores illius detegere ac quid ipsa profiteatur aperire conabimur. Nec dubito quin stultitiae plurimum, sapientiae ne minimum quidem habere iudicetur; cuiusmodi ceteras omnes huic affines esse cognovimus. Nam ut paulo ante qui superiorem illam sectam amplexi sunt, contumeliosas in beatam virginem opiniones hominum ingeniis asperserunt, sic isti contrariam in partem declinantes extremam in noxam ac perniciem inciderunt, ut gentilium philosophorum celebre illud dictum in ipsis comprobetur, *extremitates aequalitates esse.* Siquidem par et idem ex ambabus haeresibus detrimentum accidit, cum alii sacrosanctae virginis dignitatem elevent, alii praeter modum ac rationem attollant. Nam quod ad posterius hoc dogma pertinet, quosnam praeter mulierculas auctores, ac patronos habet? Quod genus lubricum et in errorem proclive, ac pusilli admodum et angusti animi esse solet. Per eas itaque diabolus evomuisse illud videtur, idemque hac in parte fecisse quod per Quintillam ac Maximillam et Priscillam in ridiculis illis disseminandis erroribus praestiterat. Etenim mulieres quaedam currum sive sellam quadratam adornantes ac linteo desuper extento sollenni tempore per aliquot dies panem proponunt, et in Mariae nomen offerunt. Tum ad unam omnes illo vescuntur. De quo in epistola illa quam in Arabiam scripsimus nonnihil disputavimus: nunc vero accuratius singula prosequemur, Cap. I.

tates *interpretatus est) et Petavius correxerunt. μακρότητες codd. Ien. Rhedig. Paris. μακαρότητες editi libri.*

5. *Repone* τε *pro* δὲ.

6. *Cf. Gatakerus Opp. Critt. pag.* 814.

τὰ περὶ αὐτῆς λέξομεν, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἀνατροπὰς, θεὸν αἰτησάμενοι, κατὰ τὸ δυνατὸν παραθησόμεθα, ὅπως τῆς εἰδωλοποιοῦ ταύτης αἱρέσεως τὰς ῥίζας ἐκτεμόντες ἀπό τινων τὴν τοιαύτην λύσσαν καταλῦσαι ἐν θεῷ δυνηθῶμεν.

Κεφ. β'. Ἄγε τοίνυν, θεοῦ δοῦλοι, ἀνδρικὸν φρόνημα ἐνδυσώμεθα, γυναικῶν δὲ τούτων τὴν μανίαν διασκεδάσωμεν. Τὸ πᾶν γὰρ [1] θήλεως ἡ ὑπόνοια, καὶ Εὔας πάλιν τῆς ἀπατωμένης τὸ νόσημα· μᾶλλον δ' [2] ὅτι τοῦ ὄφεως, τοῦ ἐρεθιστικοῦ θηρὸς, καὶ τοῦ λαλήσαντος ἐν αὐτῇ ἡ τῆς πλάνης ὑπόσχεσις, μηδὲν εἰς μέσον φέρουσα, οὐδὲ τὰ ὑπισχνούμενα τελειοῦσα, ἀλλ' ἢ μόνον θάνατον ἀπεργαζομένη, τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα καλοῦσα, καὶ διὰ τῆς ὁράσεως τοῦ ξύλου παρακοὴν ἐργαζομένη, καὶ ἀποστροφὴν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ ἐπὶ πολλὰ τρέπεσθαι. Νομίζειν δὲ ἔσται ὁποῖα ὁ ἀπατεὼν ἔσπειρε, λέγων, Ἔσεσθε ὡς θεοί. Οὕτω καὶ τούτων τὸ φρόνημα κεπφούμενον τῇ τοῦ προειρημένου θηρὸς ἐπάρσει, ἐφ' ᾗ φύσει πάλιν τὸν θάνατον ἐργάζεται, ὡς καὶ πολλάκις εἶπον. Πρῶτον μὲν γὰρ εὐθὺς διασκοπεῖν ἀπ' αἰῶ-
pag. 1059. νος καὶ δεῦρο, τίνι οὐ σαφές ἐστιν ὅτι δαιμόνων ἐστὶ τὸ δίδαγμα καὶ σχῆμα, καὶ ἠλλοιωμένον τὸ ἐπιχείρημα; Θεῷ μὲν ἀπ' αἰῶνος οὐδαμῶς γυνὴ ἱεράτευσεν, οὐκ αὐτὴ Εὔα, καί τοί γε ἐν παρεκβάσει γενομένη. Ἀλλ' οὐκ ἐτόλμησεν ἔτι ἀσεβὲς τοιοῦτον ἀποτελέσαι ἐπιχείρημα· οὐ μία τῶν ταύτης θυγατέρων, καί τοί γε τοῦ Ἄβελ εὐθὺς ἱερουργήσαντος θεῷ, καὶ τοῦ Κάϊν θύσαντος ἐνώπιον κυρίου θυσίας, ἀλλ' οὐ προςδεδεγμένας, Ἐνώχ τε εὐαρεστήσαντος καὶ μετατεθέντος, Νῶε δὲ προςενέγκαντος ἐκ τῶν τῆς κιβωτοῦ περισσευμάτων εὐχαριστηρίους προςφορὰς κυρίῳ, εὐγνώμονος διαθέσεως ὑποδεικνύοντος τεκμήριον, ὁμολογοῦντος τὴν χάριν τῷ σεσωκότι. Ἀβραὰμ δὲ ὁ δίκαιος ἱερουργεῖ θεῷ, καὶ Μελχισεδὲκ ὁ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου, καὶ Ἰσαὰκ θεῷ [3] εὐάρεστος εὑρίσκεται, καὶ Ἰακὼβ κατὰ δύναμιν προςήνεγκεν ἐπὶ τοῦ λίθου ἀπὸ τοῦ φακοῦ ἐπιχέας ἔλαιον. Οἱ τούτου δὲ υἱεῖς, Λευὶς μὲν εὑρίσκεται καθεξῆς ἱερωσύνην ἀναδεδεγμένος· ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ γένους οἱ τὸ ἱερατικὸν τάγμα ἀναδεδεγμένοι, φημὶ δὲ Μωϋσῆς ὁ προφήτης καὶ ἱεροφάντωρ, Ἀαρών τε καὶ οἱ τούτου παῖδες, Ἐλεάζαρ τε καὶ Φινεὲς, καὶ Ἰθάμαρ ὁ τούτου ἔγγονος. Καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν τῶν ἱερουργησάντων θεῷ ἐν παλαιᾷ διαθήκῃ; Ὡς Ἀχιτὼβ εὑρίσκεται ἱερουργῶν, οἵ τε Κορῖται, καὶ οἱ Γερσωνῖται, καὶ Μεραρῖται τὴν Λευιτικὴν πεπιστευμένοι τάξιν, ὅ τε οἶκος Ἡλεὶ, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν οἱ ἀπὸ τῆς συγγενείας αὐτοῦ ἐν τῷ οἴκῳ Ἀβιμέλεχ, καὶ Ἀβιάθαρ,

Cap. II. — 1. θήλεως cod. Ien. (cum rasura) et editi libri. θήλεος cod. Rhedig.

2. Fortasse ἔτι reponendum pro ὅτι.

3. εὐάρεστος omissum in ed. Petav. Colon. repet.

et qua ratione convincenda sit implorata dei ope pro virili demonstrabimus, ut huius haeresis, quae idololatriae superstitione implicata est, succisis radicibus tantam ex animis quorumdam insaniam ac rabiem divina ope facilius evellamus.

Agite ergo, dei famuli, viriles concipiamus animos, ut muliercularum istarum disturbemus amentiam. Nihil enim in toto illo dogmate praeter muliebrem opinionem est, ac deceptae rursus Evae morbum, sive potius serpentis incitatricis ad malum bestiae et cum ipsa collocutae mendax promissio; quae nihil affert in medium, neque promissa perficit, sed mortem et exitium consciscit, dum ea quae nusquam sint tanquam vera et existentia nominat. Quin et illud efficit, ut ex arboris conspectu in deum contumaces sint, et a veritate abhorrentes ad multa ac diversa traducantur. Cuiusmodi vero semina fraudulentus ille iaciat ex eius verbis existimari potest, *Eritis*, inquit, *sicut dii*. Atque eodem plane modo bestiae illius arrogantia atque fastu istorum spiritus efferuntur. Qua quidem superbia proprie, uti diximus, mortem illa conciliat. Nam ut ab antiquis temporibus ad hanc usque diem animo repetamus omnia, quis non videt daemonum illam esse doctrinam ac speciem, et discrepantem ab recta ratione conatum? Nunquam enim, ex quo mundus conditus est, sacerdotio est functa mulier, ac ne Eva quidem ipsa, quae tametsi gravissimum delictum admiserit, tam impium facinus perpetrare nunquam ausa est, sed nec ulla filiarum illius. Quamquam et Abel deo subinde sacra fecerit, et Cainus coram domino sacrificia minime tamen illi grata celebrarit. Ut et Enoch, qui *deo placuit, et translatus est*. Noë vero ex iis quorum in arca copia redundabat, ad agendas gratias obtulit deo, gratique animi significationem dedit, cum in illum a quo servatus erat memorem beneficii animum testatus est. Nam et Abraamus ille iustus deo sacrificavit. Tum Melchisedecus *sacerdos dei altissimi*, et Isaacus, qui deo placuit; nec non et Iacobus utcumque potuit sacra super lapidem offerens, e lenticula oleum infudit. Cuius e liberis postea Levi sacerdotii dignitatem obtinuit, a quo deinceps propagati sunt qui eundem ordinem gradumque tenuerunt; quales fuere Moyses, propheta simul et sacrorum antistes, tum Aaron, et Aaronis filii, Eleazar, Phinees, et Ithamar huius nepos. Quid autem eos omnes commemorare necesse est qui in vetere testamento deo sacrificasse leguntur? Quemadmodum Achitob, inter ceteros, tum Coritae, Gersonitae et Meraritae, qui ex Levitarum ordine fuerunt. Ad haec domus Eli, eiusque successores, qui ex ipsius cognatione in domo Abimelech et Abiathar extiterunt, uti Chelcias ac Buzi, usque

Cap. II. Gen. 1. Gen. 5, 22. et Eccl. 44, 16. Gen. 14, 18. Gen. 28, 19. 1. Reg. 1.

[4] Χελκίας τε καὶ Βουζεὶ, ἄχρι Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, Ἐσδρά τε τοῦ ἱερέως, καὶ τῶν ἄλλων. Καὶ οὐδαμοῦ γυνὴ ἱεράτευσεν.

Κεφ. γ'. Ἐλεύσομαι δὲ καὶ εἰς τὴν καινὴν διαθήκην. Εἰ ἱερατεύειν γυναῖκες θεῷ προσετάσσοντο, ἢ κανονικόν τι ἐργάζεσθαι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἔδει μᾶλλον αὐτὴν τὴν Μαρίαν ἱερατείαν ἐπιτελέσαι ἐν καινῇ διαθήκῃ, τὴν καταξιωθεῖσαν ἐν κόλποις ἰδίοις ὑποδέξασθαι τὸν παμβασιλέα θεὸν ἐπουράνιον, υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἧς ἡ μήτρα ναὸς γενομένη καὶ κατοικητήριον εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἔνσαρκον οἰκονομίαν κατὰ φιλανθρωπίαν θεοῦ καὶ ἔκπληκτον μυστήριον ἡτοιμάσθη. Ἀλλ' οὐκ εὐδόκησεν.
pag. 1060. Ἀλλ' οὐδὲ βάπτισμα διδόναι πεπίστευται· ἐπεὶ ἠδύνατο ὁ Χριστὸς μᾶλλον παρ' [1] αὐτοῖς βαπτισθῆναι, ἤπερ παρὰ Ἰωάννου· ἀλλὰ Ἰωάννης μὲν παῖς Ζαχαρίου ἐν τῇ ἐρήμῳ διετέλεσε βάπτισμα ἀφέσεως ἁμαρτιῶν πεπιστευμένος, ὁ δὲ τούτου πατὴρ θεῷ ἱεράτευσε, καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος ὀπτασίαν εἶδε. Πέτρος τε καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς, Θαδδαῖος, καὶ Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου, καὶ Σίμων ὁ Καναναῖος, καὶ Ματθίας ὁ εἰς πλήρωσιν τῶν δώδεκα ἐκλελεγμένος, οὗτοι πάντες ἐξελέγησαν ἀπόστολοι, [2] κατὰ τὴν γῆν ἱερουργοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, ἅμα Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ καὶ λοιποῖς, καὶ μυστηρίων ἀρχηγέται, σὺν Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου καὶ πρώτῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων. Ἐξ οὗπερ ἐπισκόπου καὶ τῶν προειρημένων ἀποστόλων κατεστάθησαν διαδοχαὶ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἐν οἴκῳ θεοῦ. Καὶ οὐδαμοῦ γυνὴ ἐν τούτοις κατεστάθη. Ἦσαν δὲ, φησὶ, τέσσαρες θυγατέρες Φιλίππῳ τῷ εὐαγγελιστῇ προφητεύουσαι, οὐ μὴν ἱερουργοῦσαι. Καὶ ἦν Ἄννα προφῆτις θυγάτηρ Φανουὴλ, ἀλλ' οὐχ ἱερατείαν πεπιστευμένη. Ἔδει γὰρ πληροῦσθαι τὸ, Προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν ἐνυπνίοις [3] ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται. Καὶ ὅτι μὲν διακονισσῶν τάγμα ἐστὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν, οὐδέ τι ἐπιχειρεῖν ἐπιτρέπειν, ἕνεκεν δὲ σεμνότητος τοῦ γυναικείου γένους, ἢ δι' ὥραν λουτροῦ, ἢ ἐπισκέψεως πάθους, ἢ πόνου, καὶ ὅτε γυμνωθείη σῶμα γυναίου, ἵνα μὴ ὑπὸ ἀνδρῶν ἱερουργούντων θεαθείη, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διακονούσης, [4] ἃ [5] ἐπιτάσσεται [6] ἀπὸ τοῦ ἱερέως ἐπιμελεῖσθαι πρὸς τὴν ὥραν τῆς ἐπιδεομένης γυναικὸς ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς τοῦ σώματος αὐτῆς γυμνώσεως, [7] τοῦ τάγματος τῆς εὐταξίας καὶ ἐκκλησιαστικῆς εὐνομίας ἐπιστημόνως ἐν μέ-

4. χελίκίας *cod. Rhedig.*

Cap. III. — 1. *Rescribendum est* αὐτῆς *pro* αὐτοῖς. *Etiam Cornarius vertit* ab ipsa baptizari.

2. κατὰ *abest a codd. mss. et ed. princ. Cornarius vertit* hi omnes electi sunt apostoli sacrificantes per terram evangelium *cett.* καὶ κατὰ τὴν γῆν *habet edit. Petavii.*

3. ὑπνιασθήσονται *cod. Rhedig.*

4. ἢ ἃ *placuit Petavio.*

5. ἐπιτάσσηται *edit. Petav.*

6. ὑπὸ *edit. Petav. Colon. repet.*

7. *Scribendum puto aut* ἕως τοῦ τάγματος, τῆς εὐταξίας – – ἠσφαλισμένης, *vel etiam* τοῦ τάγματος τῆς εὐταξίας

ad Iesum magnum sacerdotem et Esdram sacerdotem, etc. Nec unquam mulier sacerdotio functa legitur.

Atque ut ad novum testamentum accedamus, si sacerdotium Cap. III. mulieribus mandatum foret, aut canonicum quiddam praestare in ecclesia liceret, nulli potius quam Mariae illud in novo testamento committi sacerdotis officium debuit, cui tantus honor est habitus ut gremio sinuque suo regem omnium ac coelestem deum deique filium exciperet. Cuius uterus velut templum ac domicilium divini verbi incarnationem singulari est benignitate dei magno ac stupendo mysterio praeparatus. Verum longe deo aliter est visum, ac ne baptizandi quidem potestas est illi facta; cum alioqui tingi ab illa Christus potius quam ab Ioanne potuisset. Verum Ioannes Zachariae Luc. 1. filius post commissum sibi baptizandi munus ad peccatorum condonationem vitam in solitudine traduxit; cuius pater sacerdotium gessit, et sub horam suffitus visum huic oblatum est. Post haec Petrus et Andreas, Iacobus, et Ioannes, Philippus, et Bartholomeus, Thaddaeus, et Iacobus Alphaei, et Iudas Iacobi, et Simon Cananaeus, et Matthias ad supplendos duodecim suffectus; illi, inquam, omnes, Act. 1. et apostoli delecti sunt, ac toto terrarum orbe *sacram evangelii functionem administrarunt*, cum Paulo et Barnaba, ac ceteris iidemque Rom. 15,16. mysteriorum auctores atque conditores fuerunt, una cum Iacobo domini fratre, primo Hierosolymorum episcopo; a quo ut et ab aliis quos numeravimus apostolis, episcoporum ac presbyterorum successiones sunt in domo dei constitutae. Nec inter illos tamen mulier ulla cooptata legitur. Erant quidem, ut scriptura narrat, Philippo evan- Act. 21, 9. gelistae filiae IV prophetissae, non tamen sacerdotes. Similiter et Anna prophetissa fuit Phanuelis filia, non tamen sacerdotio prae- Luc. 2, 36. dita. Quippe impleri istud oportebat quod est scriptum: *Propheta-* Ioel 2, 28. *bunt filii vestri, et filiae vestrae somnia somniabunt, et adolescentes* et Act. 2, 17. *vestri visiones videbunt.* Quamquam vero diaconissarum in ecclesia ordo sit, non tamen ad sacerdotii functionem, aut ullam eiusmodi administrationem institutus est, sed ut muliebris sexus honestati consulatur, sive ut baptismi tempore adsit, sive ut inspiciat si quid passa sit aut molestiae pertulerit, sive ut cum nudandum est mulieris corpus interveniat, ne virorum qui sacri operantur aspectui sit exposita, sed a sola diaconissa videatur, quae sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur. Qua in re cum ordinis illius modestiae, tum ecclesiasticae disciplinae pruden-

– – ἠσφαλισμένου. *Cornarius reddidit haec verba ita* ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipsius, ita ut ordo bono disciplinae et ecclesiasticae bonae constitutionis valde scientifice munitus sit in mensura regulae.

τρῳ κανόνος σφόδρα ἠσφαλισμένης. Διὸ οὔτε ἐπιτρέπει ὁ θεῖος λόγος γυναικὶ ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν, οὔτε αὐθεντεῖν ἀνδρός. Καὶ πολλά ἔστι περὶ τούτου λέγειν.

Κεφ. δ'. Παρατηρητέον δὲ ὅτι ἄχρι διακονισσῶν μόνον τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπεδεήθη τάγμα, χήρας τε ὠνόμασε, καὶ τούτων τὰς ἔτι γραοτέρας
pag. 1061. πρεσβύτιδας, οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτερίδας ἢ ἱερίσσας προςέταξε. Καὶ γὰρ οὔτε διάκονοι ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ τάξει ἐπιστεύθησάν τι μυστήριον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ μόνον διακονεῖν τὰ ἐπιτελούμενα. Πόθεν δὲ πάλιν ἡμῖν ὁ καινὸς μῦθος οὗτος ἐγήγερται; Πόθεν γυναικῶν τῦφος, καὶ μανία γυναικωνῖτις; Πόθεν τρεφομένη ἡ κακία διὰ [1] τῆς πάλιν θήλεως, ἡμῖν τὸ θῆλυ τῆς ὑπονοίας τοῖς φρονήμασιν ἐπιχέουσα, τὸ σφέτερον ἡδυπαθείας ἐργαζομένη, ἀπὸ τοῦ προκειμένου ἔξω βαίνειν τὴν τάλαιναν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐπιχειρεῖ ἀναγκάζειν; Ἀλλὰ μὴν τοῦ Ἰὼβ δεξώμεθα τὸ φρόνημα τὸ στερεὸν τοῦ ἀθλητοῦ, ἐξοπλισώμεθα τὴν δικαίαν ἀπόκρισιν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἀναλαβόντες, εἴπωμεν καὶ αὐτοὶ, Ὥςπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας. Πόθεν γὰρ οὐκ ἐμβρόντητον τὸ τοιοῦτον φανήσεται παντὶ τῷ σύνεσιν ἔχοντι, καὶ ἐν θεῷ κεκτημένῳ; Πόθεν οὐκ εἰδωλοποιὸν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ ἐγχείρημα διαβολικόν; Προφάσει γὰρ δικαίου ἀεὶ ὑπεισδύνων τὴν διάνοιαν ὁ διάβολος τῶν ἀνθρώπων, τὴν θνητὴν φύσιν θεοποιῶν εἰς ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων, ἀνδροείκελα ἀγάλματα διὰ ποικιλίας τεχνῶν διέγραψε. Καὶ τεθνήκασι μὲν οἱ προςκυνούμενοι, τὰ δὲ τούτων ἀγάλματα μηδέ ποτε ζήσαντα (οὔτε γὰρ νεκρὰ δύναται γενέσθαι τὰ μηδέποτε ζήσαντα) προςκυνητὰ παρεισάγουσι, διὰ μοιχευσάσης διανοίας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ, ὡς ἡ πολύκοινος πόρνη ἐπὶ πολλὴν ἀτοπίαν πολυμιξίας ἐρεθισθεῖσα, καὶ τὸ σῶφρον ἀποτριψαμένη [2] τῆς τοῦ ἑνὸς ἀνδρὸς εὐνομίας. Ναὶ μὴν ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας· οὐ μὴν θεός. Ναὶ δὴ παρθένος ἦν ἡ παρθένος, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς προςκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα, ἀλλὰ προςκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεγεννημένον, ἀπὸ οὐρανῶν δὲ ἐκ κόλπων πατρῴων παραγενόμενον. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον ἐπασφαλίζεται ἡμᾶς λέγον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου φήσαντος ὅτι, Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; Οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου. Ἵνα ἀπὸ τοῦ, Γύναι, τί ἐμοὶ καὶ σοί; μή τινες νομίσωσι περισσότερον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον, γυναῖκα ταύτην κέκληκεν, ὡς προφητεύων, τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς σχισμάτων τε καὶ

Cap. IV. — 1. *An fortasse* τοῦ *potius scribendum?* 2. τὴν *mendose extat in ed. Petav. Colon. repet.*

ter admodum ex canonis praescripto est ac regula consultum. Propterea ne *loqui quidem in ecclesia mulieri*, aut in viros auctoritatem habere sacrae literae permittunt. Sed de hac tota re plura disputari possunt. 1. Cor. 14, 34.

Illud vero diligenter observandum est, solum diaconissarum officium ad ecclesiasticum ordinem necessarium fuisse, ac viduas quidem nominatim expressas, et inter illas, quae anus essent, presbytidas vocatas, nunquam presbyteridas aut sacerdotissas esse factas. Nam neque diaconis quidem ipsis ullum in ecclesiastico ordine sacramentum perficere conceditur, sed hoc duntaxat, ut eorum quae perficiuntur ministri sint. Undenam igitur recens illa nobis est excitata fabula? Unde hic mulierum fastus, vel muliebris potius furor? Unde vero nequitia illa, quam denuo mulier alit ac fovet, effeminatum istud dogma animis hominum instillans, ac libidinem suam exequens, infelici generis humani naturae vim inferre conatur, ut a proposito scopo desciscat? Sed nos Iobi spiritus illos animo capiamus, et athletae fortissimi robore velut armis induamur, ac responso illius utamur, *Tanquam una e stolidis mulieribus locuta es.* Iob. 2, 10. Etenim nonne furiosum illud ac vecordiae plenum dogma videbitur iis qui divinitus accepta sapientia praediti sunt? Nonne institutum illud cum idololatria coniunctum ac diabolicus conatus existimandus est? Nam diabolus sub iustitiae specie perpetuo hominum mentibus obrepens, ac mortalem naturam divinis honoribus consecrans, humanas effigies artificiorum varietate perpolitas hominum oculis obiecit. Quare cum illi ipsi qui adorantur mortui sint, eorum tamen simulacra, quae vitae nihil unquam habuerunt (neque enim mortua dici possunt illa quae nunquam vita praedita fuerint), adoranda proponunt, sic ut animus hominum ab uno soloque deo nefario quodam adulterio desciscat; velut meretrix, quae corpore suo quaestum faciens multiplicibus promiscuae veneris stimulis agitur, et unius ac legitimi matrimonii castitatem repudiat. Sanctum erat Mariae corpus, fateor, non tamen deus illa fuit. Eadem et virgo extitit; minime tamen nobis ad adorandum proposita, sed eum adorans ipsum qui e sua carne genitus, e coelo ac paterno sinu descenderat. Quare sanctum quoque nos evangelium praemunire voluit; in quo ita Christus loquitur: *Quid mihi et tibi mulier? Nondum venit hora mea.* Ioann. 2, 4. Ubi idcirco mulierem appellavit, *Quid mihi*, inquit, *et tibi mulier?* ne quis beatam virginem excellentioris alicuius esse naturae crederet, eoque vocabulo quasi vaticinans ad ea schismata haeresesque refutandas usus est quas in orbe terrarum olim excitandas cognove-

pag. 1062. αἱρέσεων χάριν· ἵνα μή τινες ὑπερβολῇ θαυμάσαντες τὴν ἁγίαν εἰς τοῦτο ὑποπέσωσι τῆς αἱρέσεως τὸ ληρολόγημα.

Κεφ. ε'. Χλεύης γάρ ἐστι τὸ πᾶν, καὶ γραῶν ὁ μῦθος, ὡς εἰπεῖν, τῆς αἱρέσεως τὸ διήγημα. Ποία δέ τις γραφὴ διηγήσατο περὶ τούτου; Ποῖος προφητῶν ἐπέτρεψεν ἄνθρωπον προσκυνεῖσθαι, οὐ μὴν γυναῖκα [1] λέγειν; Ἐξαίρετον μὲν γάρ ἐστι τὸ σκεῦος, ἀλλὰ γυνὴ, καὶ οὐδὲν τὴν φύσιν παρηλλαγμένη, τὴν δὲ γνώμην καὶ τὴν αἴσθησιν ἐν τιμῇ τετιμημένη, ὥςπερ τὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ εἴ τι περισσότερον πρὸς δοξολογίαν εἴποιμι, ὡς Ἡλίας ἐκ μητρὸς παρθένος, καὶ οὕτω μένων εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ ἀναλαμβανόμενος, θάνατον δὲ οὐχ ἑωρακώς· ὡς ὁ Ἰωάννης, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσὼν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς· ὡς Θέκλα ἡ ἁγία, καὶ Μαρία ἡ [2] ἔτι ταύτης τιμιωτέρα δι' ἣν κατηξίωται οἰκονομίαν. Ἀλλ' οὔτε Ἡλίας προσκυνητὸς, καίπερ ἐν ζῶσιν ὤν· οὔτε Ἰωάννης προσκυνητὸς, καί τοί γε διὰ ἰδίας εὐχῆς τὴν κοίμησιν αὐτοῦ ἔκπληκτον ἀπεργασάμενος, μᾶλλον δὲ ἐκ θεοῦ λαβὼν τὴν χάριν. Ἀλλ' οὔτε ἡ Θέκλα, οὔτε τις τῶν ἁγίων προσκυνεῖται. Οὐ γὰρ κυριεύσει ἡμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη, καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, καὶ προσκυνεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. Ἐλάτρευσαν γὰρ καὶ ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. Εἰ γὰρ ἀγγέλους προσκυνεῖσθαι οὐ θέλει, πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀπὸ Ἄννης γεγεννημένην, τὴν ἐκ τοῦ Ἰωακεὶμ τῇ Ἄννᾳ δεδωρημένην, τὴν δι' εὐχῆς καὶ πάσης ἐπιμελείας κατὰ ἐπαγγελίαν πατρὶ καὶ μητρὶ δοθεῖσαν, οὐ μὲν ἑτέρως γεγεννημένην παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλὰ καθὼς πάντες ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ μήτρας γυναικός; Εἰ γὰρ καὶ ἡ τῆς Μαρίας ἱστορία καὶ παραδόσεις ἔχουσιν ὅτι ἐρρέθη τῷ πατρὶ αὐτῆς Ἰωακεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὅτι, Ἡ γυνή σου συνειληφυῖα, οὐχ ὅτι ἄνευ συζυγίας τοῦτο ἐγένετο, οὐδὲ ὅτι ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προεθέσπιζεν ὁ ἄγγελος ἀποσταλεὶς, ἵνα μή τις γένηται δισταγμὸς, διὰ τὸ ἐν ἀληθείᾳ γεγεννημένον, καὶ τὸ ἐκ θεοῦ ἤδη τεταγμένον, καὶ τῷ δικαίῳ ἐπιγεγεννημένον.

pag. 1063. Κεφ. ϛ'. Καὶ πάντη τὰς γραφὰς ὁρῶμεν διηγουμένας. Ἡσαΐας γὰρ προκηρύττει περὶ τῶν μελλόντων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πληροῦσθαι, λέγων, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· καὶ ἐπειδὴ παρθένος ἦν ἡ γεννήσασα, καὶ θεὸς ὁ μεθ' ἡμῶν ἑρμηνευόμενος ἐν γυναικὶ κυϊσκόμενος· ἵνα μὴ ἐν δισταγμῷ ὑπονοίας τῷ προφήτῃ γένηται ἡ ἀλήθεια, ὁρᾷ ἐν ὁράσει, καὶ διηγεῖται ἐκ πνεύματος ἁγίου ἀναγκαζόμενος ὁ προφήτης,

Cap. V. — 1. *An forlasse* σεβεῖν?

rat, nemo ut sacrosanctae virginis vehementiori quadam admiratione permotus sese ad illius haeresis nugas ac deliria converteret.

Est enim tota ista narratio sane quam ridicula, et anicularum lucubratione digna. Etenim quanam in scripturae parte continetur? Quis prophetarum unquam, vel hominem adorari, nedum mulierem permisit? Quamquam enim selectum quoddam vas atque eximium sit, nihilominus mulier est, eiusdemque cum ceteris naturae, licet animo atque sensu amplissimis honoribus affecta sit, perinde ac reliquorum sanctorum corpora, aut si quid ad gloriam ac splendorem illustrius attulero. Quemadmodum Elias, qui ab ortu suo virginitatem perpetuo servavit, et in coelum evectus est. Ut Ioannes postea, *qui in pectus domini recubuit, quem diligebat Iesus.* Ut sanctissima illa Thecla, cui tamen longe est anteponenda Maria ob coeleste illud mysterium quod in eius utero perfectum est. Atqui nec Elias adorandus est, tametsi adhuc superstes sit; neque Ioannes, licet precibus mortem suam admirabilem ac singularem effecerit, vel id potius divino sit beneficio consecutus. Sed nec Thecla, aut alius quispiam e sanctis adoratur. Non enim vetus nobis superstitio dominabitur, ut vivo deo derelicto, quae ab eo fabricata sunt adorare velimus. *Servierunt*, inquit, *et venerati sunt creaturam potius quam creatorem, et fatui redditi sunt.* Nam si ne angelos quidem adorari permittit, quanto minus id Annae filiae tribui concesserit, quam illi e Ioacimo dei bonitas indulsit? quam precibus, omnique animi studio ac contentione, parens uterque promeruit? ita tamen ut non aliam quam ceteri mortales nascendi conditionem habuerit, sed ut illi e virili satu ac matris utero prodierit. Quamvis autem ex Mariae historia ac traditione illud habeatur, Ioacimo eius patri divinitus hoc in deserto nuntiatum fuisse: Uxor tua concepit! non ita tamen accipiendum est quasi hoc citra nuptialem consociationem ac virilem satum acciderit. Verum quod futurum erat missus a deo significavit angelus, ne qua dubitatio foret propter illud quod revera in lucem editum, et a deo constitutum, ac iusto viro natum fuerat.

Cap. V. — 4. Reg. 2. — Ioann. 13, 23. et 21, 20. — Rom. 1, 25.

Quin eidem rei sacras literas adstipulari videmus. Nam Esaias de filio dei sic vaticinatur: *Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabunt nomen eius Emmanuel.* Et quoniam genitura virgo dicebatur, et utero mulieris gestandus ille cuius nomen idem sonat, ac *Nobiscum deus*, ne qua in prophetae animo de rei veritate dubitatio resideret, oblatum sibi visum instigante spiritu sancto prophe-

Cap. VI. — Esai. 7, 14.

2. ἔτι *correxit Petavius. Libri vulgo* ἐπί.

καί φησι, Καὶ εἰςῆλθε πρὸς τὴν προφῆτιν, διηγούμενος περὶ τῆς τοῦ Γαβριὴλ εὐαγγελικῆς εἰςόδου, ὃς ἀπεστάλη ὑπὸ θεοῦ διηγήσασθαι τὴν μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἴςοδον εἰς τὸν κόσμον καὶ γέννησιν ἀπὸ Μαρίας. Καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, φησὶ, καὶ ἔτεκεν υἱόν· καὶ εἶπε κύριος πρὸς μὲ, Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον, ὀξέως προνόμευσον· πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα, ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πάντα ταῦτα οὔπω ἦν τετελεσμένα. Ἤμελλε δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἐν τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, καὶ πληροῦσθαι μετὰ χίλια ἔτη καὶ ἑξακόσια πλείω ἐλάσσω. Καὶ μετὰ τοσαύτας γενεὰς τὰ μέλλοντα ὡς ἤδη γενόμενα ἑώρα ὁ προφήτης. [1]Ἆρα ψεῦσμα ἦν; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ ἀσφαλῶς τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ οἰκονομηθὲν, ὡς ἤδη τετελειωμένον, ἐκηρύττετο, ἵνα μὴ ἀπιστηθῇ ἡ ἀλήθεια· ἵνα μὴ εἰς δισταγμὸν ἔλθῃ [2] ἐν ὑπονοίᾳ τοῦ προφήτου τὸ τοιοῦτον ἔκθαμβον καὶ ἔκπληκτον μυστήριον μέλλον ἔσεσθαι. Ἢ οὐχ ὁρᾷς αὐτὸ τὸ κήρυγμα τὸ ἐπιφερόμενον, ὡς λέγει αὐτὸς ὁ ἅγιος Ἡσαΐας, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἐκ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς; Καὶ βλέπε πῶς τὰ πρῶτα ὕστερα διηγεῖται, καὶ τὰ ὕστερα ὡς γεγονότα ἑρμηνεύει, φήσας, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. Παρῳχημένον δὲ λέγεται εἶναι. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἄγεται, καὶ οὔπω ἦν ἀχθεὶς ὁ ὑπὸ Ἡσαΐου κηρυττόμενος. Ἐλέγετο δὲ τῷ προφήτῃ, ὡς ἤδη γεγεννημένον τὸ ἔργον. Ἀπαράβατος γὰρ ἦν ἡ θεοῦ μυσταγωγία. Ἐξ αὐτῆς δὲ ὑποβαίνων οὐκέτι ὡς γενόμενα ἔλεγεν, ἵνα
pag. 1064. μὴ πλάνην πάλιν ἀπεργάσηται. Ἀλλὰ, φησὶ, αἴρεται ἐκ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἐκ δὲ τῶν δύο προφάσεων δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι τὸ, Ἤχθη, ἤδη ἐτελειοῦτο, καὶ τὸ, Αἴρεται, μετέπειτα ἐπληροῦτο, ἵνα ἀπὸ τοῦ γεγονέναι νοήσῃς τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ πάγιον τῆς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, ἀπὸ δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι τὸν χρόνον [3] ἀπεικάσεις τῶν ἀποκαλυπτομένων μυστηρίων.

Κεφ. ζ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ Μαρίᾳ ὁ ἄγγελος προέλεγεν ὅπερ ἔμελλεν εἰςερχόμενος ὁ πατὴρ ταύτης εἰς τὸν οἶκον τὸν ἴδιον παρὰ θεοῦ κομίζεσθαι, τὸ δι' εὐχῆς αἰτηθὲν διὰ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ μητρὸς αἰτήσεως, ὅτι, Ἰδοὺ ἡ γυνή σου συνειληφυῖα ἐν γαστρί· ἵνα βεβαίως περαιώσῃ

Cap. VI. — 1. ἆρα codd. mss. ἄρα editi.

2. Articulus ἡ, quem editi habent ante ἐν, typographi Basileensis debetur errori.

ta narravit, *Ingressus est*, inquit, *ad prophetissam*. Quibus verbis Esai. 8, 3.
Gabrielis introitum ad virginem declarat, cuius in evangelio fit mentio; qui quidem *a deo missus est*, ut unici dei filii adventum in Luc. 1.
hunc mundum et ortum ex Maria nuntiaret. *Et concepit*, inquit, Esai. 8, 3.
et peperit filium: et dixit dominus ad me, Voca nomen eius, cito spolia detrahe, celeriter praedare: antequam norit puer vocare patrem et matrem, occupabit vires Damasci, et spolia Samariae etc. Quae omnia nondum impleta fuerant, atque in filio dei post annos circiter mille ac sexcentos perfici debebant. Quare quae post tot generationes eventura olim erant, perinde ac si facta iam essent, propheta cernebat. Num igitur mendacium illud erat? Nequaquam verum quod divinae providentiae consilio gerendum et administrandum erat, quasi perfectum iam esset, certissime nuntiabatur, ne non veritati fides haberetur, neve ad tam stupendum et inusitatum mysterium, quod aliquando futurum erat, prophetae animus haesitaret. Nonne vaticinium illud animadvertis quod deinceps subtexuit Esaias, cum ita loquitur, *Tanquam ovis ad occisionem ductus* Esai. 53, 7.
est, et ut agnus coram tondente obmutuit, sic non aperit os suum: generationem eius porro quis enarrabit? quoniam tollitur e terra vita ipsius, et dabo homines nequam pro sepultura eius? Vides ut priora posteriore loco narret, et posteriora tanquam iam facta sint exponat. *Tanquam ovis*, inquit, *ad occisionem ductus est;* quod velut praeteritum significatur. Non enim dixit, *Ducetur*. Atqui nondum ductus ille fuerat de quo vaticinabatur Esaias, et tamen res ipsa tanquam perfecta a propheta proponitur. Nam mysteriorum illa prophetae oblata divinitus institutio praeterire aut infecta esse non poterat. At deinceps progressus cetera non iam velut facta pronuntiat; ne fraudis atque erroris praeberetur occasio. Itaque, *Tollitur*, inquit, *e terra vita ipsius*. Ceterum duobus illis argumentis oraculi veritatem demonstrat. Nam haec vox, *ductus est*, rem iam tum perfectam fuisse significat. Illud vero, *tollitur*, postmodum est impletum; ut ex eo quod factum dicitur divinae pollicitationis veritatem ac stabilitatem intelligas. Ex eo vero quod futurum denuntiatur de mysteriorum, quae tum explicata sunt, tempore coniecturam facere possis.

Sic de Maria praedixit angelus, eaque significavit quae illius Cap. VII.
pater domum reversus a deo consecuturus esset; quae nimirum uterque parens summis a deo precibus postularet. *Ecce*, inquit, *uxor tua concepit in utero;* ut his verbis fidelis hominis mentem in

Certe in codd. mss. eius nullum extat vestigium.

3. *Fortasse scribendum* ἀπεικάσῃς.

τὴν διάνοιαν τοῦ πιστοῦ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ. Τοῦτο δὲ γέγονέ τισιν εἰς πλάνην. Ἀδύνατον γάρ τινα παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐπὶ τῆς γῆς γεννᾶσθαι. Μόνῳ γὰρ διέπρεψεν αὐτῷ, μόνῳ παρεχώρησεν ἡ φύσις. [1] Οὕτως ὡς πλάστης καὶ ἐξουσιαστὴς τοῦ πράγματος ἑαυτὸν ἀπὸ παρθένου ὥσπερ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνεπλάσατο, θεὸς ἀπ' οὐρανῶν ἐλθὼν, σάρκα ἐνδυσάμενος ὁ λόγος ἐξ ἁγίας παρθένου· οὐ μὴν δὲ προσκυνουμένης τῆς παρθένου, οὐδὲ ἵνα θεὸν ταύτην ἀπεργάσηται, οὐχ ἵνα εἰς ὄνομα αὐτῆς προσενέγκωμεν, οὐχ ἵνα γυναῖκας πάλιν ἱερείας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀποδείξῃ. Οὐκ εὐδόκησεν ὁ θεὸς τοῦτο ἐν Σαλώμῃ γενέσθαι, οὐκ ἐν αὐτῇ τῇ Μαρίᾳ. Οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῇ δοῦναι βάπτισμα, οὐκ εὐλογῆσαι μαθητάς. Οὐ τὸ ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκέλευσεν, ἢ μόνον ἁγίασμα αὐτὴν εἶναι, καὶ καταξιωθῆναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Οὐ τὴν καλουμένην μητέρα Ῥούφου, οὐ τὰς ἀκολουθησάσας ἀπὸ Γαλιλαίας, οὐ τὴν Μάρθαν τὴν ἀδελφὴν Λαζάρου, καὶ [2] Μαρίαν, οὔ τινα τῶν ἁγίων γυναικῶν καταξιωθεισῶν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας σωθῆναι, ἐξυπηρετησαμένων αὐτῷ ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων, οὐ τὴν γυναῖκα τὴν Χανανῖτιν, οὐ τὴν αἱμορροοῦσαν, καὶ σεσωσμένην, οὔ τινα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς γυναικῶν τοῦτο ποιεῖν προσέταξε τὸ ἀξίωμα. Πόθεν τοίνυν πάλιν ἡμῖν κυκλοδράκων, πόθεν ἀνακαινίζεται τὰ σκολιὰ βουλεύματα; Ἐν τιμῇ ἔστω Μαρία, ὁ δὲ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω, τὴν Μαρίαν μηδεὶς
pag. 1065. προσκυνείτω. Οὐ λέγω γυναικὶ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνδρὶ, θεῷ προστέτακται τὸ μυστήριον· οὔτε ἄγγελοι χωροῦσι δοξολογίαν τοιαύτην. Ἐξαλειφέσθω τὰ κακῶς γραφέντα ἐν καρδίᾳ τῶν ἠπατημένων· ἀμαυρούσθω ἐξ ὀφθαλμῶν τὸ ἐγκίσσημα τοῦ ξύλου· ἐπιστρέψῃ πάλιν τὸ πλάσμα πρὸς τὸν δεσπότην, ἐντρεπέσθω Εὔα μετὰ τοῦ Ἀδὰμ θεὸν τιμᾶν μόνον, μὴ ἀγέσθω τῇ τοῦ ὄφεως φωνῇ, ἀλλ' ἐμμενέτω τῇ τοῦ θεοῦ προστάξει, Μὴ φάγῃς ἀπὸ τοῦ ξύλου. Καὶ ἦν τὸ ξύλον οὐ πλάνη, ἀλλὰ διὰ τοῦ ξύλου γέγονεν ἡ παρακοὴ τῆς πλάνης. Μὴ φαγέτω τις ἀπὸ τῆς πλάνης τῆς διὰ Μαρίαν τὴν ἁγίαν. Καὶ γὰρ εἰ καὶ ὡραῖον τὸ ξύλον, ἀλλ' οὐκ εἰς βρῶμα, καὶ εἰ καλλίστη ἡ Μαρία, καὶ ἁγία, καὶ τετιμημένη, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ [3] προσκυνεῖσθαι.

Κεφ. η'. Αὗται δὲ πάλιν ἀνακαινίζουσι τῇ Τύχῃ τὸ κέρασμα, καὶ ἑτοιμάζουσι τῷ δαίμονι, καὶ οὐ θεῷ τὴν τράπεζαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον,

Cap. VII. — 1. *Cornarius et Petavius verterunt hic, ut* οὗτος *voluisse videantur.*

2. Μαρίαν *codd. mss.* Μαρίας *editi.*

3. *In cod. Ien. inferiore paginae margine ab antiqua (eadem puto a qua totus liber conscriptus est) manu rubro adpicta legis haec verba* Προσκυνείσθω, πάτερ,

huius promissi fide corroboraret, quod ipsum tamen fraudi nonnullis fuit. Atqui fieri non potest ut qui praeter communem hominum naturam nascatur in terris. Uni hoc conveniebat illi; uni natura cessit. Hic, inquam, velut artifex ac dominus, semetipsum e virgine tanquam e terra formavit, deus e coelo descendens, verbum virgine susceptum corpus induens, non ideo tamen ut haec adorari debeat, aut ut eam divinam ad naturam conditionemque transferat, neque ut sacrificium illius in nomen offeratur, neque tanto intervallo mulieres sacerdotes instituantur. Hoc ne in Salome quidem fieri voluit deus, nec in Maria. Non ei baptizandi potestatem fecit, non discipulis benedicere, non in terris praeesse mandavit, sed hoc unum voluit ut sanctum quid et consecratum esset, ac coeleste regnum adipisceretur. Sed nec illi quae Rufi mater appellatur eum honoris gradum detulit, neque mulieribus aliis, *quae e Galilaea secutae fuerant*, Luc. 23, 55. neque Marthae Lazari ac Mariae sorori, non ulli denique sanctarum, quae salutem illius adventu promeruerunt, quaeque ipsi de suis fortunis necessaria subministrabant. Neque porro Matth. 15, 22. Chananaeae mulieri, vel ei quam sanguinis profluvio liberarat, vel Luc. 8. alicui omnino in terris feminae dignitatem illam attribuit. Quae cum ita sint, unde nobis draco iste volubilis emersit? cur obliqua callidaque consilia renovantur? Honoretur sane Maria, pater vero, filius et spiritus sanctus adorentur, Mariam adorare nemo velit. Non enim mulieri, ac ne viro quidem, sed uni deo mysterium illud cultusque tribuitur; adeo ut nec angeli ipsi tanto honori pares esse videantur. Deleantur itaque, quae in miserorum hominum cordibus male sunt inscripta. Extinguatur penitus malus ille foetus ad infelicem arborem conceptus. Convertatur opus ipsum ad dominum conditoremque suum. Evam cum Adamo coniuge ad deum solum venerandum pudor tandem aliquando compellat: neve serpentis vox illam decipiat, sed in dei mandato persistat, *De ligno ne comedas*. Gen. 3, 2. Quamquam in arbore ipsa nequaquam error fuit, sed per arborem contumaciae error admissus est. Perinde igitur nemo errorem illum degustet qui Mariae occasione conflatus est. Licet enim pulcherrima arbor esset, non tamen ad cibum constituta. Ita quamvis Maria vel optima fuerit, ac sancta, et honore dignissima, non idcirco tamen adoratione prosequenda.

Cap. VIII. Quamobrem huius sectae mulieres illud denuo offerendum Fortunae poculum instaurant, ac daemoni, non deo, mensam instruunt,

καὶ ἡ πανύμνητος παρθένος, ὡς μήτηρ θεοῦ καὶ οὐχ ὡς θεός. Εἰ γὰρ εἰς τὸν τόπον προσκυνοῦμεν οὗ ἔστησαν οἱ πόδες κυρίου, πολλῷ μᾶλλον τὴν τὸν κύριον πάντων γεννήσασαν./.

Καὶ σιτοῦνται σῖτα ἀσεβείας, ὥς φησι ὁ θεῖος λόγος, καὶ αἱ γυναῖκες τρίβουσι σταῖς, καὶ οἱ υἱοὶ [1] συλλέξουσι ξύλα ποιῆσαι χαυῶνας τῇ [2] στρατείᾳ τοῦ οὐρανοῦ. Φιμούσθωσαν ὑπὸ Ἱερεμίου αἱ τοιαῦται γυναῖκες, καὶ μὴ [3] θροείτωσαν τὴν οἰκουμένην. Μὴ λεγέτωσαν, Τιμῶμεν τὴν βασίλισσαν τοῦ οὐρανοῦ. Οἶδε γὰρ Ταφνὰς ταύτας τιμωρεῖσθαι, οἴδασιν οἱ τόποι Μαγδούλων τούτων τὰ σώματα ὑποδέχεσθαι εἰς σῆψιν. Μὴ πείθου, Ἰσραὴλ, γυναικὶ, ἀνάκυπτε ἀπὸ κακῆς γυναικὸς συμβουλίας· γυνὴ γὰρ τιμίας ψυχὰς ἀνδρῶν ἀγρεύει. Ταύτης γὰρ οἱ πόδες τοὺς χρωμένους μετὰ τοῦ θανάτου ἄγουσιν εἰς τὸν ᾅδην. Μὴ πρόσεχε [4] φαύλῃ γυναικί. Μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἣ πρόσκαιρον λιπαίνει σὸν φάρυγγα· ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς [5] εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. Μὴ πείθου ταύτῃ τῇ γυναικὶ τῇ φαύλῃ. Πᾶσα γὰρ αἵρεσις φαύλη γυνή· πλέον δὲ ἡ τῶν γυναικῶν αἵρεσις αὐτὴ, καὶ ἡ τοῦ ἀπατήσαντος τὴν πρώτην γυναῖκα. Τιμάσθω ἡ μήτηρ ἡμῶν Εὔα, ὡς ἐκ θεοῦ πεπλασμένη· μὴ ἀκουέσθω δὲ, ἵνα μὴ πείσῃ τὰ τέκνα φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἐντολὴν παραβῆναι. Μετανοείτω δὲ καὶ αὕτη ἀπὸ κενοφωνίας, ἐπιστρεφέτω αἰσχυνομένη, καὶ φύλλα συκῆς ἐνδυο-
pag. 1066. μένη. Κατανοείτω δὲ ἑαυτὴν καὶ ὁ Ἀδὰμ, καὶ μηκέτι αὐτῇ πειθέσθω. Ἡ γὰρ [6] τῆς πλάνης πειθὼ, καὶ γυναικὸς εἰς τὸ ἐναντίον συμβουλία, θάνατον τῷ ἰδίῳ συζύγῳ ἐργάζεται. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς τέκνοις. Κατέστρεψε τὸ πλάσμα Εὔα διὰ τῆς παραβάσεως, ἐρεθισθεῖσα διὰ τῆς τοῦ ὄφεως φωνῆς καὶ ἐπαγγελίας, πλανηθεῖσα ἀπὸ τοῦ κηρύγματος, καὶ ἐφ' ἑτέραν βαδίσασα διάνοιαν.

Κεφ. Θ'. Διὰ τοῦτο ὁ πάντων δεσπότης καὶ σωτὴρ βουλόμενος θεραπεῦσαι τὸ ἄλγος, καὶ οἰκοδομῆσαι τὸ κατεστραμμένον, καὶ διορθώσασθαι τὸ ἠλαττωμένον, ἐπειδὴ ἀπὸ γυναικὸς ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον κατῆλθεν, ἐκ γυναικὸς παρθένου αὐτὸς ἐγεννήθη, ἵνα τὸν θάνατον [1] ἐγκλείσῃ, καὶ τὸ ἐλλεῖπον πληρώσῃ, καὶ τὸ ἠλαττωμένον τελειώσῃ. Στρέφεται δὲ ἡμῖν πάλιν ἡ κακία, ἵνα τὸ ἐλάττωμα εἰς τὸν κόσμον προαγάγῃ. Ἀλλ' οὔτε νέοι, οὔτε γέροντες πείθονται τῇ γυναικὶ, διὰ τὴν ἄνωθεν σωφροσύνην. Οὐ παίζει ἡ Αἰγυπτία τὸν σώφρονα Ἰωσὴφ, οὔτε παρεκτρέπει, καί τοί γε διὰ πολλῆς μηχανίας ἐργασαμένη τὸ δεινὸν πρὸς τὸν παῖδα τῆς συμβουλίας. Ἀλλ' οὐ παίζεται ἄνθρωπος ἐκ πνεύματος ἁγίου λαβὼν τὴν φρόνησιν· οὐ τὸ σῶφρον ἀφανίζει, ἵνα μὴ τὴν εὐγενείαν κατευτελίσῃ. Καταλιμπάνει τὰ ἱμάτια, καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἀπόλλυσιν. Ἀποδιδράσκει τὸν τόπον, ἵνα μὴ πέσῃ

Cap. VIII. — 1. συλλέγουσι correxerunt iam Cornarius et Petavius.
2. στρατίᾳ codd. mss. et ed. princ.
3. θορυβείτωσαν edit. Petav.
4. φαύλῃ γυναικί codd. mss. φαύλῳ γυναικίῳ editi libri.

uti scriptum est, ac cibis impiis vescuntur; id quod sacrae literae testantur, *Mulieres subigunt farinam, et filii colligunt ligna, ut faciant placentas militiae coeli.* Hier. 7, 18. Eiusmodi muliereulis Hieremias os obstruat; nec amplius terrarum orbem conturbent, neve istud iactitent, *Coeli reginam honoramus.* Novit Taphnes quemadmodum Hier. 44, 17. ulciscendae illae sint. Novit Magdulorum regio abiecta illarum cadavera ad putrefaciendum excipere. Noli, o Israel, mulieri fidem adhibere! Revoca te a pravae mulieris consilio. Siquidem *mulier* Prov. 5, 3. *pretiosas virorum animas captat: huius pedes eos, quibuscum consuescit, cum morte ad inferos deducunt.* Malae mulierculae aurem animumque ne praebeas; *Mel* enim *e labiis meretricis destillat,* quod brevissimo tempore guttur tuum leniens postea felle amarius invenies, et ancipiti gladio magis exacutum. Cave igitur malae huic mulierculae fidem adhibeas. Omnis enim haeresis mala mulier est: sed multo mulierum haeresis illa magis quae ab eo a quo prima decepta mulier est, manavit. Evae igitur matri nostrae honor habeatur, utpote quae a deo producta sit; sed ei nequaquam obtemperetur, ne liberis suis persuadeat, ut ex arbore vescantur ac mandatum violent. At illam quoque vanissimae illius vocis poeniteat. Gen. 3, 7. Redeat ad mentem prae verecundia, et ficulneis foliis induatur. Quin et Adamus illam agnoscat, nec amplius morem gerat. Quippe fraudes, blanditiae et contrarium mulieris consilium mortem coniugi pariter ac soboli consciscunt. Nam Eva per contumaciam suam divinum opificium evertit, cum serpentis voce ac promissis illecta ab sano dogmate deflectens aliam ad mentem sese transtulit.

Propterea dominus omnium ac salvator, ut ei dolori mederetur, Cap. IX. et quod eversum erat instauraret, quod defecerat restitueret, quandoquidem mors in mundum a muliere derivata fuerat, e muliere virgine natus est, quo et mortem excluderet, et quod mancum erat suppleret, et quod imminutum, perficeret. Porro eadem iterum nequitia revolvitur; ut vitium ac defectum in orbem terrarum invehat. Sed mulieri neque iuvenes, neque senes, propter eam qua divinitus praediti sunt temperantiam obsequuntur. Non illudit Gen. 39. Aegyptia mulier castissimo Iosepho, nec a recta mente deducit; quamvis omnes adhibeat machinas, quo detestandum in adolescentem consilium exequatur. Verum ludificari eum nemo potest qui a spiritu sancto prudentiam acceperit. Proinde neque castimoniam suam eripi sibi patitur, ne nobilitati suae ignominiam imponat; vestimenta relinquit, et corporis iacturam non facit; locum illum de-

5. εὑρήσει *edit. Petav.*
6. τῆς *omissum est in edit. Petav. Colon. repet.*
Cap. IX. — 1. ἐκκλείσῃ *edit. Petav.*

τῇ παγίδι. Πρὸς καιρὸν τιμωρεῖται, εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύει. Ἐν δεσμωτηρίῳ βάλλεται, ἀλλ' αἱρετὸν ἐν φυλακῇ καταμένειν, καὶ ἐν γωνίᾳ ὑπαίθρου, ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμου καὶ γλωσσώδους. Καὶ πόσα ἔστι λέγειν; Ἤτοι γὰρ ὡς αὐτὴν προςκυνοῦντες τὴν Μαρίαν αὐτῇ προςφέρουσι τὴν κολλυρίδα αἱ ἀργαὶ αὗται γυναῖκες, ἤτοι ὑπὲρ αὐτῆς προςφέρειν ἐπιχειροῦσι τὴν προειρημένην ταύτην σαθρὰν κάρπωσιν. Τὸ πᾶν ἐστιν ἠλίθιον καὶ ἀλλότριον, καὶ ἐκ δαιμόνων κινήσεως, φρύαγμά τε καὶ ἀπάτη.

Ἵνα δὲ μὴ παρεκτείνωμαι τῷ λόγῳ, ἀρκέσει τὰ εἰρημένα ἡμῖν. Ἡ Μαρία ἐν τιμῇ, ὁ κύριος προςκυνείσθω· οὐδενὶ γὰρ ἐργάζονται οἱ δίκαιοι πλάνην. Ἀπείραστος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα, οὐδὲ οἱ αὐτοῦ δοῦλοι, πρὸς ἀπάτην. Ἕκαστος δὲ
pag. 1067. πειράζεται ἐκ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. Εἶτα ἡ ἐπιθυμία τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκυεῖ θάνατον.

Ἱκανῶς δὲ ἔχειν περὶ πάντων τούτων νομίσαντες, ἀγαπητοὶ, καὶ ταύτην, ὡς εἰπεῖν, τὴν κανθαρίδα, τὴν τῷ εἴδει μὲν [2] χρυσίζουσαν, πτερωτὴν δὲ, ὡς εἰπεῖν, καὶ [3] πετομένην, ἰοβόλον οὖσαν καὶ δηλητήριον ἐν ἑαυτῇ κεκτημένην, τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας συντρίψαντες, ἐπὶ τὴν ἔτι μίαν περιλειφθεῖσαν ἴωμεν πάλιν, θεὸν ἐπικαλούμενοι παραστῆναι εἰς τὸ [4] τὰ τῆς ἀληθείας ἰχνηλατεῖν μέρη, καὶ κατὰ τῆς ἐναντιότητος τὴν ἀποτροπὴν τελείαν [5] ἐργάσασθαι.

ΚΑΤΑ ΜΑΣΣΑΛΙΑΝΩΝ,

οἷς συνάπτονται Μαρτυριανοὶ, ἐξ Ἑλλήνων ὄντες, [1] καὶ Εὐφημῖται, [2] καὶ Σατανιανοὶ, ἑξακοστὴ ὀγδόη, ἡ καὶ ὀγδοηκοστή.

Κεφ. α'. Κόρον οὐκ ἔχει ἡ ἀναισχυντία, οὐδὲ πλησμονὴν ἡ ἀφροσύνη, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἥπλωσεν ἑαυτῆς τὸν λογισμὸν, καὶ κέχηνε τὸ στόμα, τοῦ λυμήνασθαι τὰ τοῦ Ἀδὰμ καὶ Νῶε σπέρματα, διαφόρως τὸ σῶφρον ἀποτριβομένη, καὶ τὸ πορνικὸν φρόνημα πολυτρόπως τοῖς ἀδικουμένοις ὑποσπείρουσα. [3] Φυεῖσα γὰρ μετὰ ταύτας πάλιν τὰς αἱρέσεις μωρά τις καὶ πάσης ἀφροσύνης ἔμπλεως ἐπανέστη ἡμῖν ἑτέρα τις, γελοῖος μὲν ὅλη, ἀσύστατον ἔχουσα τὸ φρόνημα, καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἠπατημένων. Μασσαλιανοὶ δὲ οὗτοι καλοῦνται, ἑρμηνευόμενοι Εὐχόμενοι. Ἦσαν δὲ πρὸ χρόνου τινὸς, ὡς ἀπὸ τῶν καιρῶν

2. χρίζουσαν πτερατὴν cod. Rhedig.
3. πετωμένην cod. Ien. et ed. princ. πτερωμένην cod. Rhedig. ἐπτερωμένην cod. Paris. teste Petavio.
4. τὰ om. cod. Rhedig.
5. Subscriptio codd. Ien. et Rhedig. est Τέλος τὰ κατὰ κολλυριδιανῶν τῶν τῇ μαρίᾳ προσφερόντων.

serit, ne in laqueum incidat; poenas luit ad tempus, sed in aeternum regnat; in carcerem coniicitur, sed multo optabilius est in custodia manere, et *in angulo sub dio, quam cum muliere contentiosa et loquaci.* Prov. 21, 9. Quam multa porro adversus illam haeresin disputari possunt? Nam aut Mariam ipsam adorantes collyridem huic otiosae mulieres offerunt, aut pro ipsa absurdam illam et ridiculam oblationem instituunt. Utrumque vero stolidum est, et a ratione profectum, nihilque praeter ostentationem fraudemque continet.

Ne sim longior, quae sunt hactenus dicta sufficient. Maria in honore sit, dominus adoretur. Nam iusti nemini erroris occasionem praebent. *Deus enim neque malis tentatur*, nec ullam ipse, Ioann. 1, 13. vel eius servi circumveniendi caussa tentant. *Unusquisque vero a propria concupiscentia tentatur abstractus, et illectus: deinde concupiscentia peccatum parit: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.*

Quamobrem cum hucusque satis de iis omnibus disputatum a nobis arbitremur, posteaquam cantharidem, ut ita dicam, istam colore fulvo, alis praeditam ac volantem, sed virulentam inprimis ac letiferi veneni plenam, veritatis oratione protrivimus, ad aliam, quae una postremaque superest, transeamus, deum inprimis obtestantes ut et ad veritatis consectanda vestigia et ad contrariam factionem penitus amoliendam suam nobis opem impertiat.

CONTRA MASSALIANOS,
quibus accedunt Martyriani e Gentilium numero, nec non et Euphemitae et Sataniani. Haeresis LXVIII., sive LXXX.

Nec impudentia satiari, nec expleri stultitia potest, sed in Cap. I. omnia cogitationem et animum intendit suum, ac velut hianti ore in id incumbit ut Adami Noemique stirpem labefactet; dum et pudorem ac pudicitiam variis modis exterminat, et meretriciam indolem in iis quos laedere aggreditur non una ratione disseminat. Etenim post superiores illas haereses stolida quaedam ac vecordia plenissima alia nobis emersit, ridicula illa quidem, nec ullo modo cohaerens e viris pariter et infelicibus mulierculis conflata. Massalianos illos vocant, quae vox Orantes significat. Hi aliquot abhinc annis prodire coeperunt, sub Constantii fere imperatoris tempus.

Cap. I. — 1. καὶ non habet cod. Rhedig. 2. καὶ non agnoscit cod. Rhedig. 3. Φυεῖσα scripsi pro φασὶ, quod libri habent; pari iure possit etiam φύσασα, cf. Epist. ad Acac. et haer. 73, 37. Petavius φύσει coniecit.

Κωνσταντίου, καὶ δεῦρο. [4]Ἄλλοι πάλιν Εὐφημῖται, εἴτουν Μασσα-
λιανοὶ καλούμενοι, ἐξ ἧς τάχα οἶμαι καὶ αὕτη τὸν μιμηλὸν ζῆλον ἔσχεν.
Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐξ Ἑλλήνων ὡρμῶντο, οὔτε Ἰουδαϊσμῷ προσανέχον-
τες, οὔτε Χριστιανοὶ ὑπάρχοντες, οὔτε ἀπὸ Σαμαρειτῶν, ἀλλὰ μόνον
Ἕλληνες ὄντες δῆθεν, καὶ θεοὺς μὲν λέγοντες, [5]μηδενὶ μηδὲν προς-
κυνοῦντες, ἑνὶ δὲ μόνον δῆθεν τὸ σέβας νέμοντες, καὶ καλοῦντες
Παντοκράτορα. Τινὰς δὲ οἴκους ἑαυτοῖς κατασκευάσαντες, ἢ τόπους
πλατεῖς, φόρων δίκην, Προσευχὰς ταύτας ἐκάλουν. Καὶ ἦσαν μὲν
τὸ παλαιὸν προσευχῶν τόποι ἔν τε τοῖς Ἰουδαίοις ἔξω πόλεως, καὶ ἐν
pag. 1068. τοῖς Σαμαρείταις, ὡς καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὕρομεν,
ἔνθα ἡ πορφυρόπωλις Λυδία τοῖς περὶ τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπήντηκε,
ὡς καὶ οὕτως τὸ θεῖον γράμμα διηγεῖται ὅτι, φησὶ, Ἐδόκει τόπος
προσευχῆς εἶναι· καὶ προςῆλθον, καὶ ἐδίδασκον οἱ ἀπόστολοι τὰς
συνελθούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γυναῖκας. Ἀλλὰ καὶ Προσευχῆς [6]τό-
πος ἐν Σικίμοις, ἐν τῇ νυνὶ καλουμένῃ Νεαπόλει ἔξω τῆς πόλεως, ἐν
τῇ πεδιάδι, ὡς ἀπὸ σημείων δύο, θεατροειδὴς, οὕτως ἐν ἀέρι καὶ
αἰθρίῳ τόπῳ ἐστὶ κατασκευασθεὶς ὑπὸ τῶν Σαμαρειτῶν πάντα τὰ τῶν
Ἰουδαίων μιμουμένων.

Κεφ. β'. Οὗτοι δὲ οἱ πρότερον Μασσαλιανοὶ ἐξ Ἑλλήνων ὁρμώμενοι, οἱ
πρὸ τῶν νυνὶ, τῶν δῆθεν ἀπὸ ὀνόματος Χριστοῦ ὁρμωμένων, καὶ
αὐτοὶ πῆ μὲν ἔν τισι χώραις τοιαῦτα [1]τροπάριά τινα κατασκευάσαντες,
ὡς Προσευχὰς καλουμένους καὶ Εὐκτήρια. Ἐν ἄλλοις δὲ τόποις
[2]φύσει καὶ ἐκκλησίας ὁμοιώματι ἑαυτοῖς ποιήσαντες, καθ' ἑσπέραν,
καὶ κατὰ τὴν ἕω, μετὰ πολλῆς λυχναψίας καὶ φώτων συναθροιζόμε-
νοι, ἐπιπολύ τε καταλεγμάτιά τινα ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς σπουδαίων,
καὶ εὐφημίας τινὰς δῆθεν εἰς τὸν θεὸν ποιούμενοι, [3]ὡς καταλεγμα-
τίων καὶ εὐφημιῶν ὥςπερ θεὸν ἐξιλεούμενοι, ἑαυτοὺς ἀπατῶσιν. Ἡ
δὲ ἀγνωσία τυφλή τις οὖσα πάντα ταῦτα δοκήσει οἰήσεως τοῖς πεπλα-
νημένοις παρασκευάζει. Ἐκεραυνοβολήθη δὲ πρὸ χρόνου ἓν τῶν τοι-
ούτων κατασκευασμάτων, οὐκ ἔχω δὲ λέγειν ἐν ποίῳ τόπῳ, τάχα δὲ
ἐν τῇ Φοινίκῃ τοῦτο ἠκούσαμεν. Ἀλλὰ καί τινες τῶν ἀρχόντων ζη-
λωταὶ πολλοὺς ἐκ τούτων ἀπέκτειναν, διὰ τὸ παραχαράττειν τὴν ἀλή-
θειαν, καὶ ἀντιμιμεῖσθαι ἐκκλησίας τρόπον, μὴ ὄντας Χριστιανοὺς,
μήτε ἐξ Ἰουδαίων ὁρμωμένους. Οἶμαι δὲ Λουππικιανὸς ὁ στρατηλά-
της εἷς ἦν τῶν τοὺς αὐτοὺς Εὐφημίτας τῶν Ἑλλήνων τιμωρησάμενος,

4. *Haec ita cum praecedentibus iungenda videntur* Ἦσαν δὲ πρὸ χρ. τ., ὡς - - καὶ δεῦρο, ἄλλοι πάλιν, Εὐφημῖται κτλ. *Aliter enim* ἧς *relativum quo adstruatur non habebit.*

5. μηδένι δὲ πρ. *suspicatus est Petavius.*

6. τόποις *cod. Ien.* τόποι *cod. Rhedig.*

Cap. II. — 1. τοπάρια *suspicati sunt Petavius (cuius adnott. vide) et Du Cangius in Glossario Mediae et Infimae Graec. s. v.*

2. φασὶ *volebat Ios. Scaliger.*

3. *Ios. Scaliger emendavit* ὡς διὰ καταλεγματίων τε καὶ εὐφημιῶν ὥςπερ θεὸν ἐξιλεούμενοι, *quod verum videtur; modo pro* ὥςπερ *quod plane abundat rescripseris* ἑσπέρας. *Petavius ea verba*

Secundum quos Euphemitae coorti sunt, qui et Massaliani vocantur, quos credibile est priores illos imitari studuisse. Verum isti quidem e gentilibus profecti, neque Iudaeorum sectam, neque Christianorum amplexi sunt, nec inter Samaritanos censentur, sed gentiles omnino sunt, et cum esse deos asserant, nullum tamen adorant, sed unum duntaxat venerantur quem Omnipotentem appellant. Qui quidem certas sibi domos fabricantes, et laxiores, fororum instar, areas Proseuchas illas nominarunt. Habuisse quidem Iudaeos extra urbem et Samaritanos certa quaedam ad precandum loca quas Proseuchas dicerent, ex apostolorum actibus liquet, ubi purpurae institrix Lydia Paulo occurrisse dicitur. De quo ita scriptura narrat, *Videbatur*, inquit, *locus orationis esse.* Et accesserunt apostoli, ac Act. 16, 13. mulieres per illud tempus convenientes docuerunt. Fuit et ad Sicima, quae hodie Neapolis dicitur, secundo ab urbe lapide Proseucha, sive Oratorium, theatri instar in planitie situm, sine tecto, ac nudo coelo subiectum, in quo fabricando Samaritani, ut in ceteris omnibus, Iudaeos imitati sunt.

Igitur Massaliani antiquiores e gentilibus excitati, qui hodier- Cap. II. nos istos a quibus Christianum nomen usurpatur antecesserunt, nonnullis in regionibus carinarum instar fastigatas aediculas construxerunt, quas Proseuchas, sive Oratoria, nuncupant. Alibi vero tam in occidente quam oriente eadem illa loca ad ecclesiae formam condiderunt; ubi ingenti lucernarum ac facium accensa copia conventus habent. Tum certos hymnos, quos illius gregis studiosi quidam scripserunt ac dei laudes concinunt; quibus magno sane errore deum se placare ac conciliare sibi putant. Verum inscitia, quae occaecata semper est, haec omnia miseris illis prae animi fastu et insolentia facere persuadet. Ac forte ante aliquod tempus unum ex illis aedificiis de coelo tactum est, ubinam vero gentium, liquido nondum constat; atque haud scio an in Phoenicia contigisse istud audierim. Quinetiam nonnulli magistratus religionis ardore flagrantes quamplurimos ex illis occiderunt; eo quod veritatem adulterando corrumperent, et ecclesiae morem praepostera quadam imitatione auderent exprimere; cum neque Christiani interim essent, neque Iudaeorum sectam profiterentur. Lupicianus, opinor, dux unus ex his fuit, qui in Euphemitas istiusmodi gentiles animad-

ὡς — εὐφημιῶν *tanquam spuria uncinis inclusit. Cornarius vertit* et diu ac per longum tempus lectiones quasdam per doctos suos, et laudes quasdam in deum facientes, velut per lectiones ac laudes deum placantes, seipsos decipiunt. *Ceterum edit. Cornarii utroque loco exhibet* καταλεγμάτια *et* καταλεγματίων, *non* καταληγμάτια, *ut affirmat Petavius in adnott.*

ἐξ ἧς προφάσεως ἐφύη πάλιν αὐτοῖς δευτέρα πλάνη. Λαβόντες γάρ τινες τὰ τῶν τότε ἀποκτανθέντων σώματα διὰ τὴν τοιαύτην Ἑλληνικὴν ἀνομίαν, καὶ θάψαντες ἔν τισι τόποις, ἐκεῖ πάλιν τὰ αὐτὰ εὔφημά τε ἐπιτελοῦσι, καὶ Μαρτυριανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, δῆθεν διὰ τοὺς ὑπὲρ τῶν εἰδώλων μαρτυρήσαντας.

pag. 1069. Κεφ. γ΄. Ἄλλοι δὲ πάλιν ἐκ τούτων ἔτι βαθύτερόν τι διανοούμενοι, ὡς κατὰ τὴν αὐτῶν εὐήθειαν συμβούλῳ τῇ διανοίᾳ χρώμενοι, εἶπον Ὁ Σατανᾶς μέγας ἐστὶ, καὶ ἰσχυρότερος, καὶ πολλὰ ἐπιτελεῖ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις. Διὰ τί οὐ μᾶλλον πρὸς τοῦτον καταφεύγομεν, καὶ αὐτῷ προσκυνοῦμεν, αὐτόν τε τιμῶμεν, καὶ αὐτὸν εὐφημοῦμεν, ἵνα διὰ τῆς κολακευτικῆς θεραπείας μὴ ἐνεργήσῃ ἡμῖν τὰ πονηρὰ, ἀλλ' ὡς δούλων αὐτοῦ ἡμῶν γεγονότων, φασὶ, [1] φείδηται ἡμῶν; Καὶ οὕτω καὶ οὗτοι Σατανιανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν. Ὁμοῦ δὲ τούτων τὴν αἵρεσιν ἐν ταὐτῷ συνεθήκαμεν, καὶ τοὺς προειρημένους μέλλοντας ὑφ' ἡμῶν νυνὶ λέγεσθαι· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἴσα ἐν ὑπαίθρῳ ἐξαγόμενοι, ἔξω βεβηκότες τῆς ἀληθείας, ἐπὶ τὸ εὔχεσθαι καὶ ὑμνεῖν ἐσχολάκασιν. Ἀλλὰ πάντα μὲν ταῦτα περιγέλαστα ὄντα ἀβλαβῆ ἐτύγχανε, μὴ δυνάμενα παρεκκλίνειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας· οὐ γὰρ εἰς ὄνομα Χριστοῦ ἐλέγοντο εἶναι, ἀλλὰ Ἕλληνες τὸ πᾶν. Νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνων τῶν τρόπων οὗτοι νῦν καλούμενοι Μασσαλιανοὶ, ὧν οὔτε ἀρχὴ, οὔτε τέλος, οὔτε κεφαλὴ, οὔτε ῥίζα· ἀλλὰ τὰ πάντα εἰσὶν ἀστήρικτοι καὶ ἄναρχοι καὶ ἠπατημένοι, μὴ ἔχοντες ὅλως στηριγμὸν ὀνόματος, ἢ θεσμοῦ, ἢ θέσεως, ἢ νομοθεσίας. [2] Δοκοῦσι τοίνυν οὗτοι ἐπιτοαυτὸ, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες δῆθεν, εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι λέγοντες, ὡς ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ, καὶ τῶν ἰδίων ἀνακεχωρηκότες, ὁμοῦ δὲ ἀναμὶξ ἄνδρες ἅμα γυναιξὶ, καὶ γυναῖκες ἅμα ἀνδράσιν ἐπιτοαυτὸ καθεύδοντες, ἐν ῥύμαις μὲν πλατείαις, ὁπηνίκα θέρους ὥρα εἴη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν, [3] φησὶ, κτῆμα ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀκώλυτοι δέ εἰσι, καὶ ἐκτείνουσι χεῖρας μεταιτεῖν ὡς ἀβίωτοι καὶ ἀκτήμονες. Οἱ δὲ λόγοι αὐτῶν ἀφρόνων ἐπέκεινα. Ὃν δ' ἄν τινα ἐπερωτήσῃς ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενον, ἐκεῖνον ἑαυτὸν φάσκει οἷον δ' ἂν ἐθέλοις. Ἤτοι γὰρ προφήτην εἴποις, λέξουσι ὅτι, Προφήτης εἰμί· ἤτοι Χριστὸν ἂν ὀνομάσῃς, φάσκει ὅτι, Χριστός εἰμι· ἤτοι πατριάρχην, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸν ὀνομάζει ἀναιδῶς· ἤτοι ἄγγελον, καὶ ἑαυτὸν λέγει. Καὶ ἁπλῶς ὢ τῆς τῶν ἀνθρώπων ματαιοφροσύνης. Νηστείαν δὲ οὐδ' ὅλως οἴδασιν, ἀλλὰ δῆθεν εἰς τὴν εὐχὴν ἐσχολακότες, καὶ ἀπὸ ὥρας δευτέρας, pag. 1070. ἢ τρίτης, ἢ καὶ τὴν νύκτα, ἐὰν φθάσωσι πεινᾶσαι, πάντα ἀδεῶς ἐργάζονται, ἐσθίοντες καὶ πίνοντες. Περὶ δὲ αἰσχρότητος ἢ λαγνείας

Cap. III. — 1. *Libri vulgo* φείδεται. 3. *Scribendum fortasse* φασί.
2. *Suspicor* Οἰκοῦσι.

verterunt; qua ex occasione nova facta est erroris accessio. Quidam enim eorum qui ob gentilem istam impietatem interfecti fuerant corpora certis in locis sepelientes illic easdem illas laudes hymnosque decantant, et Martyrianos appellari se volunt, propter illos videlicet qui ob idolorum cultum martyrium fecerant.

Sed eorum rursus alii altius quiddam pro stultitiae suae captu Cap. III. concipientes animo, ac nihil praeter mentem suam in consilium adhibentes, iactare istud ausi sunt: Satanas, inquiunt, magnus quidam est, ac longe fortissimus, et mala quamplurima hominibus infligit. Cur igitur non ad hunc potius confugimus, et eum adoramus atque honore praedicationeque veneramur, ut adulatorio illo cultu conciliatus nocere desinat, imo vero nostrum, inquiunt, si tanquam servorum suorum rationem habeat et ignoscat? Ergo illi Satanianos semetipsos appellant. Quorum haeresin cum superioribus illis de quibus deinceps acturi sumus coniungendam putavimus. Quoniam utrique a veritate desciscentes idem foras prodeundi, et sub dio precandi ac canendi institutum tenent. Ceterum haec omnia ludibrii et ineptiarum plurimum, damni nihil admodum habebant, neque a veritate mentem abducere poterant; non enim Christiani, sed meri gentiles habebantur. Atqui hodie Massaliani vocantur, iisdem moribus ac ritibus addicti, neque initium, neque finem, neque caput, aut radicem habent ullam, sed sine fundamento ac principio prorsus inconditi sunt, et gravissimo in errore versantur, utpote qui nullo neque nominis, neque sanctionis, neque regionis, neque legum firmamento continetur. Illi igitur in unum coacti tam viri quam mulieres credere in Christum videntur, ac se mundo renuntiasse et sua omnia deseruisse profitentur. Tum vero promiscue sexus utriusque dormientes omnes in spatiosissimis vicis per aestatem iacent, quod se quicquam in terra possidere negent. Soluti porro ac vagi sunt, et manus ad stipem porrigunt, perinde ac victu et possessione carentes. Sed eorum sermones stoliditatem omnem superant. Quemcumque enim ex illis interrogaveris, talem se qualem volueris esse fatebitur. Sive prophetam dixeris, prophetas se esse dicent, sive Christum nomines, Christum se esse quilibet respondebit; sive patriarcham, hoc ipsum sibi nomen impudenter attribuet; sive angelum denique, talem se non dubitabit asserere. O singularem hominum vecordiam! Quod ad ieiunium vero spectat, hoc apud illos nullum est omnino. Verum toti videlicet in orationes intenti a secunda tertiave hora, vel etiam noctu, si esuriant, nihil non pro sua libidine faciunt, ac cibo potuque se ingurgitant. De illorum turpitudine ac flagitiis nihil certo comperi. Sed

οὐ πάνυ τι δύναμαι εἰδέναι. Πλὴν οὐδὲ τούτου εἰσὶν ἀποδέοντες, μάλιστα [4] ἐπιτοαυτὸ κοινῇ τὸ κοιτάζειν ἐσχηκότες ἅμα γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν. Οὗτοι δὲ καὶ ἐν [5] Ἀντιοχείᾳ εἰσὶν ἀπὸ τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμώμενοι.

Κεφ. δ'. Ἔσχον δὲ τὸ βλαβερὸν τοῦτο φρόνημα ἀπὸ τῆς ἀμετρίας τῶν τινων ἀδελφῶν ἀφελείας. Τινὲς γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν καὶ ὀρθοδόξων, μὴ γινώσκοντες τὸ μέτρον τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας, τὸ κελεῦον ἀποτάσσεσθαι τῷ κόσμῳ, κτημάτων τε ἰδίων καὶ χρημάτων ἀποξενοῦσθαι, πωλεῖν τε τὰ ἴδια καὶ μεταδιδόναι πτωχοῖς, λαμβάνειν δὲ τὸν σταυρὸν καὶ ἀκολουθεῖν ἐν ἀληθείᾳ, μὴ ἀργὸν, μήτε ἀεργὸν, καὶ ἀκαιροφάγον, μηδὲ [1] τῷ κηφῆνι τῶν μελισσῶν, ἐργάζεσθαι δὲ ταῖς ἰδίαις χερσίν· ὥσπερ καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολος Παῦλος ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ, κήρυξ δὲ ὢν τῆς ἀληθείας, οὗ αἱ χεῖρες οὐ μόνον ἑαυτῷ ἐπήρκουν, ἀλλὰ καὶ τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ· οὐκ οὖσι δὲ ἐκείνοις ἀργοῖς, ἀλλ' ἅμα συμπαροῦσιν αὐτῷ ἐν τῇ ἐργασίᾳ· [2] ὥς που καυχᾶται λέγων, διδάσκει [3] τε σαφέστατα, Ὁ μὴ ἐργαζόμενος μηδὲ ἐσθιέτω. Τινὲς δὲ τῶν προειρημένων ἀδελφῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ Μάνη μεμαθηκότες τάχα, ἵν' οὕτως εἴπω, τοῦ ἀπὸ Περσίδος ἀναβεβηκότος, ἅτινα οὐκ ἐχρῆν οὕτως εἶναι· σκοπεῖν δὲ μᾶλλον τοὺς τοιούτους παραγγέλλει ὁ θεῖος λόγος τοὺς μηδὲν ἐργαζομένους. Πεπλάνηκε γάρ τινων τὴν οἴησιν ὁ λόγος ὁ παρὰ τῷ σωτῆρι γεγραμμένος, Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ [4] τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Νομίζουσι δὲ τὴν ἀπολλυμένην εἶναι τὴν καλὴν ἐργασίαν, ἧς εἰς δικαιοσύνην ἔχομεν τὸν κάματον· ἥτις ἐπληροῦτο ἐν Ἀβραὰμ διὰ τοῦ μόσχου, καὶ [5] ἐν τῇ καματουργίᾳ τῆς χήρας διὰ τοῦ Ἡλίου, καὶ ἐν τῇ ἐργασίᾳ τοῦ Ἰὼβ διὰ τῶν αὐτοῦ παίδων καὶ κτημάτων, καὶ πάντων τῶν τοῦ θεοῦ δούλων τῶν εἰς δικαιοσύνην καμνόντων ταῖς ἰδίαις χερσὶν, εἰς τὸ ἐπαρκεῖν καὶ τοῖς ἐνδεομένοις· καθὼς καὶ ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ, ἔν τε τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ καὶ ἐν πάσαις χώραις, οὕτω κάμνουσιν εἰς δικαιοσύνην. Ὡς ἡ μέλιττα, χερσὶ μὲν ἔχουσα τὸν κηρὸν τῆς ἐργασίας, τὴν δὲ ψεκάδα τοῦ μέλιτος ἐν τῷ στόματι, μετὰ
pag. 1071. τῆς ἰδίας ὑμνηγόρου φωνῆς τὸν τῶν πάντων δεσπότην κατὰ τὴν ἰδίαν αἴσθησιν ὑμνοῦσα, ὡς καὶ Σαλομὼν μαρτυρεῖ, ὅτι τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη, οὕτω καὶ οἱ τοῦ θεοῦ δοῦλοι οἱ ἀληθῶς ἐπὶ τῆς στερεᾶς πέτρας τῆς ἀληθείας τεθεμελιωμένοι, καὶ τὸν οἶκον αὐτῶν ἀσφαλῶς οἰκοδομοῦντες, ἰδίαις χερσὶ τὰς λεπτὰς αὐτῶν ἐργασίας ἐργάζονται κατὰ τὴν ἑκάστου τέχνην. Ἐν στόματι δὲ σχεδὸν πᾶσαν θείαν

4. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *uti assolet, cod. Rhedig.*
5. Ἀντιοχία *cod. Rhedig.*
CAP. IV. — 1. Deest ἐοικέναι. *Petavius. Ios. Scaliger supplet* μηδὲ τῷ κηφῆνι τῶν μελισσῶν ὁμοιοῦσθαι, ἐργ. κτλ. *Cornarius convertit* neque intempestive cibum capientem, neque hunc alieno labore partum, velut vespa cum apibus solet.

ab iis nequaquam abhorrere vel eorum consuetudo persuadet qua promiscue viri cum mulieribus cubant. Ceterum Antiochiae quoque sedes habent, quo e Mesopotamia sese contulerunt.

Hoc vero longe perniciosissimum dogma ex nimia quorumdam fratrum imperitia manavit. Qui cum recte alioqui de fide sentirent, vitae ex Christi domini praescripto instituendae modum nequaquam intellexerunt: quatenus renuntiare mundo ac bonis se suis et facultatibus abdicare, fortunas suas vendere ac pauperibus dilargiri, crucem ferre ac serio sequi se mandavit, non ut iners et otiosus quispiam esset, aut intempestive helluaretur, ac fucorum inter apes similis foret, quinimo suis ut manibus opus faceret, ac beatum imitaretur apostolum, qui mundum valere iubens praeco veritatis extitit: *Cuius manus non ipsi solum, sed et iis qui cum illo erant necessaria suppeditabant;* cum et ipsi interim minime cessarent, sed operae participes essent, ut quodam ipse loco gloriatur, ac disertis illud verbis praecipit: *Qui non operatur, non manducet.* Sed illi, quos dixi, fratres nostri haud scio an a Mane, qui illuc e Perside profectus est, ista didicerint, quae ab omni ratione prorsus aliena sunt. Cum e contrario animadvertere illos divina scriptura iubeat, qui nihil operis faciunt. Verum nonnullorum mentibus dictum illud servatoris imposuit: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.* At illi pereuntem illum cibum ad praeclaram illam operam laboremque referunt, quem in consectanda iustitia sustinemus. Quae quidem opera in Abraamo tum eluxit, cum is vitulum appararet; nec non et in vidua, quae Eliae caussa laboravit, et in Iobo denique, qui in liberis idem suis fortunisque praestitit. Praeterea nullus est dei famulus qui non ad obtinendam iustitiam manibus suis opus exerceat, quo in egentes beneficus esse possit. Quod in unoquoque monasterio, tam in Aegypto quam in aliis provinciis, fieri cernimus, ubi iustitiae gratia sic ad opus incumbunt omnes, tanquam apes quaedam, quae ceram pedibus, stillas mellis ore comportantes, communem universorum dominum pro sensu suo atque captu, quodam velut vocis cantu ac praedicatione celebrant, prout testatur Salomon: *Sapientiam*, inquit, *honorans provecta est.* Nec aliter servi illi dei in solida veritatis petra, velut fundamento, stabiliti, ac domum suam firmam atque inconcussam exstruentes, pro ea quam profitentur arte, minutissimas quasque operas singuli manibus suis exercent. Iidem vero universam

Cap. IV. — Act. 20, 34. — 2. Thess. 3, 10. — Ioann. 6, 27. — Gen. 18. — 3. Reg. 17. — Prov. 6, 8.

2. ὅς που *edit. Petav. Colon. repet.*
3. τε *codd. mss. uterque.* δὲ *editi.*
4. τὴν *om. in edit. Petav Colon. repet.*
5. ἐν *om. in edit. Petav. Colon. repet.*

γραφὴν ἀπαγγέλλουσιν, ἀκμητί τε καὶ ἀόκνως συχνὰς ποιοῦνται τὰς ἀγρυπνίας, τοῦτο μὲν ἐν εὐχαῖς, τοῦτο δὲ ἐν ψαλμῳδίαις, ἐνδελεχῶς δὲ τὰς συνελεύσεις τὰς ἐξ ἔθους ἐνθέσμως τεταγμένας, διημερεύουσί τε πάντοτε τὰς [6] ἀδιαλείπτους κατὰ διάστημα ὥρας τὰς εὐχὰς θεῷ ἀκαταγνώστως μετὰ ταπεινοφροσύνης πολλῆς καὶ οἰμωγῆς ἐπιπόνου [7] θεῷ ἀναπέμποντες, ταῖς τε ἰδίαις χερσὶν, ὡς ἔφην, ἐργαζόμενοι, μετὰ καὶ τῆς πνευματικῆς ἐργασίας· ἵνα μὴ ἐπιδεεῖς γένωνται, καὶ εἰς ὑποκρίσεις ἀνθρωπίνας ἐμπέσωσι, καὶ οὐκέτι τῷ ἀσεβοῦντι δυνάμενοι τὰ ἀληθῆ λέγειν, οὔτε ἐκτὸς ῥύπου εἶναι τῶν ἀπὸ ἀδικίας ἀνθρώπων πλουσίων καὶ πλεονεκτούντων τοὺς πένητας, οὔτε ἐκτὸς σιτίων τούτων γίνεσθαι, μὴ [8] δυνάμενοι ἐκ δικαίων πόνων τὴν ἐφήμερον ἔχειν τροφὴν, ἀλλ' ἀναγκαζόμενοι, διὰ τὸ ἐνδεὲς τῆς ἀεργίας, τραπέζης πλουσίων μετέχειν.

Κεφ. ε'. Διὸ παραγγέλλει ὁ θεῖος λόγος, φάσκων, Μὴ ἐπιθύμει βρωμάτων τῶν πλουσίων, ταῦτα γὰρ ἔχεται ζωῆς ψευδοῦς. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ τόπῳ, ὅτι τοιαύτας ἔδει παρασκευάζειν, Εἰ δὲ ἀπληστότερος εἶ, μὴ ἐπιθύμει τῶν αὐτοῦ βρωμάτων. Ἐν τούτοις γὰρ ἐδοξάσθησαν οἱ παῖδες οἱ ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἀρνησάμενοι τράπεζαν βασιλέως, καὶ αἱρησάμενοι σπέρμασιν ἀρκεῖσθαι, ἢ τραπέζῃ καὶ βρώμασι, χρήμασι καὶ δόξῃ ἀποταξάμενοι, ὡς Μωϋσῆς μᾶλλον εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ ἤπερ ἀπολαύειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν, ἐργαζόμενος δὲ ἰδίαις χερσὶν ἔτυχε προφητείας. Προβάτων γὰρ οὗτος ποιμὴν κατέστη, ὁ εὐγενὴς, καὶ υἱὸς θυγατρὸς βασιλέως, ἵνα μὴ ἀργὸν ἐσθίῃ ἄρτον. Ὡς καὶ διδάσκει ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ, λέγων Λάβαν, Δός μοι ἐργασίαν, ἵνα ἐργάζωμαι, τοῦ ἰδίου ἄρτου. Καὶ αὐτὸς
pag 1072. πάλιν ποιμαίνειν προστέτακται παρὰ τοῦ ἰδίου πενθεροῦ, ἵνα μὴ ἀργὸν ἄρτον ἐσθίωσιν οἱ δίκαιοι. Τοῖς δὲ ἀποστόλοις εἴρηται ἀρκεῖσθαι τῷ [1] λόγῳ κηρύττειν, ἵνα μὴ ἀσχολῶνται ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἐπὶ τὸ κήρυγμα τὴν πορείαν ποιούμενοι. Ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ, καὶ, Ἀρκετὸν τῷ ἐργαζομένῳ ἡ τροφὴ αὐτοῦ. Καὶ τοῖς τε ποιμέσιν ὡσαύτως διὰ τὴν τῶν λαῶν συχνὴν ἀσχολίαν καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν καὶ ἐνδελεχῆ λειτουργίαν φησὶν ὁ θεῖος λόγος, Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς οὐκ ἐσθίει; ἢ τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐ μεταλαμβάνει; Καὶ, φησὶ, τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν, ἵνα τὸν πρεσβύτερον, ἢ τὸν ἐπίσκοπον μὴ ἐλαττούμενον τῆς ἐφημέρου τροφῆς καταστήσειε, προτρεπόμενος λαοὺς ἐκ δικαίων πόνων νέμειν τὰ πρὸς τροφὴν τοῖς ἱε-

6. ἀδιαλήπτους *libri omnes.*
7. θεῷ, *quod superfluum videtur, Petavius cancellis inclusit.*
8. *Libri vulgo* δυναμένοις.

paene scripturam ore pronuntiant, impigre ac strenue aut orando aut psalmos emodulando pervigilant, solennes de more conventus, ac quotannis constitutos obeunt, statas horas, et alternis spatiis continuo descriptas perpetuis ad deum fundendis precibus, summa cum abiectione animi ac laboriosis gemitibus transigunt, cum interea propriis, uti dixi, manibus, adiuncta spiritali exercitatione, opus instituant, ne aut inopia laborent, aut in humanas simulationes incidant, sic, ut impiis libere veritatem eloqui non audeant, neque ab eorum hominum qui per nefas ac pauperum iniuriam locupletati sunt contagione ac maculis vindicare sese possint, nec illorum denique cibariis carere, quod iustis laboribus quotidianum sibi victum comparare nequeant, sed ob inopiam ex otio et inertia derivatam ad beatorum mensas confugere cogantur.

Quam ob rem divinum nos oraculum docet, *Ne concupiscas cibos divitum; hi enim cum mendaci vita coniuncti sunt.* Tum alio in loco eiusmodi quales appositi fuerint vicissim praeparandos admonet, *Quod si insatiabilis es, illius cibos ne concupiscas.* Qua in re praeclaram pueri illi Babylone gloriam adepti sunt qui repudiata regis mensa exquisitis huius epulis legumina praetulerunt ac divitias splendoremque contempserunt. Nec aliter Moyses, qui vexari affligique cum populo dei quam Aegyptiacis thesauris perfrui maluit. Qui quidem dum suis ipse manibus opus exercet, propheta factus est. Ille enim ipse nobilis et a filia regis adoptatus, ut ne otiosus pane vesceretur, opilio constitutus est. Idem et pater noster Iacob nos docuit, cum Labanum alloquens, *Da mihi*, inquit, *operis aliquid, proprium ut victum meream.* Unde et a socero ovium itidem gregibus praeficitur. Quae idcirco facta sunt omnia, ne sancti homines panem otiosi comederent. Apostolis vero a domino praeceptum istud est ut divini verbi praedicatione contenti essent, ne ex aliis alias in urbes ac loca praedicandi caussa migrantes variis rebus distraherentur. *Dignus est enim operarius mercede sua;* et, *Sufficit operario alimentum suum.* Quam eandem ob caussam pastoribus pro incredibili ipsorum in gubernandis populis occupatione atque ecclesiastica procuratione administrandique labore perpetuo divinum hoc oraculum edicit: *Quis gregem pascit, et illius lacte non alitur? Quis plantat vineam, et eius fructu non vescitur?* Deinde, *Operam,* inquit, *navantem agricolam ante omnes par est fructus edere;* ut ne presbyterum, vel episcopum quotidiano cibo indigentem constituat. Ob id populos adhortatur, ut quae ad alendos sacerdotes necessaria sunt iustissimis suis laboribus quaesita suppeditent, offerendis pri-

Cap. V. Prov. 23, 3. Dan. 1. Exod. 2. Hebr. 11, 14. Gen. 29. Matth. 10, 10. Luc. 10, 7. 1. Tim. 6, 8. 1. Cor. 9, 7.

Cap. V. — 1. λόγον rescribendum esse vidit Petavius.

ρεῦσι, διὰ ἀπαρχῶν τε καὶ προσφορῶν, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἐξουσίαν ἔχοντες οἱ ἐκ θεοῦ τοὺς λαοὺς ὁδηγεῖν προστεταγμένοι, οὐδὲ τούτοις κέχρηνται κατακόρως, οἱ θεῷ τελείως εὐαρεστεῖν ἐπαγγελλόμενοι.

Κεφ. ϛ'. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν τοῦ θεοῦ ἱερέων καὶ αὐτοὶ μετὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ λόγου μιμούμενοι τὸν ἅγιον αὐτῶν μετὰ τὸν θεὸν ἐν Χριστῷ πατέρα, φημὶ δὲ Παῦλον τὸν ἅγιον ἀπόστολον, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ δυνατὸν, εἰ καὶ μὴ πάντες, ἀλλ' οἱ πλείους ταῖς ἰδίαις χερσὶν ἐργαζόμενοι, οἵαν δ' ἀναλόγως συμπρέπουσαν τῷ ἀξιώματι καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς φροντίδος ἐνδελεχείᾳ εὕροιεν τέχνην, ὅπως μετὰ τοῦ λόγου καὶ τοῦ κηρύγματος ἡ συνείδησις χαίρῃ, καὶ διὰ χειρῶν ἰδίων καρποφοροῦσα καὶ ἑαυτῇ ἐπαρκουμένη, τοῖς [1] τε ἀδελφοῖς καὶ ἐνδεομένοις τὴν μετὰ χεῖρας οἰκονομίαν, ἀπαρχῶν δὲ, φημὶ, καὶ προσφορῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν διὰ χειρῶν εἰργασμένων δι' ὑπερβολὴν διαθέσεως πρὸς θεὸν, καὶ τοῖς πέλας ἑκουσίως μεταδιδοῦσα· καί τοί γε μὴ ἀναγκαζομένων αὐτῶν, μήτε κατακρινομένων, ἀλλὰ δικαιοσύνης πόνους καὶ ἐργασίαν ἐκκλησιαστικὴν ἐχόντων, καὶ κατὰ δικαιοσύνην σιτουμένων, δι' ὑπερβολὴν δὲ προαιρέσεως τοῦτο αὐτῶν ποιούντων. Ἐπιποθεῖ γὰρ αὐτῶν ἡ ἔνθεος ψυχὴ, καὶ ἐν φόβῳ θεοῦ ἐστηριγμένη, καὶ ἐκ
pag. 1073. πνεύματος ἁγίου τὴν γνῶσιν κεκτημένη, πλούτου ἐπουρανίου τοῦ κατὰ δικαιοσύνην μετὰ ἐπαίνου καὶ κλέους καὶ ἀριστείας, τοῦ διὰ θείων δογμάτων καὶ θείας μελέτης ἁγίας γραφῆς καὶ λογίων θεοῦ, ψαλμῳδιῶν τε καὶ συνάξεων, ἁγίων νηστειῶν τε καὶ ἁγνείας [2] καὶ πολιτείας, καὶ τῆς διὰ χειρῶν ἕνεκεν δικαιοσύνης μετὰ προαιρέσεως ἐργασίας. Ἀλλὰ καὶ ἄλλῳ [3] προελήφθησαν τύπῳ οἱ αὐτοὶ τίμιοι ἡμῶν ἀδελφοὶ, οἱ κατὰ Μεσοποταμίαν ἐν μοναστηρίοις ὑπάρχοντες, εἴτουν [4] Μάνδραις [5] καλουμέναις, [6] κώμας γυναικικὰς προβαλλόμενοι, [7] καὶ σάκκῳ προφανεῖ ἐπερειδόμενοι. Ἔδει δὲ τὰ τῆς ἁγίας παρθένου μητρὸς ἡμῶν τῆς ἐκκλησίας ὑπάρχειν τέκνα σεμνὰ, οἰκουρὰ, θεῷ λατρεύοντα κρυφίως τῷ εἰδότι τὰ κρύφια, καὶ ἀποδιδόντι ἐν τοῖς φανεροῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εὐσχημόνως διὰ τοὺς ἔξω, καὶ μὴ βούλεσθαι λαβεῖν ἀπὸ τῶν ὁρώντων τὸν μισθὸν, καὶ τὴν χάριν. Ἀλλότριον γάρ ἐστι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας σάκκος προφανὴς, καὶ κόμη [8] μὴ ἐκτεμνομένη ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τῶν ἀποστόλων. Ἀνὴρ γὰρ, φησὶ, οὐκ ὀφείλει κομᾶν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων.

CAP. VI. — 1. δὲ cod. *Rhedig.*

2. καὶ πολιτείας *verba non habet cod. Rhedig.*

3. προελήφθησαν τύπῳ *codd. mss. uterque.* τύπῳ προελήφθησαν *editi.*

4. μάνδρες *codd. mss. uterque.*

5. καλουμέναι *cod. Rhedig. Quod ideo adnotandum duxi quod etiam cod. Ien. ea prius erat scriptura quam ab eadem manu* καλουμέναις *correctum est.*

6. κώμας γυναικικὰς *correxerunt Cornarius (in versione Lat.) et Petavius. Libri habent* κώμαις γυναικικαῖς.

7. *Cornarius vertit* et sacco conspicuo incedunt.

8. μὴ ἐκτεμνομένη *emendavit Salmasius Epist. ad Colvium super cap.* 11. *primae ad Corinth. Epist. pag.* 92 *sq.*

mitiis, oblationibus, ac reliquis id genus. Quae cum in potestate sua habeant, quibus regendorum a deo populorum est commissa provincia, horum tamen usui plene penitusque non indulgent, qui deo perfecte placere se velle profitentur.

Illi enim tametsi e sacerdotum numero sint, ad sanctissimi sui secundum deum in Christo patris imitationem (Paulum apostolorum intelligo), non omnes quidem, sed plerique tamen ad susceptam divini verbi praedicationem externam manuum operam adiungunt; quamcunque demum artem adepti sint, quae nec e dignitate sua, nec ab ecclesiae cura quam perpetuam gerunt, abhorreat, ut ipsorum conscientia, praeter illum divini verbi praedicandi laborem, propriarum manuum fructum ferens, ac cum sibi ipsi, tum fratribus et egentibus operis sui quaestum impertiens, voluptate perfundatur, hoc est tam primitias et oblationes, quam quod manuum suarum opera lucelli quaesierit cum proximis suis ultro pro ardenti in deum amore communicet. Atqui nulla ad id agendum necessitate coacti damnatique sunt. Sed cum iustissimos alios labores et ecclesiasticas occupationes habeant, et pro eo atque aequum est ali indidem debeant, abundantia quadam virtutis et prolixae voluntatis id sibi oneris imponunt. Etenim divinus illorum animus, et in dei timore stabilitus, infusaque a spiritu sancto scientia praeditus, coelestium opum quae in iustitia positae sunt desiderio tenetur, quas cum laude et gloria, egregiisque factis e divinis dogmatibus ac sacrarum literarum et oraculorum dei meditatione, atque e Psalmorum concentionibus et ecclesiasticis conventibus, nec non et sanctis ieiuniis, castitate, religiosissimo vivendi instituto, ac sponte sibi indicta ob amorem iustitiae manuum opera consequuntur. Est et alia quaedam vivendi forma ac disciplina, qua istiusmodi venerandi nostri fratres utuntur qui in Mesopotamia in monasteriis, quas *Mandras* appellant, domicilium fixerunt. Qui et comas muliebrem in modum promittunt, et cilicium propalam affectant. Sed nimirum oportebat sanctae virginis, ac nostrae matris ecclesiae liberos esse perhonestos, domum servantes, deoque, qui abdita occultaque novit ac palam praemia persolvit, uti scriptum est, in abdito servientes, idque decore, propter exteros et honeste, adeo ut nullam ab intuentibus mercedem aut gratiam exspectarent. Est enim ab ecclesiae catholicae et apostolorum doctrina prorsus alienum cilicium palam prae se ferre, ac comam summittere. *Vir enim*, inquit apostolus, *comam nutrire non debet, cum imago dei sit et gloria.*

Cap. VI.

Matth. 6, 6.

1. Cor. 11, 14.

ἐκτεμνομένη *librorum est scriptura.* ἐκτεινομένη *rescribendum iudicavit Cornarius (vertit enim* coma extenta) *et post eum Petavius.*

Κεφ. ζ΄. [1] Τί δὲ χεῖρον καὶ ἐναντίον; οἱ μὲν τὸ γένειον τὴν μορφὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀποτέμνουσι, τρίχας δὲ τῆς κεφαλῆς πολλάκις κομῶσι. Καὶ περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς [2] Διατάξεσι τῶν ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν τρίχας γενείου, μηδὲ ἑταιρισμῷ [3] κατακομεῖσθαι, μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν. Ἔπρεπε γὰρ Ναζωραίοις τοῦτο μόνον διὰ τὸν τύπον. Τύπῳ γὰρ [4] ἡγοῦντο οἱ παλαιοὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, ἔχοντες κόμην ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τὴν εὐχὴν, ἕως ὅτου ἦλθεν ἡ εὐχὴ τοῦ κόσμου καὶ ἐτελειώθη, κεφαλὴ δὲ πέφηνεν ὁ Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐγνώσθη τῷ κόσμῳ ὁ ὢν ἀεὶ καὶ μὴ γινωσκόμενος παρὰ τῇ πάσῃ ἀνθρωπότητι ἢ μόνον ἐνίοις τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν· ἵν' ὅταν γνῶμεν τὴν κεφαλὴν, μὴ
pag. 1074. καταισχύνωμεν τὴν κεφαλήν. Οὐ γὰρ ἕνεκεν τῆς ἰδίας κεφαλῆς λέγει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἰδίας εἰς Χριστὸν ἐνσκήπτει τὸ τῆς χλεύης ἔργον· ᾗ φησι ὁ ἀπόστολος, Αὐτὴ ἡ φύσις οὐ διδάσκει ἡμᾶς ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ ἀτιμία αὐτῷ ἐστι; Αὕτη δὲ ἡ ἀτιμία οὐκ ἐπαινετὴ ὡς ἐκείνη λέγουσα ὅτι, Αἰσχύνης καταφρονήσας. Οὐ γὰρ διὰ θεὸν ἡ ἀρετὴ, κἂν τε διὰ θεὸν ὑποληφθείη, ἀλλὰ διὰ φιλονεικίαν ὁ τρόπος παρελθόντος τοῦ κατὰ νόμον τύπου, καὶ ἐλθούσης τῆς ἀληθείας. Λέγει δὲ, Εἴ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὔτε αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ. Παρεξέβαλεν οὖν τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους καὶ ποιοῦντας, ἐν φιλονεικίᾳ τε ὄντας, ἀπό τε τοῦ θεσμοῦ τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. Ἀλλὰ ταῦτα ἠναγκάσθημεν λέγειν διὰ τὴν πρόφασιν τῶν προειρημένων Μασσαλιανῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ λαβόντες ἐκεῖθεν τοῦ φρονήματος τὴν νόσον, καὶ ἐκτραπέντες τὴν διάνοιαν, ἐξώκειλαν τῇ ἀληθείᾳ. Καὶ κατέστη αἵρεσις ἐν δεινότητι ἀργίας καὶ τῶν ἄλλων κακῶν.

Κεφ. η΄. Ταῦτά ἐστιν ἃ περὶ τούτων καὶ αὐτῶν ἀκηκόαμεν, τῶν εἰς χλεύην τῷ κόσμῳ καταστάντων, καὶ συρφετώδη νοῦν καὶ λόγους ἐξεμούντων, ἀσυστάτων δὲ ὄντων, καὶ ἀνελπίστων, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ οἰκοδομῆς ἔξω βεβηκότων. Ὅθεν καὶ περὶ τούτων ὀλίγα διαλαβόντες αὖθις εἰς ἀνατροπὴν αὐτῶν ἐργασόμεθα. Καὶ πρῶτον μὲν ὅτι [1] γυναῖκας μετὰ

Cap. VII. — 1. *Petavius suspicatus est* Ὁ δὲ χεῖρον *vel* Ἔτι δὲ χεῖρον. Magis placeret Ὅτι δὲ χ. κ. ἐναντίον, οἱ μὲν κτλ. *Cornarius scripturam libri sui secutus vertit* Quid vero fit peius et contrarium? *In cod. Rhedig. ante voc.* τί *rasura duarum vel trium litterarum conspicua est, et restat adhuc accentus* (`) *vocabuli erasi. Verba* τί δὲ χεῖρον *sunt a manu secunda, quae tamen eadem erat, adiecta.*

2. *Cf. Grabe Spicileg. I, pag.* 50 *sq.*

Sed deterius quiddam ac contrarium ab illis geritur, siquidem isti barbam, hoc est propriam viri formam, resecant, capillos vero ut plurimum prolixiores habent. Atqui quod ad barbam attinet, in Apostolorum Constitutionibus divino sermone ac dogmate praescribitur, ne ea corrumpatur, hoc est ne barba ponatur, neve meretricius cultus et ornatus usurpetur, ac ne per arrogantiam et fastum affectata quaedam iustitiae species in congressu ac consuetudine praeferatur. Illud enim Nazaraeis duntaxat ob figuram congruebat. Quippe veteres per futurarum rerum adumbratas imagines traducti sunt; velut cum comam ex voto promissiorem habuerunt, donec mundi votum advenit et impletum est, hoc est apparuit Christus dominus unicus dei filius, et innotescere mundo coepit ille ipse sempiternus quidem, sed ab omni genere hominum nequaquam agnitus, verum a quibusdam duntaxat, qui in ipsum crediderant; ut cognito capite nullam huic ignominiam imponamus. Nam non tam de proprio cuiusque capite loquitur apostolus, quam ab eo in Christum ipsum ludibrium contumeliamque derivat. *Nonne*, inquit, *natura ipsa nos docet quid vir comam si nutriat ignominia est illi?* Quod quidem ignominiae genus laudabile non est, ut illa quae dicit, *Ignominiam contempsisti.* Neque enim quasi quoddam virtutis officium, dei illud caussa suscipitur, tametsi ad deum pertinere videatur, sed a contentione ac pertinacia profectum est, cum iam pridem legis umbra figuraque praetergressa veritas ipsa successerit. Quare sic apostolus decernit: *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem con-* 1. Cor. 11, 19. *suetudinem non habemus, nec ecclesiae dei.* Quibus verbis eos qui tale aliquid faciunt, et contentiose refragantur, ab apostolorum regula ac dei ecclesia summovendos putat. Haec igitur omnia accepta a Massalianis occasione dicere necessarium habuimus, quod et ipsi indidem contracto opinionis illius morbo animoque depravati a veritate deciderunt; unde nova est haeresis ex otio et ignavia ceterisque pestibus conflata.

Cap. VII.

Haec sunt quae de istiusmodi hominibus accepimus, qui mundo ad ludibrium expositi videntur, quique plebeia ingenii sui sensa et sermones evomunt; ac nec ulla firmitate cohaerent, et omnino desperati sunt atque extra dei aedificationem constituti. Quare paucis illis adversus eos disputatis ad eosdem confutandos aggrediemur. Principio mulieres cum viris promiscue versari, nulla ex veteri eo-

Cap. VIII.

Constit. Apost. I, 3.

3. κατακομῖσθαι (*sic*) *cod. Rhedig.* κατακοσμεῖσθαι *coniecit Petav. Cornarius* κατακομᾶσθαι. *Vertit enim* neque meretricio more ob comam efferaris.

4. ἤγοντο *rescripsit Petavius, praeeunte Cornario, qui* ducebantur *vertit.*

Cap. VIII. — 1. *Libri vulgo* γυναῖκες.

ἀνδρῶν ἐπιτοαυτὸ εἶναι, οὔτε ἀπὸ παλαιᾶς συνηθείας τῶν φύσει συζυγιῶν κεκτημένων ὁ δίκαιος ὁρίζει λόγος, ἀλλὰ ἀνὴρ [2] γυνὴ ἐπιτοαυτὸ ἕνα πρὸς τὴν μίαν, ὡς Ἀδὰμ πρὸς τὴν Εὔαν, ὡς Σάῤῥα πρὸς τὸν Ἀβραὰμ εἶχεν, ὡς Ῥεβέκκα τῷ Ἰσαὰκ συνῆπτο. Εἰ γὰρ καί τινες τῶν πατέρων δύο καὶ τρεῖς γυναῖκας ἐσχήκασιν, οὐκ ἐν μιᾷ οἰκίᾳ αἱ γυναῖκες ἦσαν. Χοίρων γὰρ τὸ τοιοῦτον εἶδος, καὶ κτηνῶν ἡ τοιαύτη συνάφεια. Οὗτοι δὲ μᾶλλον εἰς ἔκπληξιν ἡμᾶς ἀναγκάζουσι φέρειν, ἐπαγγελλομένων αὐτῶν πρὸς γυναῖκας συνάφειαν μὴ ἔχειν, τοὐναντίον μᾶλλον τὴν χλεύην ἀπεργαζόμενοι, καὶ τὴν τελείαν αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι αἰσχύνην. Εἰ γὰρ καὶ γαμετὰς εἶχον οἱ τοιοῦτοι, σποράδην, οὐκ ἀναμὶξ ταύτας ὤφειλον κεκτῆσθαι. Εἰ δὲ καί εἰσιν ἐν συζυγίᾳ, οὐκ ἔδει αὐτοὺς τὸ ἐκ θεοῦ καταδειχθὲν, ἀνδρὸς πρὸς γυ-
pag. 1075. ναῖκα συνάφειαν, μετὰ εὐσχημοσύνης καὶ σεμνότητος καὶ ἐπιστήμης καὶ ἐξ ἰδίας ἐλευθερίας, ἐπὶ τὸ μέσον φέροντας φωράσαι. Εἰ δὲ καὶ ἀπέσχοντο γυναικῶν ἐν ἁγνείᾳ τινὲς ὄντες καὶ ἐν ἐγκρατείᾳ, ἐξύβρισαν τὸ δίκαιον, διὰ τῆς ἀνοησίας καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς πολίτευμα, διὰ τῆς ἐν ἀφροσύνῃ ἀφειδοῦς ἐργασίας, οὐ τῶν ἀποστόλων τοῦτο πεπραχότων, οὐ τῶν πρὸ τῶν ἀποστόλων προφητῶν τοῦτο διαταξαμένων.

Κεφ. ϛ'. Μωϋσῆς γοῦν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀναλαβὼν τὴν ὑμνηγορίαν ᾄδει τῷ θεῷ ᾆσμα, ἀνελθὼν ἀπὸ θαλάσσης, φάσκων, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. Ὁμοῦ δὲ ἐπεφώνουν αὐτῷ οἱ ἄνδρες, καὶ οὐδαμοῦ γυναῖκες· ἵνα τὴν εὔτακτον δείξῃ διάθεσιν, ἵνα τὸ σεμνὸν τῆς εὐταξίας τοῦ νόμου τοῦ θεοῦ κηρύξῃ. Εἶτα μετέπειτά φησι, Καὶ λαβοῦσα Μαριὰμ τὸ τύμπανον ἦρχε τῶν γυναικῶν, καὶ ἔλεγεν, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Καὶ γυναῖκες ὁμοῦ ἐπεφώνουν τῇ ὁμοτρόπῳ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ γένους ὑπαρχούσῃ, καὶ ἔν τινι προαγούσῃ, διὰ τὴν ἀνεπιστήμονα καὶ τὴν συρφετώδη διάνοιαν τῶν ἀναμὶξ ἐργαζομένων ἑτεροδιδασκαλίας. Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεώς φησι ὁ προφήτης, Καὶ κόψονται κατὰ φυλὴν, φυλὴ κατέναντι φυλῆς· φυλὴ τοῦ Νάθαν καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· φυλὴ τοῦ Ἰούδα καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτὰς, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι διατάσσουσι τῇ ἐκκλησίᾳ· οὕτω καὶ ὁ κύριος διέταξεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἀπὸ μιᾶς τὸ ὑπόδειγμα ἡμῖν κηρύττων, φήσας τῇ [1] μητρὶ αὐτοῦ, Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα. Οὕτως ὁ Γιεζεὶ προςέρχεται τῇ Σουμανίτιδι, [2] ἀπωθούμενος ταύτην· ἵνα μὴ ἀφανίσῃ τὸ τάγμα, ἵνα μὴ ὑβρίσῃ τὸν θεσμὸν τῶν προφητῶν. Ὁ δὲ προφήτης πνεύματι ἁγίῳ φερόμενος κατώδυνον

2. *Sic habent libri. Petavius voluit* μίαν *Mihi delenda plane videntur verba* ἀνὴρ καὶ γυνὴ ἐπιτοαυτὸ εἷς πρὸς τὴν ἀνὴρ γυνὴ, *utpote de margine invecta.*

rum consuetudine, qui in coniugio vixerunt, deprompta iustitiae et honestatis ratio patitur. Sed unus duntaxat cum una consociari debet, ut Adamus cum Eva, Sara cum Abrahamo, Rebecca cum Isaaco copulata legitur. Nam etsi quidam e patribus duas tresve uxores habuerint, non in eadem illae domo fuerunt. Nam haec alioqui forma coniunctioque porcis ac pecudibus convenit. At haeretici nostri maiorem nobis stuporem afferunt, qui cum nihil se cum mulieribus habere commune profiteantur, e contrario tamen turpia quaeque ac ridicula impensius perpetrant, et extremam suam ignominiam ostendunt. Etenim si uxores haberent illi separatim non promiscue habere illas oportebat. Si, inquam, coniugio essent obstricti, nefas erat viri cum muliere copulationem, quam deus cum omni modestia, gravitate ac prudentia coniunctam instituit, sponte sua in medium proferre ac patefacere. Quod si a mulieribus abstinent nonnulli, qui castimoniam sibi ac temperantiam indixerint, quam habent iustitiam per summam stoliditatem et honestae vitae disciplinam per inconsideratam illam vesanamque licentiam ignominiose traducunt. Nihil enim eiusmodi aut apostoli unquam fecerunt, aut ante apostolos prophetae constituerunt.

Imo vero Moyses in deserto carmen suum concinens canticum deo modulatur a mari digressus: *Cantemus*, inquit, *domino, gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare.* Atqui tum viris accinentibus mulieres ab illis abfuerunt; ut pudorem modestiamque demonstraret, et ut divinae legis gravitatem ac disciplinam ostenderet. Pergit vero deinde, *Maria porro tympanum sumens, praeibat mulieribus, et dicebat, Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est.* Cui mulieres pari modo succinebant, quae et ex eodem erat genere, et quodammodo supra ceteras eminebat; ut vel ex hoc uno imperitum ac plebeium illorum consilium institutumque refellatur qui peregrini dogmatis pudenda illa ac nefaria perpetrant. Ad haec de resurrectione propheta sic loquitur: *Et plangent tributim; tribus ex adverso tribus; tribus Nathan per sese, et uxores illorum seorsim; tribus Iuda per sese, et uxores illorum seorsim* etc. Sic et apostoli ecclesiae praescripserunt; nec non et dominus in evangelio mandavit et in una nobis exemplum praebuit, cum ita Mariae dixit: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum.* Ita porro Giezi ad Sunamitidem accedens feminam repellit, ne ordinem violaret, ac prophetarum instituto contumeliam faceret. At propheta spiritu sancto instinctus dolore confectam esse Sunamitidem

[Margin: Cap. IX. — Exod. 15, 1. — Zach. 12, 12. — Ioann. 20, 17. — 4. Reg. 4.]

Cap. IX. — 1. „Hallucinatio est" in margine adscripsit Petavius. 2. *Ed. Petav. Colon. repet. mendose* ἀποζούμενος.

ἑώρα τὴν Σουμανῖτιν, παραμυθίας δὲ χάριν ὑπερβέβηκε τὴν τάξιν, καὶ ἀνεδέξατο πρὸς τὴν ὥραν [3] παραμυθίας τῆς γυναικὸς χάριν, ἴσον ἡγησάμενος τὸ ἅπτεσθαι τῶν αὐτοῦ ποδῶν παρὰ συνήθειαν τὴν γυναῖκα τῆς αὐτῆς ἐν τῇ διανοίᾳ κακώσεώς τε καὶ λύπης. Καὶ τί μοι πολλὰ
pag. 1076. λέγειν περὶ τούτων, τῶν τοὺς κύνας μιμουμένων, καὶ τοὺς ὕας ζηλούντων; Περὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἑαυτὸν Χριστὸν, τίνι μανίας ὂν οὐκ ὀφθείη τὸ δόγμα τῶν σύνεσιν κεκτημένων; ἢ λέγειν ὅτι, Προφήτης ἐγώ; Τί γὰρ προφητείας παρ' αὐτοῖς εἶδος φαινόμενον; ἢ ποῖον Χριστοῦ θαυμαστὸν ἔργον γίνεται; Εἰ δὲ αὐτὸς Χριστὸς, εἰς ποῖον κύριον ἤλπικέ τε καὶ πεπίστευκε; Τί τὰ τῆς πλάνης κενοφωνήματα; τί τῶν ἀνοήτων τὰ δόγματα; Ἀλλὰ ἀρκέσει καὶ περὶ ταύτης τὰ εἰς αὐτὴν εἰρημένα.

Κεφ. ι'. Καὶ ἕως ὧδε ἐχέτω τὸ σφραγίσαι καὶ τελειῶσαι τὴν πᾶσαν ἡμῶν περὶ τούτων πραγματείαν· τοῦ θεοῦ ἡμῖν ἐπιφανέντος καὶ βοηθήσαντος, ὡς ὁμολογεῖν ἔστιν ἐκ πάσης ψυχῆς καὶ διανοίας, εὐχαριστεῖν αὐτῷ τῷ κυρίῳ, ὅτι τὸ ἐπάγγελμα, ὃ ἐπηγγειλάμεθα, ἐν αὐτῷ τῷ κυρίῳ κατηξιώθημεν τελειῶσαι, κατὰ αἱρέσεων δὲ, φημὶ, τὴν διήγησιν καὶ ἀνατροπὴν ποιησάμενοι, ἅμα τε καὶ ἀποκαλύψαντες παρ' ἑκάστῃ τί πράττεται, ὡς κατὰ τὴν [1] ἡμετέραν ὑπόστασιν τῆς ἀσθενοῦς ἀνθρωπότητος. Ἕως γὰρ ἐνταῦθα ὀγδοήκοντα αἱρέσεων, ὧν ἐνηχήθημεν [2] τῷ κόσμῳ, καὶ ἔγνωμεν τὸν ἀριθμὸν καὶ τὰς ὀνομασίας, καί τινων τὰς ῥήσεις, προφάσεις τε καὶ σχέσεις, τὰς ὁρμὰς καὶ τὰ αἴτια ἀπαραλείπτως ὑποδείξαντες, θαυμασμῷ φερόμενοι ἐκπεπλήγμεθα τὸ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ εἰρημένον ὅτι, Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, [3] καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· μία ἐστὶ, περιστερά μου, τελεία μου. Ὡς οὖν περὶ τῶν παλλακῶν τούτων τῶν ὀγδοήκοντα εἰρηκότες ἀπαρχῆς, Βαρβαρισμοῦ, καὶ Ἑλληνισμοῦ, καὶ Σκυθισμοῦ, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ, καὶ Σαμαρειτισμοῦ, [4] ὀνομασίας τῶν οὐκ οὐσῶν ἐνθέσμων γυναικῶν, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεπροικισμένων, οὐδὲ ἐν διαθήκαις τῶν τέκνων αὐτῶν κληρονομεῖν δυναμένων. Φύσει μὲν γάρ εἰσιν ἑβδομήκοντα πέντε, καὶ τούτων αἱ μητέρες πέντε, ὥσπερ Ἑλληνισμὸς, ἀφ' οὗ Ἕλληνες, καὶ Ἰουδαϊσμὸς, ἀφ' οὗ Ἰουδαῖοι καὶ αἱρέσεις, καὶ Σαμαρειτικὴ, ἀφ' οὗ Σαμαρειτισμὸς, καὶ Χριστιανισμὸς, ἀφ' οὗ ἐξεκλάσθησαν, ὥσπερ κλάδοι, αἱ ἀφορισθεῖσαι αἱρέσεις, εἰς ὄνομα Χριστοῦ κληθεῖσαι, μὴ οὖσαι δὲ αὐτοῦ, ἀλλ' αἱ μὲν ἀπὸ μήκο-
pag. 1077. θεν αὐτοῦ πολὺ διεστῶσαι, αἱ δὲ διά τι ἐλάχιστον ἀποκληρονόμους καὶ ξένας αὐτοῦ ἑαυτὰς καταστήσασαι, καὶ τὰ [5] αὐτῶν τέκνα, τῶν οὐκ

3. παραμυθίας codd. mss. uterque. παραμυθίειν editi libri.
Cap. X. — 1. Libri vulgo habent ὑμετέραν.
2. Fortasse excidit praepositio ἐν.
3. καὶ abest a codd. mss. utroque et edit. princ.
4. Rescribendum est ὀνομασίαις.

agnovit, ideoque, ut eam consolaretur, officii legem paululum transgressus est, ac propter illius solatium, quod ab ea fiebat, ad tempus est passus, cum pedes suos a muliere praeter consuetudinem attrectari calamitati ipsius ac luctui par atque aequale esse crederet. Verum quid ego diutius in illis refutandis immoror, qui canum porcorumve spurcitiam imitantur? Quod autem Christum se esse quilibet ex istis asserit, quis prudens non illud insaniae plenissimum arbitretur? aut cum se prophetas esse narrant? Quod enim prophetiae genus apud illos apparet? Quodnam vero, ut a Christo quondam, admirabile est ab illis opus editum? Quod si ipsemet est Christus, ecquem in dominum speravit ac credidit? Quae sunt illae tandem erroris ineptiae, quaeve stolidorum hominum dogmata? Sed adversus istam haeresin hucusque disputasse satis est.

Hic ego postremo toti a me operi suscepto finem imponam. Cap. X.
In quo singularem ergo nos divini numinis opem ac praesentiam sumus experti, quod ex toto animo, ac mente confiteri, eidemque domino gratias agere debemus, quandoquidem illo iuvante quicquid receptum a nobis promissumque fuit, feliciter ad exitum perduximus, ac cum haereses omnes exposuimus refutavimusque, tum quid ab unaquaque geratur pro virium nostrarum imbecillitate patefecimus. Ceterum cum octoginta haereseon, quas in orbem terrarum introductas ad hanc diem audivimus, quarumque numerum et appellationes, nonnullarum etiam decreta et argumenta, affectionesque cognovimus, cum, inquam, illarum origines caussasque nulla re, quoad fieri potuit, praetermissa docuerimus, vehementer illud admirari subit quod in sacris literis continetur: *Sexaginta sunt reginae,* Cant. 6, 7.
et octuaginta concubinae, et adolescentulae quarum nullus est numerus; una est columba mea, perfecta mea. De his igitur octoginta pellicibus hactenus egimus, Barbarismo, Hellenismo, Scythismo, Iudaismo, et Samaritismo, quae uxorum minime legitimarum nomina sunt, cuiusmodi neque ab rege dotem acceperunt, neque in testamenti tabulis cum filiis heredes scriptae sunt. Etenim si proprie loqui velimus, LXXV sunt haereses, quarum matres quinque sunt, puta Hellenismus, sive gentilium secta, a qua gentiles oriundi sunt, Iudaismus, unde Iudaei et haereses, ac Samaritica secta, unde Samaritismus, et Christianismus. Ab his velut rami quidam separatae haereses avulsae sunt. Quae licet Christi nomen prae se ferant, nihil tamen ad illum pertinent, sed partim longius ab illo distant, partim minimam ob caussam ob omni illius hereditate alienas ac peregrinas se faciunt, una cum ipsarum liberis; cum videlicet

5. αὐτὰ *cod. Rhedig.*

οὐσῶν ἐνθέσμων, ἔξω δὲ βεβηκυιῶν, μόνον δὲ τὸ ὄνομα ἐπικεκλημένων Χριστοῦ, περιλειφθήσεται ἡμῖν ἡ περὶ ἀληθείας ἀπόδειξις, αὐτῆς τε τῆς περιστερᾶς τῆς μονωτάτης ὑπὸ τοῦ νυμφίου ἐπαινουμένης.

Κεφ. ιαʹ. Καὶ ἐν σχολῇ ἡμῶν γενομένων, καὶ σφόδρα ἱκετευσάντων [1] θεὸν, σύντομον μὲν τῇ διαλογῇ, ἀσφαλῆ δὲ τῇ παραδόσει καὶ ὑπὲρ ἀληθείας ἀπολογίαν ἐν τῷ ἑξῆς ποιησόμεθα, οὐκ αὐτῆς ὑστέρας οὔσης, ἀλλὰ πρώτης, καὶ ἤδη δὲ τῶν [2] πρὸ τῶν αἱρέσεων ἐν τῇ ἐνδημίᾳ Χριστοῦ ἀνωτάτω ἡμῖν ὑπομνησθείσης, [3] νῦν δὲ πρώτην οὖσαν, καὶ Χριστῷ συνημμένην ἁγίαν νύμφην ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἥτις ἐστὶ σὺν τῷ Ἀδὰμ πεπλασμένη, καὶ ἐν τοῖς πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ πατριάρχαις κεκηρυγμένη, καὶ μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ πεπιστευμένη, καὶ διὰ Μωυσέως ἀποκαλυφθεῖσα, καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ προφητευομένη, ἐν Χριστῷ δὲ ἀναδειχθεῖσα, καὶ σὺν Χριστῷ ὑπάρχουσα, ἐν ὑστέρῳ δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν ἐγκωμιαζομένη. Δεῖ γὰρ τὸν ἀγωνιζόμενον πρῶτον ἐνίστασθαι τῷ ἀγῶνι, τῷ τε καμάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ ἀγῶνος παλαίσμασιν, ἵνα ὕστερον τὸν στέφανον κομισάμενος μετὰ τοῦ στεφάνου ἐν ἀγαλλιάσει διατελοίη, οὐ τοῦ στεφάνου ὑστάτου ὄντος, ἀλλὰ προκειμένου μὲν τῆς πάλης, ὕστερον δὲ διδομένου εἰς χαρὰν καὶ εἰς ἀγαλλίασιν τῷ κεκμηκότι. Ταῦτα δὲ περὶ τούτων εἰρηκότες ἐπὶ τοὺς προειρημένους [4] παρέλθωμεν λόγους, δεῖξαι πῶς ὀγδοήκοντα μέν εἰσι παλλακαὶ, ξʹ δὲ βασίλισσαι, πῶς μία ἡ παρθένος, καὶ ἁγνὴ, καὶ νύμφη ὅμου, καὶ περιστερὰ, καὶ ἀμνὰς, πόλις δὲ ἁγία θεοῦ, καὶ πίστις, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ πέτρα στερεὰ, ἐφ᾽ ἧς πύλαι ᾅδου [5] οὐ κατισχύσουσιν. Ὅμου γὰρ ἐν πᾶσι θεὸν ἐπικαλούμενοι, καὶ ἐπικαλεσάμενοι, ἐτύχομεν τῆς ἐπαγγελίας πληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν, τὴν κατὰ αἱρέσεων πασῶν φημι, ἥτινι ἐπαγγελίᾳ καὶ ἄχρι τῆς τῶν Μασσαλιανῶν ἐφθάσαμεν αἱρέσεως. Καὶ αὐτὴν δὲ καταπεπατηκότες τῷ [6] ὑποδήματι τοῦ εὐαγγελίου, ὥσπερ χαμαιλέοντα πολύπουν, ἀειδῆ, ἄμορφον, δυσοδμίαν πνέουσαν, ἐν πᾶσι θεῷ εὐχαριστήσωμεν, πατέρα ἐν υἱῷ, υἱὸν ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, [7] Ἀμήν.

Cap. XI. — 1. θεῷ *cod. Rhedig.* 2. *Suspicor* τῶν πρώτων αἱρέσεων. 3. *Petavius annotavit in margine* Haec depravata leviter. *Quid de hoc loco statuendum sit equidem incertus sum; suspicor scriptorem, id quod non semel sibi indulsit,* ἀνακολούθως *haec verba adiunxisse. Quod si minus placuerit, facile tibi erit emendare* ἣν νῦν ἰδὲ πρώτην οὖσαν.

nequaquam legitimae sint, sed inter externas habeantur, ac solum sibi Christianum nomen vendicent. Quae cum ita sint, veritas nobis ipsa declaranda superest, atque unica nimirum *illa columba*, quae a sponso collaudatur.

Quocirca cum otium nacti simus, post enixas ad deum preces, ut disputatione brevem, sic maiorum traditione certam veritatis defensionem deinceps instituemus. Quae quidem non tempore posterior, imo vero prior omnibus extitit; nosque de ea ante haereses omnes, cum de Christi incarnatione dissereremus, mentionem initio fecimus. Eadem porro nunc cum omnes antecedit, tum Christo domino post eius incarnationem, velut sponsa quaedam sanctissima coniuncta est. Quae et olim cum Adamo formata, et in illis qui Abraamum praecesserunt praedicata patribus, et post Abraamum fidem merita, et per Moysem patefacta, et apud Isaiam praedicta, et in Christo demonstrata, cum eoque simul existens, posteriore a nobis loco commendabitur. Nam athletam oportet primum omnium in certamine ac labore ceterisque generibus exerceri, ut postea coronam auferens in laetitia ac voluptate degat. In quo quidem corona ipsa non postrema omnium est, sed luctae ac certamini proposita postremo ei qui in arenam descenderit, ad voluptatem delectationemque tribuitur. Quae cum ita se habeant, ad institutum sermonem redeamus, idque demonstremus ipsum, quomodo cum octoginta pellices sint ac sexaginta reginae, unica virgo sit, et casta, eademque sponsa, columba, agna, sancta dei civitas, fides, *ac firmamentum veritatis, firma petra, contra quam portae inferi non praevalebunt.* Nam huc usque divina, quam imploravimus, ope ac praesidio freti hoc assecuti sumus ut susceptam a nobis de omnibus haeresibus disputationem absolveremus; quam ad Massalianorum haeresin usque perduximus. Hac itaque velut quodam evangelii calceo proculcata, perinde ac chamaeleonte multipede, turpi ac deformi, et graviter olente, ob haec omnia dei gratias agamus, ac patrem in filio, filium in patre cum sancto spiritu celebremus in saecula saeculorum, Amen.

Cap. XI.

1. Timoth. 3, 15. Matth. 16, 18.

4. παρέλθωμεν *codd. mss. et edit. princ.*
5. οὐ κατισχύσουσιν *cod. Rhedig.* οὐκ ἀτισχύσουσιν *cod. Ien.* οὐκ ἀντισχύσουσιν *editi libri.*
6. ὑποδήγματι *cod. Rhedig.*
7. *Subscriptio in codd. mss. est* Τέλος τὰ κατὰ μασσαλιανῶν (σαμαλιανῶν *cod. Ien.*) δόγματα.

pag. 1078.

Σύντομος ἀληθὴς λόγος περὶ Πίστεως Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας.

Κεφ. α'. Τὰ μὲν πολυειδῆ καὶ πολύτροπα καὶ πολυσχεδῆ τῶν σκολιῶν [1]βουλευμάτων τῶν ἐναντίων διαλαβόντες προπετῆ διδάγματα, καὶ πρὸς εἶδος καὶ γένος διελόντες, φροῦδα καὶ ἕωλα δυνάμει θεοῦ διηλέγξαμεν, τόν τε ἄπειρον τὸν ἀπὸ ἑκάστης αἱρέσεως βλασφημιῶν καὶ αἰσχρολογιῶν καὶ ἀηδεστάτων αὐτῶν μυστηρίων κλύδωνα διανηξάμενοι, μάλα μόλις τῶν ζητημάτων πάντη [2]ἐπιλυσάμενοι, καὶ τὴν τούτων μοχθηρίαν ὑπερβεβηκότες, τοῖς τῆς ἀληθείας γαληνίοις ἐπλησιάσαμεν χωρίοις, πάντα μὲν τόπον δυσθάλαττον διαπεράσαντες, καὶ πᾶσαν ζάλην καὶ ἀφρισμὸν καὶ κυμάτων [3]κύρτασιν ὑπομεμενηκότες, σάλον δὲ, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἴλιγγας, βράχη τε οὐ τὰ τυχόντα, καὶ θηριοβόλους τόπους θεασάμενοι, ἐν πείρᾳ τε τούτων διὰ τῶν λόγων γεγενημένοι, τὸν τῆς εἰρήνης λιμένα νυνὶ θεώμενοι, εἰς ὃν κατᾶραι σπεύδοντες, δι' εὐχῆς πάλιν τὸν κύριον ἀξιοῦμεν· ἤδη μὲν παντὸς φόβου καὶ θορύβου καὶ ναυτιάσεως [4]ὑπολωφῶντες, ἕξει δὲ καλλίστῃ [5]τὰς [6]ἀπὸ τῆς στερεᾶς [7]αὔρας ἐμπνεόμενοι, καὶ ἀσφαλείας, καὶ τοῦ τε εὐδίου λιμένος, ἐνισχυόμενοι τῷ πνεύματι ἤδη γεγήθαμεν, πολλὰ μὲν, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, μοχθηρὰ ἐπὶ τούτοις καὶ ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας ὑποστάντες, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὡς εἰπεῖν, πεζεύσαντές τε καὶ ποντοπορήσαντες, τῆς μὲν γῆς τὰ τραχῆ, καὶ τῆς ἐρήμου τὰς δυσχωρίας, καὶ τῶν προειρημένων πελαγῶν τοὺς κινδύνους, ὁμοῦ τε πόλιν ὁρῶντες, ἐπ' αὐτὴν σπεύσωμεν, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν παρθένον Χριστοῦ, καὶ νύμφην, ἀσφαλῆ τε βάσιν, καὶ πέτραν, σεμνήν τε μητέρα ἡμῶν, Χριστοῦ νύμφην, εὐκαιρότατα καὶ αὐτοὶ λέγοντες, Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ἰάκωβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κεφ. β'. pag. 1079. Ἄγε τοίνυν οἱ Χριστοῦ παῖδες, υἱοὶ τῆς ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας, οἱ τόδε τὸ σύνταγμα τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων ἡμέρως αὐτὸ διερχόμενοι, καὶ σὺν ἐμοὶ τὸν τοιοῦτον ὄγκον τῶν προειρημένων μοχθηρῶν διδασκαλιῶν διανηξάμενοι, διαπεζεύσαντές τε τὴν τοσαύτην ἔρημον, φοβεράν τε, καὶ ἐν δίψει κατατεταγμένην, ἐπικαλεσώμεθα τὸν τῶν

Cap. I. — 1. βουλεύματα *cod. Ien. et ed. princ. In cod. Rhedig. eadem manus restituit* βουλεύματα *ex* βουλευμάτων.
2. *Cornarius translulit* vix tandem a quaestionibus undiquaque extricati.
3. κύρτασιν *codd. mss. et edit. princ.* κύρτωσιν *edit. Petav. Similiter haec coniunxit haer.* 69, 79. ἄγριά τε κυμάτων κυρτώματα, ἀφρισμοὺς δὲ (*repone* τε) καὶ σάλους δεινούς.

Brevis ac vera Catholicae et Apostolicae Ecclesiae Fidei Expositio.

Posteaquam varia ac multiplicia e pravis exorta consiliis, ac temeraria inimicorum dogmata disputatione nostra complexi sumus, et per formas generaque distribuentes quam cassa et inania forent dei virtute patefecimus, tum vero ex immensis illis uniuscuiusque sectae contumeliarum in deum ac vocum turpissimarum acerbissimorumque mysteriorum fluctibus enatavimus, cumque omnibus quaestionum nodis aegre dissolutis, et illorum improbitate superata, ad tranquillam veritatis stationem appulerimus, difficili ac tempestuoso omni loco transmisso et procellis ac spumosis undarum vorticibus defuncti, ubi iactationem ac vertiginem experti saepius, tum brevia vadosaque et infesta beluis loca quamplurima prospeximus, quae quidem iis in disputationibus commentariisque periclitati sumus, cum postremo pacis portum eminus intueamur, ad eum navem applicare cupientes divini numinis opem rursus implorabimus. Ac metu quidem omni et trepidatione nauseaque cessante, optimo in statu positi, iucundissimoque certioris aurae ac securitatis afflatu perfruentes, tranquillum iam in portum subducti spiritu animoque gestimus. Etenim iis in omnibus, si verum fateri volumus, pluribus incommodis et maximis iniuriis conflictati ac terrestri maritimoque itinere confecto, quorum in illo impeditas ac difficiles salebras et solitudinis asperitates, in hoc varia pericula fuimus emensi, cum iam civitatem prospiciamus, ad ipsam properemus sanctam Hierusalem, Christi virginem ac sponsam, basin et petram solidissimam, venerandamque matrem nostram et eandem Christi sponsam. In quo opportune istud usurpare possumus, *Venite, ascendamus ad montem domini, et ad domum dei Iacob, et annuntiabit nobis viam suam* etc. Cap. I. Esai. 2. 3.

Agite itaque Christi filii ac sanctae dei ecclesiae liberi, qui hoc nostrum de LXXX haeresibus opus benigne percurristis, quique mecum altissimum illum pravorum dogmatum, quae hucusque percensuimus, gurgitem tranastis, ac vastam et formidabilem siticulosamque solitudinem peragrastis, rerum omnium dominum implore- Cap. II.

4. ὑπελωφῶντες *cod. Rhedig.*
5. *Ineptiit Petavius voculam* τὰς *uncinis includens, tanquam delendam iudicaret.*
6. πρὸ *pro* ἀπὸ *mendose legitur in edit. Petav. Colon. repet.*
7. *Vulgo libri* ἄβρας. *Quam recepi scripturam* αὔρας, *ea Petavio debetur. Verte* securitatis ex terra firma auris afflati.

ὅλων κύριον, πάλαι μὲν ἐν ἐπιθυμίᾳ τούτου ὄντες, καὶ [1] καθ' ἕκαστον τόπον τῶν αἱρέσεων τούτων, ὥσπερ ἐν Μερρᾷ τόπῳ, καὶ ἐν δίψει τῆς φοβερᾶς ἀβάτου ἐρήμου, ἀεὶ συναντῶντες τοῖς σκολιοῖς αὐτῶν λόγοις, ἐπιφωνήσωμεν καὶ αὐτοὶ, Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ θεός· καὶ πάλιν, Πότε ἔλθω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ; Διὰ τοῦτο τάχιον καὶ αὐτοὶ ἐπικαλεσώμεθα, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ἐκάλει τὴν νύμφην, νυμφίος αὐτῆς τυγχάνων, καὶ κύριος, καὶ δεσπότης, καὶ βασιλεὺς, καὶ θεὸς, καὶ ὑπέρμαχος, ἀλλ' ὡς δοῦλοι αὐτοῦ ἡμεῖς ἐπικαλεσώμεθα, συνῳδὰ τῷ αὐτῷ καὶ αὐτοὶ λέγοντες, Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη, ὅτι ὅλη καλὴ εἶ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί· ὁ παράδεισος τοῦ μεγάλου τεχνίτου, ἡ πόλις τοῦ ἁγίου βασιλέως, ἡ νύμφη τοῦ ἀσπίλου Χριστοῦ, ἡ παρθένος ἡ ἁγνὴ, μόνῳ ἑνὶ ἀνδρὶ ἐν πίστει μεμνηστευμένη, ἡ διαφανὴς, καὶ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ὡς ἥλιος ἐκλεκτὴ, θάμβος ὡς τεταγμένη, ἡ μακαριζομένη ἀπὸ τῶν βασιλίδων, καὶ ἐξυμνουμένη ὑπὸ τῶν παλλακίδων, ἡ ὑπὸ τῶν θυγατέρων ἐπαινουμένη, καὶ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀνερχομένη, καὶ λελευκανθισμένη, καὶ ἐπὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτῆς ἐπιστηριζομένη, ἡ μύρων πνέουσα, ἣ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀνερχομένη, ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη, σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ κονιορτῶν μυρεψοῦ, τοῦ δεδωκότος ἑαυτοῦ τὴν εὐοδμίαν· ὃν προορῶσα ἔλεγε, Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε· ἡ ἑστηκυῖα ἐκ δεξιῶν τοῦ βασιλέως, ἐνδεδυμένη κροσσωτὰ, διαχρύσοις πεποικιλμένη, ἡ μηδὲν σκοτεινὸν ἔχουσα, ποτὲ δὲ μεμελανωμένη, νυνὶ δὲ καλὴ καὶ λευκανθισμένη, ἵνα ἐν σοὶ γενόμενοι λωφήσωμεν τῶν προδιελθόντων ἡμᾶς στυγερῶν τῶν αἱρέσεων πραγμάτων, καὶ ἡσυχάσωμεν ἀπὸ σάλων τῆς τῶν αὐτῶν τρικυμίας, καὶ ἀναψύξωμεν ἐν σοὶ, ἁγία μήτηρ ἡμῶν ἐκκλησία, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐν σοὶ
pag. 1080. διδασκαλίᾳ, καὶ ἁγίᾳ καὶ μόνῃ πίστει θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ. Ἀλλὰ ἄρξομαι περὶ ταύτης τῆς ἁγίας πόλεως θεοῦ τὰ θαυμαστὰ διηγεῖσθαι. Τὰ γὰρ δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ αὐτῆς, ὥς φησι ὁ προφήτης, Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ θεοῦ, ἀνθρώποις μὲν πᾶσιν ἀνέφικτα, ἀπίστοις δὲ ἀλλότρια, πιστοῖς δὲ ἀνθρώποις καὶ ἀληθινοῖς ἐν μέρει, ἐν ὑποσχέσει δὲ τελειώσεως, [2] ὡς παρὰ τοῦ αὐτῶν δεσπότου παρασχεθησόμενα ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅπου αὐτὴ ἡ ἁγία παρθένος καὶ κληρονόμος σὺν τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ ἐν οὐρανῷ ἔσχε τὸν κλῆρον καὶ τὴν κληρονομίαν.

Κεφ. γ'. Καὶ πρῶτον μὲν, ὅτι ὁ θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων ἡμῖν θεὸς ὑπάρχει τοῖς ἐκ τῆς ἁγίας ταύτης ἐκκλησίας γεννηθεῖσιν· ἀπόδειξις γὰρ [1] αὐτὴ πρώτη περὶ [2] ἀληθείας καὶ ἑδραίωμα πίστεως τῆς μόνης ταύτης παρ-

Cap. II. — 1. καθέκαστον τόπον codd. mss. uterque. καθέκαστον τόπων editi libri. 2. *Spurium iudicasse videtur hoc* ὡς, *quod uncinis inclusit, Petavius.*

Cap. III. — 1. *Scribendum* αὕτη, *ni*

mus. Quod quidem iamdudum in votis habuimus, cum in quolibet sectarum istiusmodi loco, sic tanquam in Marrha, et in formidolosa Exod. 15. ac squallida et inaccessa solitudine, in obliquos ac tortuosos illorum sermones incurreremus. Nunc illud iure nostro pronuntiemus, *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima* Psalm 42, 1. *mea ad te, deus;* item, *Quando veniam, et apparebo ante faciem dei?* Quin et nos eiusdem scripturae verbis sponsam vocemus, non ut ille ipsius sponsus ac dominus, rex, deus, et protector, sed ut eius servi iisdem quibus ipse verbis illam appellemus, *Veni de Libano* Cant. 4, 8. *sponsa, quoniam tota pulchra es, et macula non est in te:* Paradise summi artificis, sancti regis civitas, puri illibatique Christi sponsa, castissima virgo, uni ac singulari viro desponsa per fidem, splendida et *diluculi instar emergens, pulchra ut luna, electa ut sol, terri-* Cant. 6, 9. *bilis ut castrorum acies ordinata*, quam *reginae beatam praedicant*, et pellices celebrant, et puellae collaudant, *quae ascendis e deserto,* Cant. 3, 6. splendidissimo candore collucens, et *innixa patrueli; quae unguentorum fragrantium redoles, quae ascendis e deserto, tanquam virgula fumi ex myrrhae turisque suffitu, atque ex aromatarii pulvisculo, qui suavissimum odorem exhalavit.* Quem illa praevidens dicebat, *Unguentum* Cant. 1, 2. *effusum nomen tuum: propterea et adolescentulae dilexerunt te: quae ad* Psalm. 44, 14. *dexteram regis assistis, fimbriatis induta vestibus* et intextis auro, variisque perpolita. quae tenebricosum nihil habes, aut obscurum, *quae* Cant. 1, 5. *nigrore quondam infecta, pulchra nunc es, et candida:* ut cum ad te pervenerimus a tristissimis illis haereseon molestiis, quas hactenus obivimus, aliquando cessemus, et a tempestatum decumanorumque, qui illic sunt, fluctuum iactatione conquiescentes in te, sancta mater ecclesia, et in sancta doctrina tua ac sancta pariter, solaque dei fide et veritate respiremus. Sed quae in hac ipsa sanctissima dei civitate admiratione digna sunt narrare iam aggrediar. Gloriosa enim de illa dicta sunt, ut propheta loquitur, *Gloriosa dicta sunt de* Psalm. 86, 3. *te, civitas dei!* Quae sunt eiusmodi ut cum nemo ea mortalium penitus assequi possit, tum ab infidelibus aliena, fidelibus ac veritatis studiosis ex parte liceat attingere, ostensa iisdem interim promissaque illorum perfecta possessione, quam in coelesti regno ipsorum dominus exhibebit, ubi sancta illa virgo et heres cum sponso suo hereditatem ac patrimonium obtinuit.

Principio tenendum illud est, moderatorem omnium deum ad Cap. III. nos pertinere proprie, qui e sancta illa sumus ecclesia geniti. Haec est enim omnium in tradenda veritate primo demonstratio, et

fallor, et ita verterunt Cornarius atque Petavius.

2. ἀληθείας (ἀληθ cod. Ien.) *codd. Ien. et Rhedig.* ἀλήθειαν *editi.*

θένου, καὶ ἁγίας περιστερᾶς, καὶ ἀκάκου· περὶ ἧς ὁ κύριος ἐν πνεύματι τῷ Σαλομῶντι ἀπεκάλυπτεν ἐν Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων, καὶ ἔλεγεν, Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μού, μετὰ προσθήκης [3] τὸ Μοῦ, καὶ Μοῦ. Αὐτοῦ γὰρ περιστερὰ, καὶ αὐτοῦ τελεία· ὡς τῶν ἄλλων λεγομένων, καὶ μὴ οὐσῶν, αὐτῆς δὲ διττῆς ὀνομαζομένης. Ἐπὶ γὰρ ταῖς ἄλλαις οὐκ εἶπεν, ὀγδοήκοντά εἰσι παλλακαί μου, ἀλλὰ ταῖς μὲν βασιλίσσαις διὰ τῆς ἐνδόξου ὀνομασίας τὴν συνάφειαν τῆς τιμῆς ἀπένειμεν· ἐπὶ δὲ ταῖς παλλακαῖς τὸ ἀλλότριον τέλεον ἀπεφήνατο. Ὧν τοὺς ἀριθμοὺς εἰς ὄνομα λαμβάνοντες, κατὰ τὴν ἀναγωγὴν τῆς θεωρίας ἐπεργάσασθαι ἐν τῷ τόπῳ ἀναγκαζόμεθα, διὰ τὸ μὴ ὑπερβαίνειν, ὅτι ψυχρολογοῦντες, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ λόγους διὰ τῶν ἀληθινῶν γραφῶν ταῖς ἀληθιναῖς θεωρίαις ἀντεξετάζοντες. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ὁ ἀριθμὸς γεγραμμένος ἀπαράβατός ἐστιν ἑκάστης ὑποθέσεως, καὶ οὔτε δύναται τὸ ἐν ἀριθμῷ κατατεταγμένον ἕωλόν τι εἶναι, οὔτε εἰς ἀργότητα ἐν τῇ γραφῇ ἐπιμετρεῖσθαι. Βασίλισσαι δέ εἰσιν αἱ ἤδη πρότερον εἰς γενεαλογίαν ὠνομασμέναι ψυχαί. Ὡς γὰρ βασιλεῖ συνέπονται πλήθη πολλὰ, τοῦ δὲ βασιλέως κεφαλῆς οὔσης, ὥσπερ ἐπὶ σώματος πολλῶν μελῶν ὄντων, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὁ εἷς ἄν-
pag. 1081. θρωπος ἀριθμηθήσεται, οὕτως ἀπὸ τοῦ ἑνὸς βασιλέως τὸ πᾶν πλῆθος, τὸ ὑπὸ τὸν βασιλέα, εἰς ἕνα ἀναλογισθήσεται.

Κεφ. δ'. Βασίλισσα τοίνυν ἡ γενεὰ ἐν Χριστῷ κέκληται· οὐ τῆς πάσης γενεᾶς βασιλευσάσης, ἀλλὰ τῆς μιᾶς τῆς ἐπιγνούσης τὸν κύριον δι' ὀνομασίας τοῦ ἀνδρὸς [1] αἰτία τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα καὶ τάξιν [2] φερομένης, ὡς οἷον εἰπεῖν, Ἀδὰμ καὶ πᾶσα αὐτοῦ γενεὰ, βασίλισσα αὕτη ἀριθμηθήσεται, ἥ τε αὐτοῦ ἀρχὴ καὶ ἡ πατριαρχία βασιλεύσασαι μετὰ τῶν μετ' αὐτοῦ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν γνῶσιν καὶ ἣν κατηξίωται πρώτην πλάσιν πλασθῆναι, καὶ ὡς μετάνοιαν πρῶτος ἐνεδείξατο, ὡς ἔχει ἡ ἀκολουθία. Εἶτα μετὰ τοῦτον Σὴθ, καὶ ἡ πᾶσα μετ' αὐτοῦ ἀνθρωπότης, καὶ Ἐνὼς, καὶ Καϊνᾶν, καὶ Μαλελεὴλ, καὶ Ἰάρεδ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσάλα, καὶ Λαμὲχ, καὶ Νῶε· τούτων τῶν ἁγίων τῶν καταλογάδην ἐν ἀριθμῷ κατὰ γενεὰν καταριθμηθέντων, ὧν ὁ ἀριθμὸς παρὰ Ματθαίῳ δείκνυται. Ἑξήκοντα γὰρ καὶ δύο γενεαί τε καὶ πατριαρχίαι παρ' αὐτῷ ἐμφέρονται διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν ἐντελεστέρων ἀνδρῶν, πρὸς τὸν θεὸν τὴν γνῶσιν ἐσχηκότων, ἢ δι' ἑτέραν τινὰ ἀριστείαν τὴν βασιλικήν τε δόξαν καὶ ἐμβρίθειαν μετεσχηκότων· [3] ὁ κατάλογος

3. *Scribendum* τοῦ, *nisi fallor.*

Cap. IV. — 1. αἰτία *recte suspectum habuit Petavius, qui id vocabulum uncinis damnavit. Corrigendum videtur* αὐτὸ *vel* αὐτῆς.

2. φερομένης *emendavit Petavius.* φερομένου *editi cum cod. Ien.* φερομένην *cod. Paris., teste Petavio.* φερουμένην *an*

unicae virginis illius ac sanctissimae et innocentis columbae fidei firmamentum; de qua dominus sancti spiritus afflatu per Salomonem haec in Canticorum Cantico significavit: *Sexaginta sunt reginae, et* Cant. 6, 7.
octoginta pellices, et adolescentulae quarum nullus est numerus: una est columba mea, perfecta mea. Ubi bis illa repetita vocabula *mea* et *mea*. Huius enim columba, huius est illa perfecta, ut ceterae appellentur ita quidem, minime tamen sint, ipsa vero eo nomine dupliciter insignita sit. Quare cum de aliis loqueretur, non dixit, Octoginta sunt pellices meae, verum reginis eximia illa appellatione proximum quendam honorem attribuit, pellices vero prorsus alienas esse declaravit. Amborum porro numerum cum nominatim habeamus expressum, contemplatione nostra altiorem ad sensum evecta nonnihil expolire istud hoc loco cogimur, ut ne tanquam frigidum ineptumque praetereamus, sed quae dicuntur, ex rei veritate ac verarum auctoritate scripturarum vera animi contemplatione perpendamus. Etenim ubicumque numerus concipitur, oscitanter praetermitti non debet, neque quod ita comprehenditur, vanum quiddam et inane videri aut otiosum existimari. Reginae porro sunt quae iam antea stirpis in serie numeratae sunt animae. Ut enim regem innumera multitudo comitatur, cumque rex capitis instar sit, perinde atque in corpore, cum plura membra sint, capite ipso censeri unus homo numerarique solet, sic ab uno rege multitudo omnis subiecta regi ad eundem illum referetur.

Quamobrem reginae nomine generatio in Christo continetur; Cap. IV.
non quod omnis generatio regnaverit, sed quod una duntaxat domini cognitione praedita ex viri unius appellatione regiam dignitatem sit ordinemque consecuta. Exempli gratia Adamus cum tota progenie regina una censebitur, illiusque principatus, et ab eo deductum stirpis initium, penes quos regia dignitas extitit, cum iis qui cum illo coniunguntur propter dei cognitionem, quodque primus omnium a deo fingi formarique meruerit, tum quod poenitentiae primus exemplum dederit, ut ex eius historia constat. Post Adamum Sethus, et universi ad eum adscripti mortales. Item Enos, Caïnan, Male- Matth. 1.
leel, Iared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noë. Horum omnium sanctorum virorum, qui singillatim per generationes recensentur, quorumque numerus apud Matthaeum initus est, a quo LXII generationes ac patrum origines praestantiorum virorum nominibus expressae sunt, qui dei notitiam adepti sunt, aut quod in aliqua alia re insigniter atque eximie sese gesserunt, regium et splendorem et

φερομένων habeat cod. Rhedig. dignoscere non potui.

3. *Fortasse* ὧν ὁ κατάλογος.

τοῦ ἀριθμοῦ ἐμφέρεται ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Καὶ γὰρ γενεαὶ παρεληλύθασιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε δέκα, καὶ ἀπὸ τοῦ Νῶε ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ ἄλλαι δέκα, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Δαβὶδ γενεαὶ ιδ', ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας γενεαὶ ιδ', καὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ ιδ', ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἄχρι Χριστοῦ ἑξήκοντα δύο γενεάς. Αἵτινες ἑξήκοντα διὰ τὴν συντομίαν ἠρίθμηνται. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑβδομηκονταδύο στελέχων φοινικῶν ὑπαρχόντων, ἑβδομήκοντα ἡ γραφὴ ὠνόμασε. Καὶ εἰς τὸ ὄρος προςκεκλημένων ἑβδομήκοντα, ἑβδομήκοντα δύο εὑρίσκονται σὺν τῷ Ἐλὰδ, καὶ Μωδάδ. Καὶ ἑβδομήκοντα δύο [4] ἑρμηνεύσαντας ἐπὶ Πτολεμαίου, διὰ δὲ τὴν συντομίαν εἰώθαμεν λέγειν τῶν ἑβδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν. Οὕτω καὶ νῦν ἑξήκοντα βασίλισσαι, οἶμαι, εἴρηνται, ἐξαιρουμένου τοῦ τε ἄνωθεν ἀριθμοῦ καὶ τοῦ κάτωθεν διὰ τὸ μεσαίτατον
pag. 1082. τῶν ἑξήκοντα πρὸς τύπους καὶ ἀναγωγὴν τῆς τελείας θεωρίας· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἓξ δεκάδων τὴν τῆς ἑξαημέρου πληροῦσθαι περίοδον συμβαίνει, [5] εἰς τὸ συνάπτεσθαι ἀπὸ ἑκάστης γενεᾶς ὁσίων ψυχῶν ἐν θεῷ βασιλευουσῶν κατὰ τὴν πίστιν. Ἔνθεν γὰρ καὶ ἓξ ὑδρίαι εὑρίσκονται ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας λίθιναι, αἵτινες λείψασαι πάλιν ἐπληροῦντο, χωρήσασαι ἐν αὐταῖς ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, περὶ τοῦ μέτρου τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης καὶ τριάδος τοῦ πληρώματος· αἵτινες ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον ἄκρατον μεταβέβληνται, πληρωθεῖσαι εἰς εὐφρασίαν γάμων καὶ υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἔνθεν γὰρ τὸ ἑξαγωνιαῖον καλεῖται παρὰ τοῖς ἔξωθεν λόγοις διὰ τριάδος καὶ ἑβδομάδος εἰς εἰκοσιένα ἀριθμὸν γεωμετρούμενον, οὗ ἑξαγωνιαίου σημασία ἐστὶ πληρώσεως τοῦ παντὸς ὁρωμένου κύτους, διὰ τὸ τετραχῇ ἔχειν, ὡς εἰπεῖν, τὸ τετραγώνιον, ὑποβάθραν τε καὶ τὴν ἄνωθεν τῆς ὀροφώσεως σκέπην ἕκτον ἀριθμὸν τελεῖν.

Κεφ. ε'. Ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πλάτος μηκύνω τὸν λόγον, πάλιν ἱκανῶς ἔχειν νομίζω περὶ τῶν ἑξήκοντα βασιλισσῶν ἕως τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας γενεῶν ἀριθμηθεισῶν τὰ εἰρημένα· μετὰ δὲ τὸν Χριστὸν καὶ δεῦρο τυγχανουσῶν λοιπὸν γενεῶν καθὼς αὐτῷ τῷ κυρίῳ [1] μόνῳ ἔγνωσται. Οὐκέτι γὰρ κατὰ γενεὰν οἱ ἀριθμοὶ παρά τισιν ἀνηνέχθησαν, ἢ κατετάχθησαν, διὰ τὸ ἐπισφραγίσθαι τὸν ἀριθμὸν τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, καὶ ἀποκεκλεῖσθαι διὰ τοῦ τῶν βασιλισσῶν ἀριθμοῦ ἕως αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἠριθμημένου. Λοιπὸν γὰρ οἱ μετέπειτα συγγραφεῖς, ἢ λογογράφοι, ἢ χρονογράφοι, ἢ [2] ἱστοριογράφοι, οὐκέτι γενεὰς ἀριθμοῦσιν, ἀλλ' ἢ βασιλέων τὰς διαδοχὰς καὶ χρόνους κατὰ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἑκάστου βασιλέως. Ὥςτ' ἐξάπαντος εὖ μάλα τὸν συνε-

4. ἑρμηνεύσαντας codd. Ien. Rhedig. Paris. ἑρμηνεύσανται vitium est edit. princip. ἑρμηνεύσαντες suspicatus est Petavius, non videns accusativum ἑρμηνεύ-

maiestatem obtinuerunt, horum, inquam, catalogus ad usque Christi domini natalem pertexitur. Nam ab Adamo ad Noëmum usque generationes praeteriere decem. Totidem a Noëmo ad Abraamum. Ab hoc ad Davidem XIV. A Davide ad captivitatem XIV. Hinc ad Christum similiter XIV. Colliguntur ab Adamo usque ad Christum generationes LXII, quae brevitatis gratia LX solummodo numerantur. Nam et in solitudine cum LXXII palmarum caudices forent, LXX tantum scriptura memoravit. Ita cum ad montem LXX vocati fuissent, accedentibus Elad et Modad LXXII sunt reperti. Praeterea cum LXXII Ptolemaeo regnante sacros libros interpretati sint, nos tamen compendii gratia LXX virorum editionem nominare consuevimus. Sic et LXX modo reginae mea quidem sententia commemoratae sunt, ut extremis utrimque sublatis medius ille sexagenarius ad figuram et imaginem ac perfectam contemplationem evehendam superesset. Senis quippe decadibus sex dierum circuitus absolvitur, ut sanctarum animarum, quae ex fide in deo regnant, fiat ex qualibet generatione coniunctio. Unde et sex hydriae Canae in Galilaea lapideae fuisse dicuntur, quae cum essent exhaustae, rursus implentur, singulae metretas duas tresve capientes, qui modus ad vetus novumque testamentum et trinitatis complementum refertur. Eaedem porro hydriae ex aqua in merum vinum conversae sunt, cum ad nuptiarum hilaritatem et filiorum hominum oblectationem impletae fuissent. Hinc etiam sexangula a mathematicis figura nominatur, quae per ternarium septenariumque ad XXI. geometrica modulatione perducitur. Qua quidem hexagonus totius universitatis impletam vastitatem significat. Nam qui in eo est quadrangulus quaternarium numerum, basis vero ac superior pars, sive fastigium, senarium perficiunt.

Exod. 15, 27. Num. 11, 27. Ioann. 2.

Cap. V.

Sed ne longior sim, satis hactenus de reginis illis LX dictum arbitror, hoc est generationibus quae ad Christum usque numerantur. Post Christum vero ad hoc tempus quot generationes deinceps successerint solus novit dominus. Non enim amplius per generationes temporum est ab ullo deducta digestaque series, pro eo quod numerus iste per illam ipsam reginarum enumerationem, quae ad Christum dominum recensentur, velut obsignatus ac conclusus est. Nam qui postmodum extitere scriptores ac commentatores aut chronologi vel historici nullas amplius generationes numerant, sed regum successiones ac tempora, quorum singillatim annos describunt. Ex

σαντας, *quamvis interposita particula* δὲ, *ad* λέγειν *verbum una esse adstruendum.*

5. „Haec leviter depravata" *in margine adscripsit Petavius.*

Cap. V. — 1. ἔγνωσται μόνῳ *cod. Rhedig.*

2. *Libri vulgo* ἱστορογράφοι.

τὸν γινώσκειν ὅτι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ζητήματος τὸ πᾶν τοῦ χρόνου συνετμήθη εἰς τὸν τῶν ξβ' γενεῶν ἕως Χριστοῦ ἀριθμὸν, διὰ τὸ μηκέτι μετὰ Χριστὸν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην διὰ γενεαλογιῶν τοὺς τοῦ κόσμου χρόνους ἀριθμεῖσθαι, τελειουμένου ἐν μιᾷ συνενώσει [3] τε σημαινομένῃ κατὰ τὸ τῆς εὐδοκίας θεοῦ ἀμετάστατον ἔρεισμα· ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῆς τὴν τοῦ αἰῶνος συντέλειαν συντεμνομένην [4] καὶ ἐπὶ τὸ με-
pag. 1083. ταβατικὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πληρουμένην. Διὸ λέγει, Μία ἐστι περιστερά μου, τελεία μου, ὡς ἕως αὐτῆς τῶν πάντων τελειουμένων, κἄν τε χρόνοι καὶ καιροὶ ἐνιαυτοί τε καὶ διαστήματα γενεῶν, κατά τε βασιλέας, ἢ ὑπάτους, ἢ Ὀλυμπιάδας, ἢ ἡγεμονίας, ὁ αἰὼν ἑαυτὸν ἀριθμήσειεν. Ὀγδοήκοντα δὲ παλλακαὶ, αἵτινες ἐν μέσῳ τῶν βασιλίδων καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου βασιλείας, τουτέστι τῆς πίστεως, καὶ αὐτῆς ταύτης τῆς νύμφης καὶ παρθένου, καὶ ἀσπίλου τε καὶ περιστερᾶς, τῆς μόνης τῇ μητρὶ καὶ τῇ τεκούσῃ.

Κεφ. ϛ'. Ἐκκλησία γάρ ἐστιν ἀπὸ μιᾶς πίστεως γεγενημένη, τεχθεῖσα δὲ διὰ πνεύματος ἁγίου, μία τῇ μόνῃ, καὶ μία τῇ γεγεννηκυίᾳ. Καὶ ὅσαι μετὰ ταύτην ἦλθον, καὶ πρὸ αὐτῆς, παλλακίδες ὠνομασμέναι, αἵτινες τὸ πᾶν οὐκ ἀλλότριαι γεγένηνται διαθήκης καὶ κληρονομίας, μὴ πεπροικισμέναι δὲ ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ μὴ δεξάμεναι ὑποδοχὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, μόνον δὲ συνάφειαν ὑπὸ συνείδησιν πρὸς τὸν λόγον ἐσχηκυῖαι. Καλῶς γὰρ ὁ Ἑβραῖος τὴν παλλακίδα ἔφρασε, φήσας [1] αὐτὴν Φελεγέσθα. Φελὲγ, ὃ ἑρμηνεύεται ἥμισυ, Ἔσθα, γυνή· ἵνα εἴπῃ, Ἥμισυ γυναικός. [2] Ὅσον μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὸν κύριον, πάντας κέκληκεν εἰς ἐλευθέριον φῶς, φήσας, Ὡς ἔχετε τὸ φῶς μεθ' ἑαυτῶν, ἐν φωτὶ περιπατεῖτε, καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολος λέγων, Ὑμεῖς δὲ ἡμέρας ἐστὲ τέκνα, καὶ τέκνα φωτός. Καὶ πάλιν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, Ὁποιῶν τὰ φαῦλα μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. Οὕτω καὶ παλλακίδες, οὐκ ἐν τῷ προφανεῖ, οὐκ ἐν τῇ τελειώσει, οὐδὲ ἐν προικὶ ἄγονται τοῖς ἀνδράσιν, εἰ καὶ συνάφειαν σχοῖεν αἱ αὐταὶ πρὸς τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν, οὐ μέν τοί γε τὴν τῆς ἐλευθέρας γυναικὸς τιμὴν καὶ ὀνομασίαν καὶ βεβαίωσιν καὶ φερνὴν καὶ ἕδνα καὶ προικισμὸν καὶ γνησιότητα ἔχειν δύνανται. Παλλακίδες γοῦν αἱ καθεξῆς ἀριθμηθεῖσαι αἱρέσεις, ὡς ἄνω ἔφην, ὀγδοήκοντα μὴ θαυμαζέτω δέ τις εἰ καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν ἑκάστη τούτων κικλήσκεται ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο παρατηρητέον, ὅτι πολλάκις καθ' ἑαυτὴν πάλιν ἑκάστη αἵρεσις σχίσασα εἰς πολλὰ μέρη καὶ ὀνόματα διέστη. Οὐ γάρ ἐστι θαῦμα· ἔστι γὰρ καὶ οὕτως. Ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἕνα ἀριθμὸν εὑρίσκομεν, ἕνα μὲν

3. *Scribendum fortasse* τῇ, *vel* γε.
4. *Explendum fortasse* εἶναι καὶ ἐπὶ κτλ.

Cap. VI. — 1. αὐτὴν φελεγέσθα *Ios. Scaliger. Libri vulgo habent* αὐτῇ φελέγεσθαι.
2. *De formula* ὅσον ἧκεν εἰς *vide eru-*

quibus prudens illud quisque facile potest animadvertere et ex ea quaestione indicare, tempus omne in LXII generationes ad Christum usque redactum fuisse, propterea quod deinceps post Christum, ut ex iis quae disputata sunt apparet, mundi tempora non amplius per genealogias digesta sunt. Qui quidem mundus in una illa annorum collectione perfectionem adeptus est, quam immutabilis ac solida dei voluntas obsignavit. Quare ab hac eadem abrupta terminataque saeculi consummatio, et ad aevum futurum ut impleatur traducta. Ob id dicitur, *Una est columba mea, perfecta mea;* quasi in ipsam universa desinant, tempora videlicet, anni ac generationum intervalla, sive per reges, sive per consules, sive per Olympiadas aut magistratus temporum spatia numerentur. Cant. 6, 8. Octoginta porro pellices sunt inter reginas interiectae, etiam Christi, qua homo est, regno priores, hoc est fide ipsaque sponsa pariter ac virgine et illibata columba, quae unica matri est atque genitrici.

Siquidem ecclesia ab una fide genita, ac per spiritum sanctum in lucem edita, unica est uni genitricique suae. Cap. VI. Tum vero quotcumque post illam, vel ante prodierunt, pellices nominantur. Quae licet a testamento, et hereditate non prorsus alienae fuerint, nullam tamen a verbo dotem obtinuerunt, nec infundentem se spiritum sanctum in seipsis exceperunt, sed solam cum verbo in conscientia sua necessitudinem habuerunt. Praeclare enim apud Hebraeos *pellicis* appellatio concipitur, cum *Phelegesestha* dicitur. Est autem *Pheleg* latine *dimidium; estha* mulierem significat, ut idem sit pellex, ac dimidiata mulier. Nam quod ad dominum spectat, universos ille liberam ad lucem vocavit, his verbis, *Dum lucem habetis in vobis, ambulate.* Ioann. 12, 35. Cui adstipulatur apostolus, *Vos*, inquit, *diei estis filii, et lucis filii.* 1. Thess. 5, 5. Item alio in scripturae loco, *Qui male agit, odit lucem, nec accedit ad lucem.* Ioann. 3, 20. Sic igitur pellices non palam perfecteque, nec dotatae ducuntur a viris, ac tametsi nonnullam cum virorum corporibus necessitudinem contrahant, liberae nihilominus honore coniugis et appellatione, ac firmitate, dote, nuptialibus donis ac muneribus, legitima denique coniunctione carent. Eiusmodi sunt octoginta illae singillatim a me percensitae haereses. In quibus mirum illud videri nemini debet, si in unaquaque regione singulae aliis quibusdam nominibus affici soleant. Quin et illud observatione dignum est, saepenumero quamlibet per sese haeresin scissam ac divisam varias in partes et vocabula distrahi. Quod, ut dixi, admirari non oportet; ac plane ita sese res habet. Ceterum LXXXI

dite, ut solet, exponentem V. Cl. Hase Bonn., ubi etiam hunc citavit Epiphani in Leonis Diac. Hist. pag. 430 sq., ed. locum.

διὰ τὴν μίαν τῶν πασῶν διωρισμένην, μόνῳ δὲ τῷ νυμφίῳ κεκληρω-
μένην, ὑπ᾽ αὐτοῦ δὲ ὁμολογουμένην τῇ τοιᾷδε ὀνομασίᾳ ὅτι, Μία
pag. 1084. ἐστὶ περιστερά μου, καὶ πάλιν, Τελεία μου· ὡς τῶν πασῶν παλλακί-
δων ἀγεννῶν οὐσῶν, καὶ οὐκ ἐν ἀκακίᾳ ἐπιμετρουμένων, οὐδὲ ἐν
ἁγνείᾳ καὶ ἡμερότητι. Εἰσὶ μὲν οὖν ἀπαρχῆς συναπτόμεναι τῷ καλου-
μένῳ Βαρβαρισμῷ καὶ Σκυθισμῷ ἄχρι τῶν προειρημένων Μασσαλια-
νῶν οε´ τὸν ἀριθμὸν, καὶ Ἑλληνισμὸς, ἐξ οὗ αἱ Ἑλληνικαὶ αἱρέσεις,
καὶ Ἰουδαϊσμὸς, ἐξ οὗ Ἰουδαϊκαὶ, καὶ Σαμαρειτικὴ, ἐξ ἧς αἱ Σαμα-
ρειτικαὶ, τῶν τριῶν ἐπὶ τὸν ἑβδομηκοστὸν ἕβδομον ἀριθμὸν προστιθε-
μένων, εἰς ὀγδοηκοντάδα ἀριθμὸν πληρουμένων, καὶ τῆς μιᾶς περι-
λειπομένης, τουτέστιν ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ Χριστιανισμὸς
ὄντως ὠνομασμένος ἀπαρχῆς, καὶ σὺν τῷ Ἀδὰμ καὶ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ
καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων σὺν Χριστῷ, θελήματι τοῦ πατρὸς καὶ
υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, καὶ μετὰ πάντων τῶν κατὰ γενεὰν θεῷ εὐα-
ρεστησάντων πιστευόμενος, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἐν κόσμῳ σαφῶς
ἀποκαλυφθεὶς, καὶ νῦν μετὰ τὰς αἱρέσεις ταύτας πάσας, τὰς δὴ παλ-
λακίδας, ὑφ᾽ [3] ἡμῶν πάλιν [4] ἐξυμνούμενος, ὡς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν
τοῦ λόγου.

Κεφ. ζ. Αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος ἐν τοῖς Ἄισμασιν οὕτως ἠρίθμησεν, Ἑξήκοντα
βασιλίσσας φήσας, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακίδας, καὶ νεάνιδας, ὧν οὐκ
ἔστιν ἀριθμός. Μία δὲ, φησὶ, ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου· μία
ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν. Καὶ ὕστερον δείκνυσι
πῶς παρὰ πᾶσιν εὑρεθήσεται, ὡς ἐντιμοτέρα πασῶν οὖσα, καὶ πάντων
δεσπόζουσα, καὶ [1] αὐτῷ μόνη ἐκλελεγμένη, ἧς τὰ τέκνα κληρονόμα τοῦ
βασιλέως, καὶ τέκνα ἀληθινὰ, ὡς τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, καὶ οὐ τέκνα
τῆς παιδίσκης, οὔτε παλλακίδος, οὔτε τῶν ἄλλων τῶν ἀναρίθμως ἑρμη-
νευομένων. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ Χεττούρας τῆς παλλακίδος ἔσχεν ὁ Ἀβραὰμ
τέκνα, οὐ συγκληρονόμα τυγχάνει τὰ τέκνα τῆς Χεττούρας τῷ Ἰσαάκ·
δόματα δὲ ἔλαβεν, ὡς ληγάτου χάριν· ἵνα ὁ τύπος μένοι εἰς ἀναγωγὴν
τοῦ λόγου, εἰς τὸ μὴ ἀπελπίσαι τινὰς τῆς τοῦ Χριστοῦ κλήσεως. Καὶ
γὰρ τὰ δόματα, ἃ ἔδωκε τῷ Ἰσμαὴλ καὶ τοῖς υἱοῖς Χεττούρας, τύπος
ἦν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι [2] ἀγαθῶν εἰς ἐπιστροφὴν ψυχῶν πρὸς τὴν
πίστιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Τῇ μὲν γὰρ Ἄγαρ παιδίσκῃ οὔσῃ καὶ ἀπὸ
τοῦ Ἀβραὰμ ἐκβληθείσῃ (ὡς ἡ δουλεύσασα κάτω Ἱερουσαλὴμ μετὰ τῶν
τέκνων αὐτῆς, περὶ ἧς εἴρηται, Ἀπέρριψα τὴν μητέρα [3] ὑμῶν, καὶ
pag. 1085. πάλιν, Ἔδωκα βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς), ταύτῃ γὰρ
τῇ παιδίσκῃ, Ἄγαρ τε, φημὶ, συμβολικώτερον δι᾽ ἐλπίδα ἐπιστροφῆς,
ἀσκὸν δίδωσιν ὕδατος· ἵνα δείξῃ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας τὴν

3. ἥμων *codd. mss.* ὑμῶν *editi.*
4. ἐξυμνούμενος *rescripsi ego. Vulgo* ἐξυμνουμένας, *invita sententia. Iam Cornarius verterat* rursus a nobis iuxta orationis consequentiam celebratus.

Cap. VII. — 1. αὐτοῦ *mendum est*

numerum invenimus. Unum quibus propter unam illam a reliquis divulsam, et uni sponso tributam, de qua istiusmodi appellatione testificatur, *Una est columba mea,* et rursus, *Perfecta mea.* Quibus indicat pellices omnes ignobiles et obscuras esse, nec innocentia aut castitate ac lenitate censeri. Et quidem ab initio ad Barbarismum ac Scythismum ad postremos usque Massalianos LXXV haereses adscriptae sunt. Ad quas Hellenismo, unde gentilium sectae, et Iudaïsmo, a quo Iudaïcae Samaritanorumque factione, unde Samariticae manarunt, accedentibus, hoc est tribus omnino sectis ad LXXVII superiores, LXXX numerus efficitur. Superest una, nimirum sancta et catholica, ecclesia, quae vere Christiana religio dicitur, quaeque iam tum olim, et cum Adamo, imo ante Adamum ipsum, adeoque ante omnia saecula cum Christo floruit, de patris ac filii et spiritus sancti voluntate. Cui quidem eorum omnium qui in qualibet generatione deo placuerunt tempore fides est habita et adveniente in hunc mundum Christo domino manifeste est patefacta, nunc autem post superiores omnes haereses, sive pellices, oratione nostra praedicanda, quemadmodum instituti sermonis ordo postulat.

Quippe verbum ipsum in Canticis hoc modo numeravit: *Sexaginta reginas, et octoginta pellices, et adolescentulas quarum numerus non est: una est,* inquit, *columba mea, perfecta mea, unica est matri suae, electa genitrici suae.* Tum illud demonstrat, quemadmodum reperiri ab omnibus possit, utpote quae omnibus honoratior sit, imperet omnibus, atque ipsi sola velut eximia sit et electa, cuius filii reges heredes sunt ac legitimi, hoc est *promissionis liberi, non ancillae,* neque pellicis, ceterarumve, quae nullo numero comprehenduntur. Quamvis enim ex Chettura concubina sua liberos Abrahamus susceperit, nullam tamen isti cum Isaaco in patrimonii communionem veniunt, sed munera duntaxat, quasi legata quaedam, accipiunt; ut altioris nos sensus figura ipsa commoneat ne quis de Christi vocatione desperet. Nam illa dona, quae Ismaëli Chetturaeque filiis Abrahamus distribuit, futurorum bonorum imaginem adumbrabant, quae conversis ad fidem et veritatem animis erant obventura. Etenim Agar ancillae, quam Abrahamus eiecit, quae est inferioris Hierusalem figura cum liberis suis una servientis, de qua scriptum est, *Abieci matrem vestram,* item, *Dedi libellum repudii in manus illius.* Huic inquam Agar ancillae, ad spem conversionis adumbrandam, uter aquae datus est, quo lavacri regenerationis

Cap. VII. — Gal. 4. 31. — Gen. 25, 6. — Gal. 4, 22. — Ose. 2.

edit. Petav. Colon. repet. etiam Cornarius.

2. ἀγαθῶν cod. Rhedig. ἀγαθοῦ cod. Ien. et editi; futurorum bonorum vertit

3. ὑμῶν codd. mss. ἡμῶν editi libri.

δύναμιν εἰς δόμα ζωῆς τοῖς ἀπίστοις ἀποδοθεῖσαν, καὶ εἰς ἐπιστροφὴν πάντων τῶν ἐθνῶν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Τοῖς δὲ υἱοῖς Χεττούρας τὰ δόματα ἦν χρημάτων ὕπαρξις, χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ἱματισμὸς, καὶ ἅτινα ἐν μυστηρίῳ Ἀβραὰμ ἀπέκλεισεν ἐν ταῖς πήραις, λίβανον καὶ σμύρναν καὶ χρυσὸν, τῶν διὰ τῶν βασιλέων Σοδόμων καὶ Γομόρρας, τῶν περὶ Χοδολλογόμορ καὶ Βαρσὰ, καὶ λοιπῶν τῶν τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρων καὶ λοιπῶν λαβόντων, καὶ σκυλευσάντων τήν τε ἵππον καὶ αἰχμαλωτισάντων τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀφαρπαξάντων τὰς ἀπὸ ἑκάστου περιουσίας τε καὶ χρημάτων καὶ τῶν ἄλλων πλῆθος, [4] ὃ αὐτὸς [5] ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων τότε, καὶ οὔτε ἀποστρέψαι τὰ ἤδη κυρίῳ θεῷ ἀποταχθέντα τολμήσαντος αὐτοῦ, [6] ἀλλὰ δεδωκότος [7] αὐτὰ δόματα μετὰ τῶν ἄλλων τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τοῖς ἀπὸ Χεττούρας, ὡς εὕρομεν ἐν ταῖς παραδόσεσι τῶν Ἑβραίων.

Κεφ. η΄. Ἐν δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ τῶν αὐτῶν τέκνων τοῦ Ἀβραὰμ τῶν ἀπὸ Χεττούρας ἐκβληθέντων ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἀπελθόντων καὶ κατοικησάντων εἰς τὰ μέρη τὰ Ἀραβικὰ τῆς Μαγωδίας χώρας, τῶν ἐλθόντων Μάγων ἀπὸ τῆς διαδοχῆς τῶν σπερμάτων ἐκείνων, προςενηνεγμένα δόματά τε καὶ δῶρα εἰς συμμετοχὴν τῆς αὐτῆς ἐλπίδος τῷ Χριστῷ ἐν Βηθλεὲμ τὰ αὐτὰ δῶρα, ὅτε τὸν ἀστέρα θεασάμενοι ἦλθον· ὧν δώρων τὴν σαφῆ παράστασιν ὁ προφήτης παρίστησι λέγων ὅτι, Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. Ταῦτα γὰρ ἀπὸ Δαμασκοῦ ἐν χρόνοις Ἀβραὰμ, ὡς προεῖπον, ὑπὸ τῶν βασιλέων τῶν ἐλθόντων εἴληπται, καὶ ἀπὸ Σαμαρείας. Πότε οὖν ἔλαβεν αὐτὰ, πρὶν ἢ γνῶναι καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλ' ὅτε ἦλθον οἱ Μάγοι, καὶ ἤνοιξαν τὰς πήρας ἑαυτῶν, ἢ τοὺς θησαυροὺς, ὡς ἔχει ἔνια τῶν ἀντιγράφων, καὶ προςήνεγκαν σμύρναν καὶ λίβανον καὶ χρυσόν; Καὶ ὁρᾷς πῶς [1] ἔχουσι αἱ τῆς ἀληθείας φράσεις, καὶ ἀκολουθίαι; Ὡς καὶ αὗται αἱ αἱρέσεις παλλακίδες ὑπάρχουσι, καὶ τὰ αὐτῶν τέκνα
pag. 1086. ἔλαβε δόματα, τὸ ὄνομα μόνον λαβοῦσαι, ὀνόματι μόνον Χριστοῦ κληθεῖσαι, καὶ τοὺς ὀλίγους ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς λόγους ὑποδεξάμεναι, ἵνα δι' αὐτῶν συνῶσι τὴν ἀλήθειαν, ἐὰν θέλωσιν· εἰ δὲ μὴ θέλοιεν, ἀλλὰ ἀνακάμψωσι πρὸς τὸν Ἡρώδην (παραγγέλλονται γὰρ μὴ ἀνακάμπτειν πρὸς Ἡρώδην, ἀλλὰ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀφικνεῖσθαι εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα)· ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσι τὰ προστεταγμένα, μάτην ἑαυτοῖς τὰ δόματα, ὡς ἐκείνοις ἡ ἔλευσις, εἰ ἀνέκαμψαν πρὸς τὸν Ἡρώδην, διὰ τὸ ὁμοίως τὰς αὐτὰς αἱρέσεις παραχαράσσειν τῶν θείων λόγων τὰ διδάγματα.

4. ὧ mendum est edit. Petav. Colon. 5. ἀπέστρεψεν cod. Ien. (cum rasurae repet.

vis et efficacitas ostendatur, quod tanquam vitale munus infidelibus et ad nationum omnium conversionem atque ad agnitionem veritatis est oblatum. Igitur Chetturae liberis collata illa munera pecuniae erant, aurum videlicet, argentum et vestis, et quae non sine mysterio Abraamus in illorum peris inclusit, thus, myrrha et aurum; quae ab Sodomorum et Gomorrhae regibus accepit, quo tempore Chodollogomor et Barsa, ceterique reges Sodomitas et Gomorrhaeos captivos abduxerunt ac praedati sunt, tam equos quam homines, et uniuscuiusque fortunas diripuerunt. Quae cum Abraamus ex illa regum depraedatione recuperasset, nec quae iam deo consecrata fuerant auderet avertere, inter alia dona liberis suis, quos e Chettura susceperat, ultro concessit, ut in Hebraeorum traditionibus legimus.

Posteaquam vero Christus in hunc mundum venit, iidem illi Cap. VIII.
Abraami et Chetturae filii, qui a patre reiecti in Magodia, quae Arabiae regio est, habitaverant, hoc est Magi ex illius generis successione propagati, eadem illa dona eiusdem ad communionem signi- Matth. 1.
ficandam Christo Bethleemi obtulerunt, cum ad aspectum sideris eo profecti fuissent. Cuiusmodi dona diserte propheta declarat his verbis, *Quoniam antequam sciat puer appellare patrem aut matrem, capiet* Esai. 8, 4.
potentiam Damasci et spolia Samariae, coram rege Assyriorum. Nam haec omnia Abraami temporibus e Damasco et Samaria a supervenientibus illis regibus capta, ut ante dixi, fuerant. Quod est igitur tempus illud, quo antequam patrem, aut matrem appellare sciret, dona illa cepit, nisi cum ad ipsum accedentes Magi peras suas, vel thesauros, ut quaedam exemplaria prae se ferunt, aperuerunt, obtuleruntque myrrham, thus et aurum? Vides quam apte veritatis secum sermo seriesque consentiat? utque haereses ipsae concubinae sint, quarum liberis aspersa munera sint? Quae quidem haereses solum nomen obtinentes, id est sola Christi appellatione censitae paucas e sacris literis sententias accipiunt, per quas veritatem, si velint, intelligere possint. Sin minus velint, et ad Herodem redeant (mandatum autem illis est, ne ad Herodem redeant, sed per aliam viam revertantur in patriam suam): sed si imperata facere detrectent, inania et infructuosa haec illis dona fuerint, perinde ac Magis profectio, si ad Herodem revertissent, quod similiter haereses ipsae sacrarum literarum dogmata adulterando corrumpant.

vestigiis) et editi. ἀπέτρεψεν *cod. Rhedig.*

6. ἀλλὰ *omissum in edit. Petav. Colon. repet.*

7. αὐτὰ *om. cod. Rhedig.*

Cap. VIII. — 1. *Vulgo libri* ἔχει.

Κεφ. ϛʹ. *Αὗται οὖν εἰσιν ὀγδοήκοντα παλλακίδες, ὧν ὁ ἀριθμὸς οὗτος ἐμφέρεται, κἀκεῖναι αἱ βασίλισσαι αἱ κατὰ τὰς γενεὰς ἀριθμηθεῖσαι ψυχαὶ, τουτέστιν ἄνδρες καὶ πατριάρχαι. Νεάνιδες δὲ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ἐν ταῖς λοιπὸν κατὰ πάντα κόσμον φιλοσοφίαις, καὶ ἑκάστης ψυχῆς πολιτείαις, τῆς μὲν οὔσης ἐπαινετῆς, τῆς δὲ οὔ. Τίς γὰρ ἀριθμήσειε τοῦ κόσμου τούτου τὴν διαφοράν; Πόσαι γὰρ ἄλλαι παρ' Ἕλλησι μετὰ τὰς προειρημένας τέτταρας φανερωτάτας οὐκ ἔφυσαν, καὶ ἔτι μετὰ τὰς αἱρέσεις ἐκείνας καὶ τὰς μετέπειτα κατὰ τὴν ἑκάστου γνώμην ἐν δοκήσει νεανιότητος καθ' ἑαυτὰς γινόμεναι ψυχαί τε καὶ γνῶμαι; Ὡς Πυῤῥώνιοι καλοῦνταί τινες καὶ ἄλλοι πλείους, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς δόξας καθ' εἱρμὸν ὑποτάξω, πολλῶν μὲν ὄντων τῶν εἰς γνῶσιν ἡμῶν ἐληλυθότων, πολλοστημόριόν τε τῶν ἐν κόσμῳ ὑπαρχόντων. Καί εἰσι μὲν αἱ ἐξ Ἑλλήνων αἵδε, ὧν πρώτην τάξαιμι ἀπαρχῆς τὴν Θαλοῦ τοῦ Μιλησίου γνώμην τε καὶ δόξαν.*

Αὐτὸς γὰρ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, εἷς ὢν τῶν ἑπτὰ σοφῶν, ἀρχέγονον πάντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ. Ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ πάλιν ἀναλύεσθαι.

Ἀναξίμανδρος, ὁ τοῦ Πραξιάδου, καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν ἁπάντων ἔφησεν εἶναι, ἐκ τούτου γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι καὶ εἰς αὐτὸ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι.

Ἀναξιμένης ὁ τοῦ [1] Εὐρυστάτου, καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸν ἀέρα τοῦ παντὸς ἀρχὴν εἶναι λέγει, καὶ ἐκ τούτου τὰ πάντα.

Ἀναξαγόρας, ὁ τοῦ Ἡγησιβούλου ὁ Κλαζομένιος, ἀρχὰς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομερίας ἔφησεν εἶναι.

pag. 1087. [2] *Ἀρχέλαος ὁ Ἀπολλοδώρου, κατὰ δέ τινας Μίλτωνος, Ἀθηναῖος δὲ ἦν, φυσικὸς, ἐκ γῆς τὰ πάντα λέγει γεγενῆσθαι. Αὕτη γὰρ ἀρχὴ τῶν ὅλων ἐστὶν, ὥς φησι.*

Σωκράτης ὁ τοῦ [3] Ἐλβάγλου, ἢ Σωφρονίσκου, καὶ Φαιναρέτης τῆς μαίας, ὁ ἠθικὸς, τὰ καθ' ἑαυτὸν, ἔλεγε, μόνον δεῖ περιεργάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πλείονα δὲ μή.

Φερεκύδης καὶ αὐτὸς γῆν φησι πρὸ πάντων γεγενῆσθαι.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, Μνησάρχου υἱὸς, θεὸν ἔφη εἶναι τὴν μονάδα, καὶ δίχα ταύτης μηδὲν γεγενῆσθαι. Ἔλεγε δὲ μὴ δεῖν θύειν τοῖς θεοῖς ζῶα, μηδὲ μὴν ἐσθίειν τι τῶν ἐμψύχων, μήτε κυάμους, μήτε οἶνον πίνειν τοὺς σοφούς. Ἔλεγε δὲ τὰ ἀπὸ σελήνης κάτω παθητὰ εἶναι πάντα, τὰ δὲ ὑπεράνω τῆς σελήνης ἀπαθῆ εἶναι. Ἔλεγε

Cap. IX. — 1. *Diog. Laert. II*, 2, 1. Εὐρυστράτου.

2. ἀρχαίλαος *codd. mss. et edit. princ.*

3. ἐλμάγλου *codd. Ien., Rhedig., Paris.* (Elmagli *legitur etiam in Cornarii versione Latina.*) ἐλβάγλου *editi. Vide*

Hae sunt igitur LXXX concubinae, quarum numerus exprimitur; reginae quoque illae ipsae sunt, sive animae, quae per generationes recensentur, hoc est viri atque patriarchae. Adolescentulae porro, quarum iniri numerus non potest, varias philosophorum sectas, quae in mundum introductae sunt, ac diversa uniuscuiusque vivendi instituta significant, quorum laude digna alia sunt, alia vituperanda. Ecquis enim mundi huius varietatem percenseat? Quam multae apud gentiles aliae sectae post manifestissimas illas de quibus egimus quatuor pullularunt? Quinetiam post illas haereses ac sequentes diversi hominum animi et opiniones iuvenili quodam fastu arrogantiaque privatas sectas pro sua quique libidine condiderunt. Utputa Pyrrhonii quidam appellantur, aliique complures sunt quorum nomina ac decreta singillatim et ordine referam. Ac licet de multis hactenus cognoverim, quota pars tamen eorum est, quae toto orbe versantur? Ex iis porro sectis gentilium hae propriae fuerunt; inter quas Thaletis Milesii opinionem ac dogma priore loco proponam. Cap. IX.

Thales itaque Milesius unus e VII sapientibus principium rerum omnium aquam esse dixit. Nam ex aqua oriri omnia, et in aquam omnia resolvi.

Anaximander, Praxiadae filius, Milesius et ipse infinitum principium omnium constituit. Ex eo enim omnia nasci, et in illud aeque dissolvi.

Anaximenes, Eurystati filius, Milesius, aërem principium rerum esse definit, ab eoque universa manare.

Anaxagoras, Hegesebuli filius, Clazomenius, similitudines partium principium rerum omnium esse statuit.

Archelao, Apollodori, sive ut aliis placet, Miltonis filio, Atheniensi ac physico, placet ab terra omnia proficisci, idque adeo rerum esse principium.

Socrates, Elbagli, sive Sophronisci et Phaenaretae obstetricis filius, moralis philosophus quae ad sese pertinent sola homini inquirenda dixit, neque praeterea quicquam.

Pherecydes quoque terram omnibus priorem esse definiit.

Pythagoras, Samius, Mnesarchi filius deum esse monadem asseruit, neque quicquam sine ipsa productum. Negabat diis esse animalia sacrificanda, aut animatis vescendum, ac ne fabas quidem comedendas, neque vini potum sapientibus adhibendum putabat. Idem quae infra lunam sunt patibilia esse dicebat omnia, superiora

de eo nomine, quod ex ἑρμαγλύφου *detortum esse videtur, Ludov. Dindorf. in Thesauro vol. II, pag.* 137.

δὲ καὶ μεταβαίνειν τὴν ψυχὴν εἰς πολλὰ ζῶα. Ἐκέλευσε δὲ [4] καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ σιωπᾶν ἐπὶ πενταετῆ χρόνον, καὶ τὸ τελευταῖον θεὸν ἑαυτὸν ἐπωνόμασε.

Ξενοφάνης, ὁ τοῦ Ὀρθομένου, Κολοφώνιος, ἐκ γῆς καὶ ὕδατος ἔφη τὰ πάντα γίνεσθαι. Εἶναι δὲ τὰ πάντα, ὡς ἔφη, οὐδὲν ἀληθές· οὕτως τὸ ἀτρεκὲς ἡμῖν ἄδηλον, δόκησις δὲ ἐπὶ πᾶσι τέτυκται, μάλιστα τῶν ἀφανέων.

Παρμενίδης, ὁ τοῦ Πύρητος, τὸ γένος Ἐλεάτης, καὶ αὐτὸς τὸ ἄπειρον ἔλεγεν ἀρχὴν τῶν πάντων.

Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, ὁ ἐριστικὸς, ἴσα τῷ ἑτέρῳ Ζήνωνι, καὶ τὴν γῆν ἀκίνητον λέγει, καὶ μηδένα τόπον κενὸν εἶναι. Καὶ λέγει οὕτως· Τὸ κινούμενον ἤτοι ἐν ᾧ ἔστι τόπῳ κινεῖται, ἢ ἐν ᾧ οὐκ ἔστι. Καὶ οὔτε ἐν ᾧ ἔστι τόπῳ κινεῖται, οὔτε ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα τι κινεῖται.

Μέλισσος ὁ τοῦ Ἰθαγενοῦς, Σάμιος τὸ γένος, ἓν τὸ πᾶν ἔφη εἶναι, μηδὲν δὲ βέβαιον ὑπάρχειν τῇ φύσει, ἀλλὰ πάντα εἶναι φθαρτὰ ἐν δυνάμει.

Λεύκιππος ὁ Μιλήσιος, κατὰ δέ τινας Ἐλεάτης, καὶ οὗτος ἐριστικὸς, ἐν ἀπείρῳ καὶ οὗτος τὸ πᾶν ἔφη εἶναι, κατὰ φαντασίαν δὲ καὶ δόκησιν τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ μηδὲν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' οὕτω φαίνεσθαι κατὰ τὴν ἐν τῷ ὕδατι κώπην.

pag. 1088. Δημόκριτος, ὁ τοῦ Δαμασίππου, Ἀβδηρίτης, τὸν κόσμον ἄπειρον ἔφη καὶ ὑπὲρ κενοῦ κεῖσθαι. Ἔφη δὲ καὶ ἓν τέλος εἶναι τῶν πάντων, καὶ εὐθυμίαν τὸ κράτιστον εἶναι, τὰς δὲ λύπας ὅρους κακίας· καὶ τὸ δοκοῦν δίκαιον οὐκ εἶναι δίκαιον, ἄδικον δὲ τὸ ἐναντίον τῆς φύσεως. Ἐπίνοιαν γὰρ κακὴν τοὺς νόμους ἔλεγε, καὶ, Οὐ χρὴ νόμοις πειθαρχεῖν τὸν σοφὸν, ἀλλὰ ἐλευθερίως ζῆν.

Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἔφη μηδένα μηδὲν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ ταῦτα ἃ δοκοῦμεν γινώσκειν ἀκριβῶς οὐκ ἐπιστάμεθα, οὐδὲ ταῖς αἰσθήσεσι δεῖ προσέχειν, δοκήσει γάρ ἐστι τὰ πάντα.

Πρωταγόρας ὁ τοῦ Μενάνδρου, Ἀβδηρίτης, ἔφη μὴ θεοὺς εἶναι, μηδὲ ὅλως θεὸν ὑπάρχειν.

Διογένης ὁ Σμυρναῖος, κατὰ δέ τινας Κυρηναῖος, τὰ αὐτὰ τῷ Πρωταγόρᾳ ἐδόξασε.

Πύρρων ἀπὸ Ἤλιδος, τῶν ἄλλων σοφῶν τὰ δόγματα συναγαγὼν πάντα, ἀντιθέσεις αὐτοῖς ἔγραψεν, ἀνατρέπων τὰς δόξας αὐτῶν, καὶ οὐδενὶ δόγματι ἠρέσκετο.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ τοῦ Μέτωνος, Ἀκραγαντῖνος, πῦρ καὶ γῆν καὶ

4. καὶ om. cod. Rhedig.

vero pati nihil posse. Ad haec animam varia in animalia transire. Item discipulis suis quinquennale silentium indicebat. Postremo deum sese nominare ausus est.

Xenophanes, Orthumeni filius, Colophonius e terra et aqua propagata esse dixit omnia, neque quicquam in ulla re veritatis inesse; sic incertum ignotumque verum esse. Opinio vero, inquit, ubique versatur, praesertim in obscuris.

Parmenides, Pyretis filius, patria Eleates, infinitum aiebat omnium rerum esse principium.

Zeno, Eleates, Eristicus, sive Contentiosus, cum eadem altero cum Zenone sentiebat, tum immobilem esse terram, nec inanem ullum esse locum. Ergo ita disputabat: Quicquid movetur, aut in eo in quo est loco movetur, aut in quo non est. Atqui nec in quo inest loco, nec in quo non inest movetur; nihil igitur movetur.

Melissus, Ithagenis filius, Samius, unum esse definit omnia, neque quicquam in natura esse constans aut perpetuum, sed omnia vi esse corruptibilia.

Leucippus Milesius (Eleatem alii faciunt) ex Eristicorum grege universum in infinito versari docuit. Porro omnia sola specie opinioneque constare, veritate ipsa nihil, sed apparere ita duntaxat, perinde ac remus in aquam demersus.

Democritus, Damasippi filius, Abderita mundum infinitum constituit, ac supra inane posuit. Praeterea unum esse finem omnium, et animi tranquillitatem optimum esse, dolores vero mali omnis terminos asseruit. Quod iustum videtur, nequaquam esse iustum, iniustum vero naturae esse contrarium. Imo vero pessimum inventum leges appellabat, nec iis parere sapientem oportere, sed in summa libertate vivere.

Metrodorus Chius nihil a quoquam sciri voluit. Verum, inquit, quae nosse videmur, accurate non intelligimus; neque sensibus adhibenda fides est: omnia quippe opinione constant.

Protagoras, Menandri filius, Abderita deos esse negabat, ac divinitatem omnem funditus tollebat.

Diogenes Smyrnaeus vel, ut alii volunt, Cyrenaeus eandem cum Protagora opinionem tenuit.

Pyrrho Elidensis collectis in unum sapientum omnium dogmatibus confutationes eorum scripsit, et eversis illorum opinionibus nullam amplexus est.

Empedocles, Metonis filius, Agrigentinus ignem, terram,

ὕδωρ καὶ ἀέρα τέτταρα πρωτόγονα εἰςέφερε στοιχεῖα, καὶ ἔλεγεν ἔχθραν ὑπάρχειν πρῶτον τῶν στοιχείων. Κεχώριστο γάρ, φησὶ, τὸ πρότερον, νῦν δὲ συνήνωται, ὡς λέγει, φιλωθέντα ἀλλήλοις. Δύο οὖν εἰσι κατ' αὐτὸν ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις, ἔχθρα καὶ φιλία· ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτικὴ, ἡ δὲ διαχωριστική.

Ἡράκλειτος, ὁ τοῦ [5] Βλέσωνος, Ἐφέσιος, ἐκ πυρὸς ἔλεγε τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς πῦρ πάλιν ἀναλύεσθαι.

Πρόδικός τις τέσσαρα στοιχεῖα θεοὺς καλεῖ, εἶτα ἥλιον καὶ σελήνην· ἐκ γὰρ τούτων πᾶσι τὸ ζωτικὸν ἔλεγεν ὑπάρχειν.

Πλάτων, Ἀθηναῖος, θεὸν ἔλεγε καὶ ὕλην εἶναι καὶ εἶδος, τὸν κόσμον δὲ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ὑπάρχειν, τὴν ψυχὴν δὲ ἀγέννητον καὶ ἀθάνατον καὶ θείαν λέγει. Εἶναι δὲ αὐτῆς τρία μέρη, λογικὸν, θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν. Ἔλεγε δὲ τοὺς γάμους καὶ τὰς γυναῖκας [6] δεῖν κοινὰς τοῖς πᾶσι γίνεσθαι, καὶ μηδένα ἰδίᾳ μίαν ἔχειν γαμετὴν, ἀλλὰ τοὺς θέλοντας ταῖς βουλομέναις συνεῖναι.

pag. 1089. Ἀρίστιππος, ὁ Κυρηναῖος· οὗτος γαστρίμαργος ὢν καὶ φιλήδονος τέλος ἔφη τῆς ψυχῆς τὴν ἡδονὴν, καὶ, Ὅςτις ἥδεται, εὐδαίμων οὗτος· ὁ [7] δὲ μηδ' ὅλως ἡδόμενος τριςάθλιος καὶ κακοδαίμων, ὥς φασι.

Θεόδωρος, ὁ Ἄθεος ἐπικληθεὶς, ἔφη λῆρον εἶναι τοὺς περὶ τοῦ θεοῦ λόγους. Ὤιετο γὰρ μὴ εἶναι θεῖον, καὶ τούτου ἕνεκεν προὐτρέπετο πάντας κλέπτειν, ἐπιορκεῖν, ἁρπάζειν, καὶ μὴ ὑπεραποθνήσκειν πατρίδος. Ἔλεγε γὰρ μίαν πατρίδα εἶναι τὸν κόσμον· καὶ ἀγαθὸν μόνον ἔλεγε τὸν εὐδαιμονοῦντα, φεύγειν δὲ τὸν δυςτυχοῦντα, κἂν ᾖ σοφὸς, καὶ αἱρετὸν εἶναι τὸν ἄφρονα πλούσιον ὄντα καὶ ἀπειθῆ.

Ἡγησίας, Κυρηναῖος· οὗτος ἔφη μήτε φιλίας, μήτε χάριτας εἶναι· μὴ ὑπάρχειν γὰρ αὐτὰς ἔλεγεν, ἀλλὰ, Χρήζων τις ἔδωκε χάριν, ἢ κρεῖττόν τι παθὼν εὐεργετεῖ. Ἔλεγε δὲ καὶ τῷ φαύλῳ ἀνδρὶ λυσιτελὲς τὸ ζῆν, τῷ δὲ σοφῷ τὸ ἀποθανεῖν. Ὥς τινας ἐκ τούτου Πεισιθάνατον αὐτὸν καλέσαι.

Ἀντισθένης ὁ ἐκ [8] Θράττης μητρὸς, αὐτὸς δὲ Ἀθηναῖος, τὸ πρῶτον Σωκρατικὸς, ἔπειτα Κυνικὸς, ἔφησε μὴ χρῆναι τὰ κακὰ ζηλοτυπεῖν [9] ἕτερον, ἢ τὰ παρ' ἀλλήλοις αἰσχρά· τὰ δὲ τείχη τῶν πόλεων εἶναι σφαλερὰ πρὸς τὸν ἔσω προδότην, ἀσάλευτα δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τείχη καὶ ἀρραγῆ.

5. De hoc nomine parum constat. V. Menag. ad Diog. Laert. IX, 1.
6. δεῖ codd. mss. uterque.
7. καὶ vitium est edit. Petav. Colon.
8. Θράττης (Θράττ^ς cod. Ien.) codd. mss. Θρᾴκης editi.

aquam et aërem quatuor esse prima dixit elementa, atque inimicitiam elementis omnibus priorem. Siquidem initio separata ac distracta erant, inquit, omnia; nunc in unum coniuncta sunt, conciliata invicem et amica reddita. Quocirca duo sunt illius opinione principia, visque duplex, inimicitia et amicitia; quarum ista copulandi, illa separandi potestate praedita.

Heraclitus, Blesonis filius, Ephesius igni originem rerum omnium adscribebat, in eundemque resolvi putabat omnia.

Prodicus quidam elementa IV deos appellavit, inde solem et lunam. Ab iis enim vitalem in omnia vim diffundi.

Plato Atheniensis deum et materiam ac formam constituebat. Mundum ipsum et productum et corruptioni obnoxium; animam neque productam, et immortalem, adeoque divinam credebat; cuius triplicem esse partem, ratione scilicet praeditam, irascentem, concupiscentem. Nuptias et uxores promiscuas esse omnibus, ac communes volebat, nemo ut privatim coniugem suam haberet, sed quilibet cum volentibus consuetudinem haberet.

Aristippus Cyrenaeus ventri gutturique deditus ac voluptuarius finem animae dixit esse voluptatem; qua qui fruitur, beatus, qui omnino caret, infelicissimus sit ac miserrimus. Ita vulgo memorant.

